

M



M



M



M



M



M



M



M



M



M



M




M

M







M

M



M



M



M



M



M



M



M



M



M



M



M



M



M



M



M



M



•









# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,  
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM.

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS,  
ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

### RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA  
ECCLESIAE SÆCULA ET AMPLIUS,

IUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGEN-  
TER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS  
OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA;  
INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI SUBSEQUENTI-  
BUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM  
MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTANQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS  
CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTI-  
CAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DECENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATI-  
STICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITUR-  
GICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ulla EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM  
DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTIO, QUIDQUID  
NON SOLEM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NI. UNO QUIDEM OMISISSO,  
IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ  
SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIIVM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM  
SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO  
GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,  
CLARITATE QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS,  
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINI PERQUAM COMMODA SIMILIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTAN-  
TERRIMUS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSENTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,  
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,  
PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES,  
LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

### SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ  
A S. BARNABA AD PHOTIUM,

### ACCURANTE J.-P. MIGNE,

*Bibliothecæ Cleri universæ,*

SIVE CURSuum COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA.  
LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA  
STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA  
DUPplici EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLI-  
CITATUR, ET AD NOVE ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM  
SOLAM EXHIBET. IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VIGINTI-QUARTA  
DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MER-  
E LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FINIATUR EDI-  
TOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET  
PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLI-  
TUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRÆ ET SEORSIM  
COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVE VEL  
PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTE CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

### PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LV.

S. JOANNES CHRYSOSIOMUS.

EXCUEDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,

IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER  
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIENSIA.

1862

## AVIS IMPORTANT.

D'après une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au-dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachet divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermes ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 21 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées: aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé paraît un sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre. Cependant, parmi les calomnies auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répéter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieux, la correction et l'impression; en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très-vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Éditeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Écriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à presque tout ce qui s'édite; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses Publications, furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais, depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine. Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en confier une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucune des fautes signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les correcteurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient une révision, et souvent il en vient deux ou trois; puis l'on clique. Le clichage opéré, par conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle révision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a-t-il à Montrouge des correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'à leurs côtés elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Sirmond. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec comme en latin, on se convaincra que l'in vraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition. De plus les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques*, dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent le plus souvent que sur des imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoir pu trouver en dix-huit mois d'étude, une seule faute dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'Université de Wurzburg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoir pu également surprendre une seule faute, soit dans le latin soit dans le grec de notre double *Patrologie*. Enfin, le savant P. Pitra, Bénédictin de Solesme, et M. Bonetzy, directeur des *Annales de philosophie chrétienne*, mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions pas trop présumé de notre parfaite correction. Dans le Clergé se trouvent de bons latinistes et de bons hellénistes, et ce qui est plus rare, des hommes très-positifs et très-pratiques, eh bien! nous leur promettons une prime de 25 centimes par chaque faute qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, surtout dans les grecs.

Malgré ce qui précède, l'Éditeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la révision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est corrigé mot pour mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi-million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivaux, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'éditeur qui pourrait et voudrait se livrer APRES COUP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle du Clergé*. Le présent volume est du nombre de ceux révisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra prendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaissons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hébreu a été revu par M. Drach, le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

Nous avons la consolation de pouvoir finir cet avis par les réflexions suivantes: Enfin, notre exemple a fini par ébranler les grandes publications en Italie, en Allemagne, en Belgique et en France, par les *Canons grecs* de Rome, le *Gerdil* de Naples, le *Saint Thomas* de Parme, l'*Encyclopédie religieuse* de Munich, le recueil des *déclarations des rites* de Bruxelles, les *Bollandistes*, le *Suarez* et le *Spicilege* de Paris. Jusqu'ici, on n'avait su réimprimer que des ouvrages de courte haleine. Les in-4°, où s'engloutissent les in-folio, faisaient peur, et on n'osait y toucher, par crainte de se noyer dans ces abîmes sans fond et sans rives; mais on a fini par se risquer à nous imiter. Bien plus, sous notre impulsion, d'autres Éditeurs se préparent au *Bullaire* universel, aux *Décisions* de toutes les Congrégations, à une *Biographie* et à une *Histoire générale*, etc., etc. Malheureusement, la plupart des éditions déjà faites ou qui se font, sont sans autorité, parce qu'elles sont sans exactitude; la correction semble en avoir été faite par des aveugles, soit qu'on n'en ait pas senti la gravité, soit qu'on ait reculé devant les frais; mais patience! une reproduction correcte surgira bientôt, ne fût-ce qu'à la lumière des écoles qui se sont faites ou qui se feront encore.



SÆCULUM V. ANNUS 407.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

S.P.N. JOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR

AD MSS. CODICES GALLICOS, VATICANOS, ANGLICOS GERMANICOSQUE; NECNON AD SAVILIANAM ET FRONTONIANAM  
EDITIONE CASTIGATA, INNUMERIS AUCTA; NOVA INTERPRETATIONE UBI OPUS ERAT, PRÆFATIONIBUS, MONITIS,  
NOTIS, VARIIS LECTONIBUS ILLUSTRATA; NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, APPENDICIBUS, ONOMASTICO ET COPIO-  
SISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA;

OPERA ET STUDIO D. BERN. DE MONTFAUCON, MONACHI BENEDICTINI E CONGR. S. MAURI.

EDITIO NOVISSIMA, IIS OMNIBUS ILLUSTRATA QUÆ RECENTIUS TUM ROMÆ, TUM OXONIÆ,  
TUM ALIBI, A DIVERSIS IN LUCEM PRIMUM EDITA SUNT,  
VEL JAM EDITA, AD MANUSCRIPTORUM DILIGENTIOREM CRISIM REVOCATA SUNT,

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE,

---

TOMUS QUINTUS.

---

VENIUNT 18 VOLUMINA 160 FRANCIS GALLICIS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNÈ EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER  
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIENSIA,  
1862

BR  
60  
M61

SÆCULUM V. ANNUS 407.

## ELENCHUS

OPERUM QUÆ IN HOC TOMO LV CONTINENTUR.

Expositio in Psalmos.	col.	35
Dubia. In psalmum L.		527
Spuria. In Psalmos.		533

### MONITUM.

Forsitan miraberis, Lector benevole, quod, dum in omnibus tum præcedentibus tum subsequituris S. Joannem Chrysostomum SS. Patribus versio Latina ad textum Græcum columna ad columnam accedit, in hacce nostra ejusdem S. Doctoris editione, pagina Latina juxta Græcam paginam tantum ponatur. Hæc causa fuit et quidem unica, quod priusquam nobis in animo fuisset integram SS. Patrum Ecclesiæ Græcæ traditionem contexere, jam quindecim abhinc annis seorsim edideramus Latine tantum S. J. Chrysostomi opera, litteris mandaveramus immobilibus. Res cum ita se haberent, et nec in manu esset litteras immobiles, neque in animo hujusco editionis mere Latinæ novem delere volumina quæ jam integre typis immobilibus mandata erant et pluris quam sexaginta millibus constiterant francis, hunc feliciter invenimus modum, non tamen sine opera et impensa, hæc aptandi huic editioni novæ, quæ sic lingua tum Græca tum Latina ditata evadit.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNÉ.

# Præfatio

## IN TOMUM QUINTUM.



Jamdiu exspectantur quintus sextusque Tomus Operum Chrysostomi : si vero tardius, quam sperabatur, in publicum prodeant, id sane non culpa evenit nostra : semper enim schedas ad manum paratasque habuimus, scrinia numquam defecerunt. Bibliopolæ autem non ita opportunam temporum conditionem nacti, atque etiam interdum operarum, quæ Græcos typos apte tractare possent, penuria laborantes, hinc præpediti sunt, quominus majore, ut in optatis erat, celeritate uterentur. Moras autem omnes in sequentibus Tomis rampere, et tarda molimina per diligentiam in iis edendis adhibitam compensare in animo habent. Hæc quantum ad rem typographicam, quam pro lubito moderari nequimus.

Jam ad rem nostram veniamus, et ad modum hæc tractandi, ad notas et cætera, in quibus sagacem lectorem judicem ac pro jure suo rationes exposcentem agnoscimus. Quidam conquesti fuerant notas nostras ad imam paginam poni solitas, et raras et breviores esse, quam soleat in quibusdam Editis. Nonnulli enim iis notis ita delectantur, ut admotis, puto, digitis, ductaque mensura, hinc quanti æstimanda sit editio quævis definiant; deque conditione operis parum cogitent. Hic auctorem tractamus perspicuitate sermonis cæteris pene omnibus anteponendum, cujus dictio ut secundum elegantiorē, ita secundum communiorem usum concinnata est; quem ut intelligas nulla notarum ope indiges. Theologicas vero notas cur in ima pagina quæras, quandoquidem illis deputatus locus est, ubi omnia, quæ ad argumenta singula spectabunt, simul et cum ordine congruenti tractabuntur, allatis ex quocumque libro, ex quacumque homilia, iis omnibus quæ poterunt ad rem illustrandam aliquid conferre? Quid enim possim in nota imam paginam occupante dicere, ubi agitur de re quæpiam theologica eaque gravi, quam oporteat ex diversis sancti doctoris locis explorare? Deinde, cum multa loca sint, ubi res eadem tractatur, cur huic potius quam alteri loco notam adjicias? Annon præstat hæc omnia loca theologica simul afferre, atque singulorum comparatione facta, scrutari? id quod in postremo Tomo exsequi animus est; ubi etiam de disciplina, sive morum, sive rituum agetur, deque digressionibus auctoris nostri, quæ digressiones magnam supellectilem offerunt. Uno verbo omnia suo loco tractabuntur. Ad hæc autem, ut jam in Præfatione Tomi tertii dixi, nobis maxime cavendum ne notas in imis paginis accumulemus. De scriptore agitur cujus opera bibliothecam pene efficiunt, et nova subinde eruuntur, quæ molem augeant; ita ut quem undecim in folio Tomis publicare destinaveramus, jam Tomos saltem tredecim complere deprehendatur; imo etiam ignoramus utrum possimus omnia opuscula hoc Tomorum numero comprehendere; id quod tamen ut fiat, et sine dispendio fiat, totis viribus curabimus. Jam ad hujusce Tomi argumentum veniamus.

II.—I. *Expositiones Joannis Chrysostomi in Psalmos, si integræ superessent, mole maximum illius opus essent; quod opus pretio nulli alii postponendum.* II. *Antiochiæne an Constantinopoli illas adornaverit.*

I. Expositiones sive Commentarii Joannis Chrysostomi in Psalmos, quantæ molis fuissent, si ad usque ætatem nostram integri et sani pervenissent, ex iis quæ supersunt conjicere licet. Quinquaginta enim et octo qui supersunt maximam voluminis partem complent; ita ut si integri in 150 Psalmos Commentariis frueremur, vix possemus eos in duobus amplissimis Tomis comprehendere; quandoquidem Psalmi omnium longissimi absunt, cum iisque Psalmus centesimus decimus octavus, qui solus viginti duorum Psalmorum magnitudinem complet; ita ut si bene calculum ducamus, vix tertia pars operis ad nos usque devenerit. Supersunt autem psalmi, a tertio ad duodecesimum, novem numero: quadragesimus primus cum Expositione sua ad hanc seriem non pertinet, ut ibidem dicitur; a quadragesimo tertio ad quadragesimum nonum; a centesimo octavo ad centesimum decimum septimum; a centesimo decimo nono ad usque finem. Sunt porro Psalmi cum Expositionibus suis sexaginta; si demas autem tertium et quadragesimum primum, qui licet cum aliis reperiantur, ad hanc seriem non pertinent, quinquaginta octo supererunt Psalmi cum Commentariis suis. Nullum ergo tantæ molis opus edidit Joannes Chrysostomus, si quidem omnes Psalmos interpretatus pari modo fuerit, ut nos existimamus, atque infra probabimus. Inter præstantissima autem illius opera censetur, ut ex multorum testimoniis asseritur, atque ex assiduo usu ac lectione deprehenditur.

II. Quæritur Antiochiæne, an Constantinopoli hoc tantum, tam longum opus emiseric. Certe si Photii judicio standum sit, qui elegantiora et majori accuratione elaborata ejus opera mavult Antiochiæ facta, quam Constantinopoli, ubi antistes sacrorum negotiis,



iisque gravissimis, distentus esse solebat; si standum, inquam sit ejus iudicio, hoc opus Antiochiæ haud dubie emissum fuerit: nam, uti diximus, inter exquisitiora computatur.

Neque hoc uno probatur argumento Joannem nostrum hoc opus Antiochiæ adornavisse. Aliud enim gravius mutuamur ex Commentario in Psalmum centesimum decimum, ubi hæc leguntur, numero 4: *Quot (miracula) imperante Juliano, qui omnes impietate superavit, dum oppugnaretur Ecclesia, facta sunt? quot Maximino regnante? quot ante istos Imperatores? Sed si vultis ea etiam que in nostra generatione evenerunt; nempe cruces repente in vestimentis impressæ, Apollinis templum fulmine dejectum, sancti martyris Babylæ, qui erat in Daphne translatio, et aperta adversus dæmonem victoria, Quæstoris imperatoriæ pecunie inopinata mors et admirabilis; ipsius Imperatoris cædes, ipsius, inquam, Juliani, qui omnes impietate vicerat, et avunculi illius interitus, vermium scatebræ.* Hic Antiochenis ea recenset quorum plerique adhuc testes supererant; et paulopost de templi Jerosolymitani ab Juliano suscepta restauratione verba facit; id quod etiam non raro observatur in iis Homiliis, quas Antiochiæ habuit. Illa porro omnia minutatim enarrantur in illa longiore Oratione in sanctum Babylam, quæ supra Tomo secundo cusa fuit.

Alio argumento probari posse videtur hæc Expositiones in totum Psalterium Antiochiæ, non autem Constantinopoli, adornatas fuisse. Nullum enim umquam tanti otii opus emisit Chrysostomus; opus, inquam, magno labore concinnatum, quod vix posset duobus amplis voluminibus comprehendi, si quidem integrum ad nostram usque ætatem pervenisset. Quomodo autem potuit Constantinopoli tantum otium nancisci, ubi præter solitum concionandi officium, numquam ab incomparabili doctore prætermissum, præter episcopales illas curas in præcipua illa et populosissima totius Orientis diœcesi, cui regendæ sanctus antistes assiduo et infatigabili studio advigilabat, aliis etiam iisque gravissimis ex transverso accidentibus negotiis pene obrutus erat? Et quomodo potuerit sex annorum spatio inter tot tumultus atque curas, hos tam amplios commentarios, exploratis etiam veterum interpretationibus adornare?

Aliud item indicium excipimus ex eo quod monachos, vel ad exemplum, vel ad alium quempiam usum commemoret. Illud enim Antiochiæ solebat, in cujus vicinia monachi in montibus sedes habebant, et ob vitæ sanctimoniam celebrabantur; Constantinopoli non item. Hic autem monachos non semel commemorat; ut in Expositione Psalmi 6, col. 71 et alibi.

§ II.—I. *De ratione interpretandi Chrysostomi in his Expositionibus.* II. *Utrum illas præsentæ populo et concionando dixerit.*

I. In Scripturarum sacrarum interpretatione per totum vitæ cursum versatus Chrysostomus, hic ad solitum pergit officium; literam ita sequitur, ut qui non præcipuum ea in re studium ponat; sed tamen lectiones diversorum Interpretum sæpe in medium affert, tacito semper singulorum nomine. His porro non multum immoratur; sed cito transit ad ethices præcepta et ad disciplinam morum, qua in re ejus acrimoniam, inventionem, eloquentiamque mireris: splendent enim hi commentarii inter præstantissima incomparabilis concionatoris opera.

II. At quæstio movetur, an has Expositiones Chrysostomus in cætu populi, concionantis more, dixerit: an vero privatim hæc adornaverit, ad usum suum, vel amicorum, vel demum lectorum, qui hujusmodi libros evolvere vellent. Qua in re fateor non parum inesse difficultatis, quam solvere et de medio tollere, si fieri possit, mox satagemus. Verum prius audiendus ea de re est Tillemontius, cujus accuratiori ac diligentis vix quidpiam adjici possit: quod ille Gallico vulgari idiomate dixit, sic Latine convertimus:

« Explicationes Psalmorum quas in tertio Chrysostomi Tomo habemus, sunt a tertio ad duodecesimum, hinc quadragesimi primi Expositio sequitur; deinde a quadragesimo tertio ad quadragesimum nonum; post, a centesimo octavo ad centesimum decimum septimum; demum a centesimo decimo nono ad usque finem. Hæc porro omnia inter ea quæ vero Chrysostomi sunt numerantur. Excipienda tamen fore videatur Homilia in Psalmum tertium, quæ a veris Chrysostomi operibus videtur stylo multum differre, etiamsi ab Joanne Damasceno quasi Joannis Chrysostomi memorata fuerit. Ea autem non reperitur in veteri quadam collectione, quæ alias quinquaginta novem continet, ut in ejusdem Tomi tabula videre est.

« Aliæ commentarii potius esse videntur, quam homiliæ, qua postrema tamen (homiliæ nempe), inscriptione gaudent; aliquando tamen ad homiliarum formam accedunt. Hebraici exemplaris aliorumque interpretum lectiones affert sæpe Chrysostomus, quas aliquando explicat, sæpius retulisse tantum satis habet. Multis in locis videtur in ipsa ecclesia loqui, et tamen explicationes Psalmorum aliam cum alia annectit, ac si una serie explicationes illas pararet. Loqui videtur viris, non auditoribus, sed qui ejus scripta lecturi essent. Explicatio Psalmi centesimi decimi sexti brevior certe est, quam ut possit concionem unam efficere: id quod etiam dici possit de centesima vigesima octava, et de quibusdam aliis; ut e contrario quædam longiores sunt, quam ut potuerint una vice dici. Cum centesimum vigesimum primum explicat, videtur aliquid commemorare quod dixerat, cum de centesimo

decimo nono ageret. Explicatio Psalmi centesimi quadragesimi mittit ad Explicationem sexagesimi secundi, quam non habemus : vereque creditur Chrysostomus eodem ritu atque modo totum Psalterium interpretatus esse. »

Hactenus Tillemontius qui hosce Commentarios pro more suo accurate exploravit. Opinatur ergo hæc Joannem Chrysostomum, non concionando in cœtu populi dixisse, sed scripsisse tantum : quamquam, ut est in judicio ferendo cautus, hæc quasi dubitans esserat. Et superest certe in illam sententiam inclinanti magnus dubitandi et adversum suspicandi locus. Antequam enim ad exempla veniamus, hoc præmittendum duximus. Quis credat concionatorem pene quotidianum, qui per annos octodecim tali officio, in principibus duabus Orientis Ecclesiis functus est, hanc tantam supellectilem in scriniis reliquisse, vel amicis solum legendam dedisse? Supellectilem, inquam, totam ad conciones paratam, ut cuique legenti palam erit, et quantam vix uspiam videas, ad morum disciplinam apprime compositam, qualem vix alibi vel apud Chrysostomum ipsum reperias; quæque si integra ad nos pervenisset, vix duobus posset Voluminibus comprehendere, ut jam diximus.

Ad exempla vero jam procedamus, quæ certe videntur concionantem omnino referre. In quarti Psalmi Expositione, col. 41, hæc habet: *Sed non probe scimus quodnam sit lucrum orationis, quia nec ei studiose animum adhibemus, nec ea ex Dei legibus utimur. Sed homines quidem aliquos alloquuturi, qui sunt nobis superiores, ubi habitum, incessum, amictum et omnia composuerimus, ita ut oportet alloquimur: ad Deum autem accedentes hiscimus, nos scalpinus, atque huc et illuc versamus, negligentes et socordes sumus.* Et cætera quæ ibidem ille prosequitur. Annon cœtum alloquentis hæc verba sunt? Et col. sequenti hæc in concione et in populi cœtu dici omnino videntur: a Græcis adferendis abstineo brevitatis causa: *Meditemur nos quoque ut Deum supplices adeamus: discamus quomodo ea sit facienda supplicatio. Non est eundem in museum, non sunt consumendæ pecuniæ, nec sunt conducendi pædagogii, rhetores et sophistæ, neque multum temporis consumendum est, ut hanc dicendi artem ediscas, sed solum voluisse sufficit, et ars perfecta evasit. Nec pro te solum poteris dicere in eo iudicio, sed etiam pro multis aliis. Et quisnam est scopus, quod institutum artis hujus judicialis? Modus precatationis. Sobria mente, animo contrito, cum fontibus lacrymarum ad eum accedere, nihil quod ad hanc vitam pertineat petere, futura concupiscere, pro spiritualibus supplicare, inimicis non male precari, acceptam injuriam memoria tenere, omnes perturbationes ex animo expellere, conterentem cor ita udire; animo deprimi, mansuetudinem magnam exercere, et linguam ad bene loquendum convertere, in nullo pravo opere versari, nihil habere commune cum communi orbis terrarum hoste, cum diabolo, inquam; et cætera quæ pluribus ille prosequitur.*

Expositionem vero in Psalmum septimum ita orditur, ut manifestum sit, ni fallor, ipsum auditorum cœtui verba facere. *Oporteret quidem, inquit, Scripturarum et historiarum adeo accuratam habere cognitionem, ut longiore ad earum doctrinam oratione non egeremus; sed quoniam alii quidem in rebus sæcularibus occupati, alii vero seipsum socordia dedentes, ea non audierunt, necesse est paulo longiori uti oratione, sed attendite diligenter... Sed sic etiam obscura sunt, quæ dicta sunt; quod vos historiam ignoretis. Sed quoniam non oportet solum reprehendere, sed docere, operæ pretium est narrationem aggredi.* Hic certe Chrysostomus cœtum quempiam alloquitur ac reprehendit.

Populum item alloquitur ad Psalmum 43, col. 170, his verbis: *Audite quotquot estis tardi ad eleemosynam. Audite qui vobis divitias servando diminuitis. Audite qui nihilo melius affecti estis quam qui sunt in somniis divites. Quæ sunt enim præsentia, sunt somnio nihilo meliora, et aliquibus interpositis: Quousque vos ipsos seducitis? quousque rerum veritatem non cernitis; sed somniis inhiatis, cum prope et in foribus sit iudicium?*

Longe clarius populum alloquitur cum Psalmi quadragesimi quarti Explicationem orditur hoc pacto: *Vellem nunc adesse omnes Judæos et gentiles, et hoc libro a Judæis accepto Psalmum ita legere. Neque enim ignoratis, et in iudiciis et ubique tunc maxime a suspitione remotum esse rerum testimonium, quando id fertur ab inimicis. Ut hoc ergo hodie quoque eveniat, exhibeamus testimonium ex Veteri Testamento, ut et Judæi et gentiles pudore afficiantur; Judæi quidem legentes et non intelligentes: gentiles vero videntes libros nobis efferti ab inimicis. Neque enim poterunt ea a nobis esse conficta dicere, cum non nos, sed qui Christum crucifixerunt, libros nobis præbeant, qui de ejus potestate loquuntur. Sed sive adsunt, sive non, nos nostro officio fungamur, et aggrediamur interpretationem.* Quis negare possit hic in cœtu quopiam loqui Chrysostomum?

Non minus liquido arguitur ipsum cœtui verba facere ex eis quæ profert in Psalmum quadragesimum nonum, col. 245: *Judicabuntur autem Judæi, et qui tunc erant, et qui postea in Novo Testamento inique se gesserunt: illi et naturam et legem habentes accusatricem: hi autem præter illa, etiam ea, quæ illorum gratia Christus fecit. Quid enim poterunt dicere, vel quam causam afferre quare non crediderint? Sed ea, quæ dicuntur, attendite, ut possitis ora eorum qui contradicunt, obstruere. Satius est enim eos a nobis victos nunc corrigi, quam se vincere putantes, illuc abire, et condemnari a communi Iudice orbis terræ.*

Auditores magis magisque excitat, cum centesimi noni Psalmi Explicationem sic orditur: *Exsurgamus, quæso, et animum intendamus: Psalmus enim de sublimibus admodum rebus agit, non uni soli hæresi, sed variis et diversis obsistens. Nam adversus Judæos, adversus Paulum Samosatenum, adversus Arianos, adversus Marcionistas, adversus Manichæos, et adver-*

*sus omnes, qui resurrectioni non credunt, struit aciem. Quoniam ergo contra tot adversarios structa est acies, nobis quoque multis oculis opus est, ut quae sit luctandi ratio exacte considerare possimus. In externis enim certaminibus, etsi aliqua luctandi ratio non animadversa fuerit, nihil laedetur spectator: non enim doctrinae, sed delectationis gratia illud theatrum coactum est. Hic autem nisi exacte cognoveris undenam adversarius aciem suam instruat, et unde nos eum seriamus, non leve detrimentum accipies. Ne hoc ergo tibi eveniat, mentem tuam excita, arrectae tibi sint aures. Judaeos primum invadimus, etc.*

Et in Psalmum centesimum undecimum: *Vidisti eum qui aedificat supra petram? Quid enim potest timere qui est et nudus et accinctus, nullamque ulli praebet ansam? Quid potest timere qui habet Deum clementem et propitium, ita ut utrinque sit tutus, et ex superno auxilio, et ex ea, cum qua hic inferius agit, facilitate, nec quidquam eum labefactare poterit, non damnum pecuniae, non probra, non calumniarum. Neque enim habet in quo laedatur qui hinc in caelum commigraverit, in regionem ad quam sceleri et insidiis nullus patet aditus. Nam, ut probe nostis, omnes insidiae parantur vel pecuniis, vel pro pecuniis, et omne hominum studium in hoc ponitur.*

Et in Psalmum centesimum decimum septimum, *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia ejus*, col. 328, haec in principio dicit: *Dictum quidem Psalmi quod consuevit populus succinere, hoc est: Haec est dies quam fecit Dominus, exsultemus et laetemur in ea: quod et multos excitat, et hoc maxime solet populus illo spirituali et caelesti festo succinere. Nos autem, si vos vultis, a capite et ab initio totum Psalmum persequamur, non a versu qui succinitur, sed ab ipso exordio expositionem inchoantes. Versum enim patres nostri ut qui esset sonorus, et sublime aliquod dogma contineret, populum succinere sanxerunt: quandoquidem totum Psalmum ignorabat, ut vel hinc perfectam doctrinam acciperent. Nobis autem necesse est eum totum persequi.*

Annon vere populum alloquitur Expositione in Psalmum centesimum decimum nonum, cum haec dicit: *Ita etiam nos oportet affici, et quamvis hic paucis annis vixerimus, eos tamen multos esse putare propter futurorum desiderium? Haec dico non vitam praesentem accusans, absit: ea est enim opus Dei: sed ad futurorum amorem vos excitans et incitans, et ne in rebus praesentibus lubenter versemini, nec corpori affari sitis, nec ita afficiamini, ut nonnulli e vulgo subjecti animi; qui etsi per multos annos vixerint, eos paucos esse dicunt. Quibus quid esse potest a ratione alienius?*

Et in Psalmum centesimum trigesimum septimum in haec verba, *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo*, haec habet: *De hoc apud vos saepe disserui. Quoniam, eo praetermisso, veniemus ad id, quod est proximum. An haec dici possunt non praesente caelo?*

Et Psalmo centesimo quadragesimo, col. 426, sic oritur: *Hujus quidem Psalmi verba pene omnes sciunt, et per omnem aetatem perpetuo canunt: quis sit autem sensus eorum quae dicta sunt, nesciunt. Quod quidem est non parvareprehensione dignum, eos qui quotidie canunt, et ore verba proferunt, non quaerere vim sententiarum, quae in his verbis sitae sunt. Sed si viderit quidem quispiam aquam puram et limpidam, non se tenuerit quin ad eam accedat, tangat, et bibat, et qui in pratum assidue ingreditur, nisi collectis prius aliquot floribus, recedere minime sustinuerit: vos autem qui ab ineunte aetate ad extremam usque senectutem hunc Psalmum meditamini, nihil aliud quam verba perpetuo tenetis, abseonso thesauro assidetis, obsignatam crumenam circumfertis, et nec a curiositate quidem incitatus est quispiam ut disceret quid est quod dicitur: non quaesivit, non scrutatus est.... Quamvis tamen tot sint obscura, veluti quoddam canticum, ea multi leviter praetercurrunt. Sed ne, dum in reprehensione nimis immoramur, molesta evadat oratio, age ad ea quae dicta sunt perscrutanda veniamus. An quis negaverit haec ad caetum populi dici? id quod etiam per totum Psalmi curriculum cernere est. Uno verbo, in hoc et in aliis Psalmis, concionantem et populum alloquentem passim deprehensurus es.*

Hoc postremum asseram ex Commentario in Psalmum centesimum quadragesimum octavum, col. 492: *Si ergo sis princeps, aut magistratum geras, benigno Deo age gratias, quod tantae curae et diligentiae tibi data sit occasio. Si privatus, rursus age gratias, quod habeas qui tui curam gerat, nec permittat ut te improbi insidiis circumventum opprimant. Seu ad senectutem perveneris, seu sis juvenis, Deo age gratias, etc. Hinc certe omnino probari videtur has Expositiones vere conciones in caetu populi dictas fuisse, et quod est notandum, in fine cujusque solitus ritus referendae vel Deo, vel Trinitati, vel Christo gloriae observatur.*

Verum objicit sibi Tillemontius: « Loqui videtur viris, non auditoribus, sed qui ejus scripta lecturi essent, » et locum indicat in margine unde talem hausit opinionem. Est autem locus ille Comment. in Psal. 47, col. 219. Ubi postquam hunc locum, *In Spiritu vehementi conteres naves Tharsis*, legerat Chrysostomus et lectionem Hebraici exemplaris attulerat, prosequitur dicens, cum reges terrae congregati essent contra Sionem civitatem Dei sanotam, Deum ducem belli fuisse ipsosque contrivisse, ut ventus validus classem navium conquassat et conterit: *Nam hi quoque, cum magnam classem parassent, et ex longinqua aliqua alienaque regione venissent, ira Dei veluti quodam vehementi vento omnes perierunt. Et ideo locum quoque significans unde venerunt, subjunxit illud Tharsis; ita etiam significavit Hebraeus per dictionem, quam in vestram gratiam adjecimus in lectione contextus. Non dicit Chrysostomus se in gratiam eorum qui lecturi essent, sed In vestram gratiam, in gratiam scilicet eorum quos alloquitur, lectionem Hebraei seu Hebraici exemplaris apposuisse. Nam*



quod in hac Homilia sive Expositione cœtum populi alloquatur, planum est ex epilogo moralis Homiliæ hujusce, qui sic habet, col. 221: *Quocirca nos quoque semper et continuo considerantes, civitatem nostram Jerusalem mente versemus, ac pulchritudinem ejus nobis ob oculos perpetuo ponamus, quæ Regis sæculorum est metropolis, in qua justorum sunt spiritus, chori patriarcharum, apostolorum, omniumque sanctorum, ubi stabilia sunt cuncta, non prætereuntia, ubi pulchritudines sunt immortales, et quæ sub aspectum non cadunt: quæ solis iis hæreditate consequi licet, qui caducarum et fluxarum sæcularium curarum penitus oblitii fuerint, opum scilicet ac deliciarum, et damnosarum diaboli voluptatum: fraternaliter autem amorem, hospitalitatem erga pauperes, et caritatem in proximum, in dies augent, atque acceptas injurias ex animo condonant, ut cum hac ratione honeste, atque ut Deo acceptum est, vitam traduxerimus, regni cælorum hereditatem accipiamus, in ipso Christo Domino nostro, cui gloria et imperium una cum Patre et Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.*

Hæc concionantis et cœtum populi alloquentis verba et epilogum esse nemo negaverit. Sed quare dicit se in auditorum gratiam Hebraïci exemplaris vocem in lectione adjecisse, quæ vox est, Tharsis, et Hebraice sic scribitur תרשיש, ac quæ causa hujus addendæ lectionis fuerit, haud ita facile est augurari: illud tantum quod conjectura assequi possum hic profero. Certum est Antiochiæ magnam fuisse Judæorum multitudinem: ibi et synagogas quoque fuisse exploratum indubitatumque est: cum Judæis autem multi Christianorum aliqua societate jungebantur, ita ut quidam synagogas frequentarent, qua de re conqueritur Chrysostomus in libris contra Judæos; hi vero haud dubie Judæos Hebraice legentes in synagogis audiebant, et Hebraice intelligebant, ut credere est: ex his autem quidam Hebraicas audire lectiones cupiebant, qua de causa non semel in hujus Psalmi Expositione Hebraïci exemplaris lectiones affert, et una vice se in gratiam quorumdam illud cupientium lectionem Hebræi afferre testificatur. Ut ut res est, sive hac, sive alia de causa illud egerit, non minus certum erit Chrysostomum hic concionem habere et cœtum alloqui, id quod nemo, ut spero, negaturus est.

Monitum lectorem velim, hic nos auctoritate Manuscriptorum duorum lectionem, quam posuerat Savilius et Morellus, mutavisse: habent enim, *Hebræus autem, Thessaber*. Ubi textus Hebraicus hoc modo: תרשיש ארץ תרשיש, quæ sic leguntur: *Thessaber Onioth Tharsis*; primam ergo vocem quamdam ponunt supra Savilius et Morellus; in duobus autem illis optimis Manuscriptis legitur, ὁ δὲ Ἑβραῖος ἠνοθαβερσίς, ubi haud dubie legas, ὁ δὲ Ἑβραῖος ἠρσι Θαρσις; illud enim, ἠρσι, non potest vocem quamdam Hebraicam exprimere, cum nulla hic sit hujusmodi. Hanc vero lectionem paulo post confirmat Chrysostomus cum ait: *Et ideo locum quoque significans unde venerunt, subjunxit illud, Tharsis. Ita etiam significavit Hebræus per dictionem, quam in vestram gratiam adjecimus in lectione contextus*. Ubi animadvertas velim, Exemplaria olim Græca Veteris Testamenti multas plerumque in marginibus habuisse lectiones interpretum, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, nec non aliorum et Hebraïci contextus, inter fortasse has notas mutuatus sit Chrysostomus. Exemplaria autem hujuscemodi ad nostram usque ætatem devenerunt; pluribus ista forma concinnatis nos usi sumus in restaurandis, quantum licuit, Hexaplis Origenianis, ut quisque videre possit.

Aliud objicit Tillemontius: « Explicatio centesimi decimi sexti Psalmi brevior est quam ut possit concionem unam efficere: id quod etiam dici possit de centesima decima octava, et de quibusdam aliis; et e contrario quædam longiores sunt, quam ut potuerint una vice dici. » Quod spectat centesimam decimam sextam Expositionem in ejusdem numeri Psalmum, certissimum quidem est non potuisse umquam sufficere ad concionem unam, cum ne dimidiam quidem paginam absolvat, sed quid vetuit quominus illam cum sequenti jungeret, ut concionem plenam haberet? Liber quippe Psalmorum non perinde atque Genesis longas historias complectitur, quarum singulæ possunt ad unam homiliam satis esse: at liber Psalmorum diversi argumenti Psalmis constat, ubi ex alia in aliam rem transitur; horum autem alii longi, alii brevissimi sunt. Potuit vero Chrysostomus illos brevissimos vel cum præcedentibus vel cum subsequentibus jungere, ut concionem plenam haberet. Quod habet de longissimis Expositionibus Tillemontius, uno verbo depellimus: vix unam duas reperias inter longissimas in Psalmos Expositiones, quæ homiliam quintam contra Judæos adæquet: potuit autem illas longiores in duas pluresve partes dividere, id quod non raro præstant etiam concionatores hodierni. Ut enim uno verbo concludam, omnes et singulæ in Psalmos Expositiones concionantem Chrysostomum exhibent.

### § III. — Quo tempore has in Psalmos Expositiones edidit Chrysostomus.

Nihil in toto Expositionum decursu habetur, unde expiscari possimus quo tempore illas adornaverit, ac primum emiserit. Hoc unum ex probabilissima conjectura dicimus, nisi fortasse quis malit id pro explorato habere, nempe Chrysostomum hoc amplissimum opus Antiochiæ edidisse; quo autem anno vel tempore scire, hoc opus, hic labor est. Magni certe otii opus fuit diuturnique laboris. Otii autem parum habuit Chrysostomus ab eo tempore quo cœpit concionari, perque annos duodecim concionatus est; et numquam ab hoc officio destitit; sæpe etiam cum morbis conflictatus: opus autem illud in Psalmos maximum amplissimumque fuit omnium illius operum, atque, ut jam non semel diximus, si totum haberetur, vix posset duobus amplissimis voluminibus comprehendi. Quapropter libentius crediderem ipsum hosce commentarios adornavisse antequam presbyter ordinaretur, et concio-

nandi munus inchoaret; ordinatus autem presbyter fuit Chrysostomus annos jam emensus triginta novem, ut in ejus Vita pluribus commonstratum est. A quo autem tempore Libanii ludum literarium reliquit ad usque annum ætatis quadragesimum quo concionari cœpit, otio multo atque libertate fruebatur. In hoc ergo fortasse tempore hosce Commentarios scripserit, ab anno videlicet Christi 370 ad annum 386, quibus forte postea concionum formam dederit. Sed hæ sunt conjecturæ meræ.

§ IV. — I. *Scriptorum sententia de his in Psalmos Expositionibus.* II. *In operibus Chrysostomi nihil præstantius.* III. *Nihil ad mores instituendos aptius.*

I. Photius de hisce Commentariis hæc habet; ubi de Homiliis in Genesim loquutus, ita pergit illorum stylum cum stylo Homiliarum in Acta, et Expositionum in Psalmos comparans:

*Dictio illius pro more perspicua et pura, quæ splendoris et profluentiæ plurimum habet, insuperque copiam sententiarum, et genuinam exemplorum frequentiam exhibet. Tamenque in dicendi genere inferior est Commentariis in Acta Apostolorum, in humilioribusque loquendi formam deflectit; pariterque a Commentariis in Apostolum, quemadmodum et Commentaria in Acta a commentariis in Psalterium elegantia superantur. Ubique enim in omnibusque operibus suis splendore, sagacitate cum suavitate conjuncta, miro artificio usus; in his maxime Commentariis hujusmodi splendet ornamentis, exemplorum ubertate, enthymematum copia, et sicubi opus est gravitate: atque, ut uno verbo loquar, dictione, constructione, methodo, sententiis ac reliquo apparatu, has Expositiones eximie ornavit.*

*Ex ipsis porro Commentariis in Apostolum internosci potest, quinam ab eo Antiochiæ elaborati fuerint, quia sunt diligentius et accuratius adornati; et quinam dum Archiepiscopus esset concinnati fuerint: Commentarios autem in Psalmos quandam adornaverit, scitu difficile est; nisi quis fortasse dixerit, vim et sermonis præstantiam miratus, ipsum potius in otio degentem, quam in publicis versantem negotiis, hæc edidisse.*

*Si qua autem dicta, quæ vel interpretatione, vel profundiore speculatione egerent, non ita diligenter ab ea explanata fuerint, nihil mirum. Nam ea quidem quæ auditorum captui accommodata erant, vel quæ ad eorum salutem utilitatemque pertinebant, numquam prætermisit. Quamobrem mirari subit beatissimum illum virum, quod semper, in omnibusque sermonibus suis, hunc sibi scopum proponeret, auditorum nempe utilitatem; cætera autem vel non curaret, vel levissime attingeret: sed et illud, præ auditorum utilitate contempsit, quod alicui vel sensus aliquos ignorasse, vel ad profundiora quædam penetrare refugisse, vel id genus alia præteruisse videri posset.*

Hæc visum est referre, quia Expositionum in Psalmos judicium præ se ferunt accuratum: meque fateor dum Expositiones hasce legerem relegeremque, ea ipsa omnia sensisse, ac deprehendisse, quæ Photius scripsit.

Suidas autem Joannis Chrysostomi Commentarios in Psalmos cum excellentissimis ejus operibus confert his verbis: *Hic multa scripsisse fertur, inter quæ antecellunt libri de Sacerdotio, sive subtilitatem spectes, sive dictionem, aut suavitatem, aut verborum pulchritudinem: his comparandæ sunt Expositiones in Psalmos Davidis, Evangelii secundum Joannem interpretatio, Commentariaque in Matthæum, et Marcum, et Lucam. Commentaria Joannis Chrysostomi in Marcum et Lucam nusquam vidi, nec ab alio commemorata audivi, quin et Victor Antiochenus in Bibliotheca nostra Coisliniana hæc notat: Cum multi in Evangelia secundum Matthæum et secundum Joannem filium tonitruum commentaria ediderint, pauci in Evangelium Lucæ, nullus, ut quidem arbitror, in Evangelium Marci, exploravi ut ea quæ per particulas et sparsim a doctoribus Ecclesiæ in illud dicta fuerant colligerem, et brevem commentarium adornarem, ne hoc unum ex Novi Testamenti Evangeliiis neglectum fuisse videretur, sive quasi nulla egeret ad intelligentiam exercitatione, sive quasi posset ejus mens et sententia ex aliorum Evangeliorum interpretatione percipi, etc. Hæc obiter dicta sunt, ne quis ex dictis Suidæ arbitretur Commentaria Chrysostomi in Marcum et Lucam olim fuisse, quæ perierint. Nam si quis hæc novisse potuit, Victor Antiochenus fuit, qui Chrysostomi item Antiocheni scripta cognoscebat.*

II. Ut ad Interpretationes in Psalmos redeamus, hæc vulgata fuit omnium opinio, has inter prætantissima illius opera censi. Idipsum porro existimaturi sunt quotquot exploraverint, quotquot attente legerint. Nam hic, omni superfluitate resecata, inventionis ipsius sancti doctoris specimina passim reperias. Ea vero in re cæteris omnibus oratoribus, quotquot vel sacri vel profani fuerunt, antecellere deprehenditur, ut argumentum omni ex parte, singulari quodam inexpectatoque modo convertat; sic apto tamen, sic genuino, et ad rem qua de agitur accommodato, ut nihil supra.

III. Ad disciplinam item morum hi Commentarii apprime idonei sunt; nullum ethicæ articulum hic non tractatum invenias: occasioneque sumpta ex Psalmorum argumentis omne genus virtutum hic commendatur, vitia omnia exagitantur. Exemplis semperisque frequentibus et ad rem quæ tractatur aptatis, modo fugiendum peccatum, modo amplectendam virtutem esse suadetur.

§ V. — I. *De exemplari Septuaginta Interpretum, quo usus Chrysostomus est in his Expositionibus.* II. *Veterum interpretationes cur afferat nec nominatis Interpretibus.*

1. Joannes Chrysostomus exemplari Psalterii haud dubie utebatur, quod in Ecclesia An-

tiœhena in usu erat : inde autem versuum singulorum lectionem attulit. Erat porro exemplar illud Septuaginta Interpretum Editio. Verum illius Editionis exemplaria inter se variabant, et, quod admirabuntur ii qui non sunt his in rebus exercitati, postquam lectionem suam attulit Chrysostomus, lectionem Septuaginta Interpretum a sua diversam quandoque refert. Sic in Psalm. 7, v. 11, exemplaris sui lectionem affert hoc pacto : *Scrutans corda et renes Deus justus. Adjutorium meum a Deo, qui salvos facit rectos corde.* Deinde vero, post interpositas Interpretum lectiones, sic habet : *Septuaginta autem ita dixerunt : Scrutans corda et renes Deus. Justum adjutorium meum a Deo.* Hic Septuaginta Interpretum lectionem, qualis in Hexaplis legebatur, videtur afferre Chrysostomus : ipse vero aliam Septuaginta Interpretum lectionem sequitur. Hæc autem varietas lectionum non ita frequenter observatur in exemplari, quo utitur Chrysostomus, ut in aliis plurimis ecclesiasticis scriptoribus.

Non in libro Psalmorum tantum, sed etiam in aliis Scripturæ sacræ libris hujusmodi varietates in exemplari Chrysostomi observabantur. Sic Isaïæ 51, 1 : *Respicite ad solidam petram ex qua excisi estis, et ad fossam lacus, ex qua effossi estis.* Illa autem lectio ex Theodotione desumpta in exemplari Chrysostomi habebatur et magis accedit ad Hebraicam veritatem. In vulgari autem *Septuaginta interpretum* Editione hic reperitur sensus, *quam excidistis..... quem fodistis.* Sed passivi significatum hic requirit textus Hebraicus.

II. Sæpe etiam aliorum Interpretum, Aquilæ, Symmachi et Theodotionis, lectiones affert; nec raro etiam Hebraici exemplaris lectionem ipsam Græcis literis expressam, qualis videlicet habebatur in Hexaplis Origenianis. Variis autem illis lectionibus, quas affert, parce et raro utitur ille in Explanationibus suis, nec explorat quænam verior et sincerior sit, quænam ad seriem accommodator, sed eam lectionum diversitatem lectori considerandam relinquit. Quid causæ vero sit, quod illas sic afferat, haud difficile est augurari; cum enim ipse semel testificatus sit se in gratiam quorundam, qui id desiderabant, lectionem Hebraicam Græcis literis scriptam attulisse, hinc suspicandum relinquitur ipsum, ut quorundam votis atque studiis faceret satis, varias item interpretationes in medium afferre. Licet autem illa a Septuaginta Interpretum versione admodum differant, ab exquirendo sensu abstinere ut plurimum Chrysostomus, quia cum ille ad mores informandos concionetur, et hic fere unicus illius sit scopus, non multum juvat ad eam rem isthæc qualis qualis sit varietas. Sed mirum profecto est, quod numquam Interpretum nomina adscribat; ne semel enim quidem per totum longissimi operis curriculum vel Aquilam, vel Symmachum, vel Theodotionem commemorat; sed scribit semper : *alius sic, alius vero sic* : et tamen in Hexaplis Origenianis, inque Bibliis Hexaplorum lectiones ad marginem exhibentibus, qualia bene multa erant, hæc nomina, vel integra, vel per primam litteram semper exhibebantur. In quodam tamen Ms. Chrysostomi quo usus Savilius est in margine ad quædam tantum loca scribitur A. cum lectio est Aquilæ, C. cum Symmachi, Θ. cum Theodotionis. Nescitur autem an Chrysostomus ipse, an aliquis librarius vel vir literatus hæc apposuerit.

§ VI. — I. *Chrysostomus in totum Psalterium Commentarios seu Homilias emisisse putatur.*  
II. *Locus Photii ineditus, quo id ipsum probatur.*

I. Expositiones Chrysostomi in Psalmos tot partibus mutilas habemus, ut hinc quæstio oriatur illas sic emiseric, in multos videlicet Psalmos, longe pluribus prætermissis, an vero temporum injuria ii Psalmi, qui nunc desiderantur cum Expositionibus suis, amissi fuerint. Ab ipso enim initio tres Psalmi desiderantur et a quarto incipitur; tertium namque, quem post Frontonem Ducæum cum Expositione sua priorem ponimus, non ad hanc seriem pertinere certum est; imo etiam an vere Chrysostomi sit Expositio dubitatur, atque illa ipsa Expositio a quibusdam ut spuria rejicitur. A quarti igitur Psalmi Expositione incipitur, et usque ad duodecesimum pergitur; sic novem Psalmorum Expositiones habemus. A duodecimo ad quadragesimum tertium Expositiones omnes numero triginta desiderantur, et a quadragesimo tertio resumuntur; Homiliam enim in quadragesimum primum non ad hanc seriem pertinere certum est, etsi illa egregia verque Chrysostomi sit. A quadragesimo tertio ad quadragesimum nonum Expositiones Chrysostomi habentur numero septem; exinde vero sequitur omnium maximus hiatus, nempe ad usque Psalmum centesimum octavum, Psalmorum videlicet quinquaginta et octo. A centesimo octavo autem ad usque finem omnium Psalmorum Expositiones habemus uno excepto centesimo decimo octavo, omnium longissimo. In summa, quinquaginta et octo Psalmorum Expositiones habentur; nonaginta duorum desiderantur.

Sic igitur in partes distractæ Expositiones in Psalmos ad nos usque devenerunt; ita ut lacinia singulæ multos Psalmos habeant. Hincque jam conjicitur, etiamsi nullum aliud adesset ad rem probandam argumentum, totum Psalterium fuisse a Chrysostomo Explanationibus illustratum : nam si delectu habito hos explanare, alios prætermittere voluisset, illæ series Psalmorum consequenter positorum non haberentur, sed alium hinc, alium inde sumpsisset explanandum.

Ad hæc ipse Chrysostomus se alios Psalmos ad hanc seriem pertinentes exposuisse significat, cum de Psalmo centesimo quadragesimo loquitur, col. 428; postquam enim dixerat hunc Psalmum vespere dici et vespertinum vocari, ex occasione de Psalmo etiam matutino, qui est sexagesimus secundus, quædam affert, et hæc adjicit : *Sed ne eo (Psalmo) qui est præ*

manibus relicto, alium extra ordinem introducamus, transmissio auditore ad ea quæ de illo dicta sunt, ad ea quæ sunt nobis proposita accedamus. Hic non modo indicat Chrysostomus se de Psalmo sexagesimo secundo jam dixisse, sed dixisse suo loco et in serie aliorum. Expositio autem illa Psalmi sexagesimi secundi cum aliis interit.

II. Photius item patriarcha in nota mox edenda, quæ nota numquam antehac, ut puto, prodiit, testificatur se scholion vidisse excerptum ex Commentario Chrysostomi in Psalmum quinquagesimum nonum: locus autem ille Photii affertur in Codice XII Bibliothecæ Coislinianæ, fol. 52, qui Codex decimi tertii circiter sæculi Catenam in Psalmos complectitur etsi non integram. Sed interpretationes in Psalmos septem nempe Psalmorum, solius Theodori Heracleotæ esse notantur. Nota itaque Photii sic habet: *A decimo tertio usque ad quadragesimum secundum Psalmum Chrysostomi interpretationem hactenus non reperimus, sed neque a quinquagesimo usque ad Psalmos graduum. Inveni tamen in scholiis in primam catholicam Joannis epistolam scholion e regione positum, quasi ex interpretatione Chrysostomi in Psalmum 59, nimirum in dictum illud: Est peccatum ad mortem, et est peccatum non ad mortem. Unde animadvertere licet, etiamsi nos non invenerimus, divinum tamen illum virum ipsum interpretatum esse.* Et postea subjicitur: *Photius patriarcha hæc scribit.*

Observes autem velim, hanc notam posuisse Photium ante Psalmum decimum tertium, ut significaret in sequentibus Psalmis non suppetere Chrysostomi interpretationes, quæ in præcedentibus Psalmis frequentes apponuntur in eadem Catena. Unde etiam argui videtur Photium hujusce Catenæ esse auctorem, qui testificatur se in præcedentibus Chrysostomi plus quam aliorum omnium interpretationes attulisse, non item in Psalmis sequentibus illas ipsas habere quas proferat, quia nempe ejus Expositiones bene multæ, quas ipse indicat, amissæ fuerant. Patres autem ex quorum interpretationibus Catenam hanc concinnavit Photius, hi sunt: Athanasius, Basilus, Chrysostomus, et Theodorus Heracleota. Cum deficerent ergo Chrysostomi in sequentes Psalmos interpretationes, id indicat Photius, ne quis miretur Joannem Chrysostomum, qui modo passim adhibebatur, non ultra comparere. Unde certe arguitur a Photio Catenam adornatam fuisse.

Neque unam hanc tantum Photii notam in hujusmodi Catena deprehendimus: alteram enim ejusdem habemus, in fine Psalmi 8, in verba Chrysostomi paulum mutata, quæ nota sic habet: *Interrogatio. Quare, inquit, Christus, cum sit æqualis Patri, humilia tamen multa loquitur? Responsio. Ut humilitatem doceat, et quia carne amictus erat, ac propter Judeorum stupiditatem: quia etiam humanum genus paulatim ad cognitionem procedere debet, itemque ob imperfectum auditorium captum: certe multa secundum auditorum opinionem loquitur. Hic circa finem contra Paulum Samosatenum et contra Arianos verba dirigit, occasione sumpta ex hoc Psalmi dicto: Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum. Hæc diversimode in hoc sermone adumbravit, utpote qui homiliæ more loquatur. Pulchritudo sane splendorque sermonum, visque argumentationum ubi acrimonia et contentione opus est, major utique est quam ut in homilia locum habeat.* His subjicitur: *Photius scribit.*

Hæc ait Photius, postquam Chrysostomi locum attulerat, atque hic de ejusdem in Psalmum octavum Expositione verba facit: ubi ille Paulum Samosatenum nominatim confutat, et contra Anomæos Arianosque verba facit. Unde etiam confirmatur opinio nostra, qua coniecimus supra, Catenam illam Codicis Coisliniani XII fuisse a Photio concinnatam.

§ VII. *Utrum eæ omnes Psalmorum Expositiones Chrysostomi, quas ex temporum injuria amisimus, jam Photii ævo amissæ essent.*

Quæritur utrum ea omnia quæ desiderantur in Expositionibus Psalmorum, etiam ævo Photii deessent. Si quidem verbis Photii, in nota priore supra allata positus, standum sit, trium priorum Psalmorum Expositiones ipsius tempore supererant, quæ jam absunt: nam tertii Psalmi Interpretatio, quæ in fronte libri posita est, ad hanc seriem non pertinere creditur, ut jam dictum est. Expositiones autem illas quæ desiderantur sic notat Photius: *A decimo tertio Psalmo usque ad quadragesimum secundum hactenus Interpretationes Chrysostomi non reperimus.* Quo innuit nihil a principio usque ad decimum tertium deficere. Si Codex autem Coislinianus non mutilus esset, statim vidissemus utrum Expositiones illæ in tres primos Psalmos adhibite fuissent a Photio, qui Catenam hanc adornasse creditur; verum ille Codex, initio mutilus, a septimo tantum Psalmo incipit. Neque tamen inde inferendum statim est, Expositiones illas in tres priores Psalmos superfuisse Photii tempore. Licet enim ipse in lacunarum recensione illam trium Expositionum priorum non commemoret, potuit ideo illam tacere quia jam initio Catenæ de amissis illis loquutus fuerat; in hanc vero partem totus propendebat; neque enim opinor tres illas priores Expositiones Photii tempore superfuisse.

A tertia decima autem ad quadragesimam secundam Expositiones omnes desiderantur, inquit Photius; ita ut tertiam decimam excludas, et quadragesimam secundam similiter: ambæ enim cum aliis desunt. Quadragesima autem prima, quæ hic secundum Psalmi expositi numerum ponitur, extra seriem harum in Psalmos Expositionum olim erat, et huc advecta fuit, neque ullam habet cum hisce Expositionibus affinitatem, ut ibidem in Monito pluribus probavimus. Quod adjicit Photius, a quinquagesimi Psalmi Expositione usque ad Psalmos graduum omnes Expositiones desiderari, potuit verum esse, quatenus in suis exemplaribus cætera desiderabantur: verum Expositiones sanas, genuinas et integras

habemus a Psalmo centesimo septimo, qui deest, ad usque Psalmorum finem, uno excepto 118 : in hisce vero Psalmis comprehenduntur Psalmi graduum quindecim, qui incipiunt a 119.

§ VIII. — *Utrum Expositio in Psalmum tertium, quæ agmen ducit et prima locatur, hic a Chrysostomo posita sit; et an sit vere Chrysostomi.*

Expositio in Psalmum tertium, quæ prima est in hoc opere et agmen ducit in hoc Tomo, in quibusdam Manuscriptis prima ponitur, ab aliis vero prorsus abest. In Regio codice num. 1962 habetur; in Colbertino num. 10 non compareret, sed ibi incipitur ab Expositione in Psalmum quartum; similiterque abest a Catalogo illo Expositionum Græco qui in Editis habetur, quemque in fine hujusce Præfationis edemus. In edito tamen Frontonis Ducæi legitur; ideoque ex sede illam expungere non ausi sumus, etiamsi ad hanc seriem pertinere non videatur. Nam in Expositionibus Psalmorum Chrysostomus et titulos et singulos versus ad usque finem explicat : hic autem de titulo tantum agit : *Psalmus David cum fugeret a facie Absalon filii sui*. In hac sola inscriptione moratur auctor Homiliæ primæ, quæ etiam non integra, nec suis omnibus partibus absoluta putatur : ita namque desinit, ut aliquid ultra desiderari videatur. Quibus perpensis omnibus, non puto hanc Expositionem ad seriem aliarum pertinere; sed ab nescio quo huc temere invectam fuisse.

Ad hæc alia quoque exurgit dubitandi causa, an videlicet hæc sive Homilia seu Expositio Chrysostomi vere sit, necne. Certe si res ipsas explores, si sensa, si orandi modum, non videtur a Chrysostomi concionandi genere aliena; si stylum et dictionem Græcam perpendas, aliquid peregrinum olet; voces Chrysostomo non usitatæ, saltem illo, quo hic usurpantur, sensu occurrunt, ut *κόνδυλος* et *κονδυλιζουσα*, et fortassis aliæ, quæ vel non usu tritæ, vel alienis junctæ vocibus nonnihil suspicionis ingerunt. Licet porro Fronto Ducæus in serie aliarum reliquerit, qui tamen spuria et admodum dubia alio amandare solet, certe hæc multis doctis viris suspecta est; Halesius vero in Notis Savilii omnino spuriam putat esse. Savilium autem primo hæreere videtur, sed postea in Halesii sententiam deflectit. Verum uterque audiendus. Sic in Notis Savilii p. 932 :

« Hanc Expositionem tertii Psalmi, » inquit Savilius, « ab illo amatore Dei et Christi viro, qui τῆς συναγωγῆς in Psalmos, quam ex Collegio Corporis Christi Oxonii sumpsimus, auctor fuit, vel non visam, vel repudiatam, misit ad me doctissimus Fronto Ducæus, ex Vaticana, ut ipse aiebat, descriptam : quæ exstat etiam, teste in notis ad Chrysostomum Flaminio Nobilio, in Bibliotheca clericorum regularium Romæ. Hujus principium et quidem non inelegans aut indignum Chrysostomo citat Damascenus Oratione tertia de Imaginibus. Vertit Latine vetus Interpres, uti et nos quoque Græce damus, sine truncatam. Quæ tamen omnia non eam apud me vim habeant, ut non plane acquiescam Halesii mei de spuritate judicio, qui de Expositione ista sic ad verbum censuit :

« De fragmenti hujus auctore non facile statuerim; certissimum tamen habeo Chrysostomi non esse. Primo enim stylus est a Chrysostomo omnino alienus, utpote affectatior et frequentibus argumentatiunculis et homœoplotis interstinctus, quæ passim occurrent editionem Græcam inspicientibus, et qualia sunt : τὸς δραπέτης ἡράμηναι ἰερέσων, οὐκ ἐπιτρέμματα θαυμάζουσι' et, ὅθεν ἡ πηγή τῆς ἀμαρτίας, ἐκείθεν ἡ πηγή τῆς τιμωρίας' et, κριτῶν τῆς τοῦ πολέμου ἐξήγησις ἢ αἵτια τῆς τοῦ πολέμου ὑποβίτευς, et alia his consimilia usque ad vitium affectata. Secundo totum inventionis sibi juvenilius est. Atque hinc belli illi de Absalone in quercu suspenso sensiculi, et a planta detinebatur qui cum radice pugnabat; vinctus erat a ramo ramus, etc. Deinde perbellæ ratiunculæ illæ, cur Absalonem et cælum respuerit et terra; aliaque hujus generis, quorum immensa vis in *dubiis et spuriis*. Postremo prosopopœia illa in qua desinit, cui, ut puto, plura attexit auctor, sed ea nobis tempora feliciter inviderunt. Quod si quæ hic de Absalone dicuntur, cum iis, quæ Chrysostomus de argumento isto sexcenties disputat, conferantur, omnino nihil simile aut par habere reperientur. Huc accedunt locutiones populo duriores, *fugitivos scriptis literis persequuntur* (locus modo sit sincerus), et *uxor mala peccatori colaphus est*, et ἀνάρτων vox græca sæpius usurpata, quæ licet fortassis satis sit proba, apud Chrysostomum tamen numquam reperitur. Deinde particularis illa Psalmi centesimi quarti citatio : hoc vero Chrysostomo numquam in more positum, contento verba tantum, locum vero indicare numquam sollicito. Hæc pluribus egi propter Damascenum, ne quis me arbitretur a tanti viri auctoritate temere velle discedere. Dicendum enim necessario, aut tanti viri iudicium a vero deflexisse, aut Chrysostomum sibi dissimillima scripsisse, aut Expositionis hujus capiti, quod a Chrysostomo multum abluere non contenderim, recentiorem aliquem corpus et membra attexuisse. »

Hæc scite observata sunt, tametsi stylo non ita congruenti. Neque diffiteor, si hæc vere Chrysostomi esset, Chrysostomum a proprio sibi scribendi genere multum deflexisse. Sed homiliam illam, ut a Frontone Ducæo posita fuit, inter authentica posuimus; ita tamen ut fateamur, eam, si non aperte supposititia sit, admodum tamen esse suspectam.

§ IX. — *Quam multe in Psalmos Homiliæ et Orationes Joanni Chrysostomo adscriptæ ex aliorum Patrum et Scriptorum ecclesiasticorum commentariis homiliisve in Psalmos consarcinatae fuerint.*

Novum certe spectaculum offerimus, cum Spuria in Psalmos, et Joanni Chrysostomo falso adscripta simul edimus. Ibi enim varia fraudum genera deprehendimus, dum alii suas vel

homilias in Psalmos vel Psalmorum interpretationes Joanni Chrysostomo adscribunt; alii præmissis quibusdam exordiis, ex diversorum scriptis homilias, vel Psalmorum Expositiones consarcinant. Tanta quippe erat, S. doctoris fama, tanta ejus apud omnes existimatio, ut quidquid illius nomen præ se ferret, passim ut eximum admitteretur; illo videlicet ævo cum paucissimi essent qui possent distinguere *pretiosum a vili*. Alii itaque ut scriptis suis laudem et famam compararent, Joannis Chrysostomi nomine ea circumferebant: hujus generis sunt aliquot Homiliæ in principio Spuriorum positæ. Alii quæstus et lucri causa, consarcinatis variis diversorum Patrum locis aptatisque principiis pro arbitrio, Chrysostomi nomen hujusmodi seu homiliis seu libris adscribebant, ut et facilius et pluris venundarentur. Alii non a pluribus, sed ab uno tantum scriptore, exceptas lacinias ut melius poterant assuebant, et præmisso Chrysostomi nomine proferebant in publicum. Alii demum audaciores, integras homilias orationesve omnibus suis partibus et numeris absolutas, illas etiam quorum auctores inter ecclesiasticæ rei proceres principesque numerabantur, dempto veri auctoris titulo, Joannis Chrysostomi nomine insigniebant. Hujusmodi fraudes bene multas deteximus. Scriptores autem ex quorum scriptis ejusmodi opuscula consarcinata ementito Chrysostomi nomine prodire, hi sunt, Eusebius, Athanasius, Basilus, et Theodoretus. Quæ autem ex singulis excepta fuerint ad tot Homilias sive Expositiones Chrysostomi nomine consarcinandas si indicemus, lectori nec ingratum nec inutile fore speramus.

§ X. — *Ex Homiliis duabus de pœnitentia in Psalmum L posterior pene tota ex Theodoro desumpta est.*

Is qui duas in Psalmum L Homilias emisit, et Chrysostomum ementitus est, priorem homiliam suo Marte adornavit, nec aliunde expiscatus est, vel si expiscatus sit, nondum advertimus quid et a quibus acceperit. Est autem illa inter Spuria col. 565–566, atque in præmisso Monito quid de utraque homilia sentiendum sit pluribus demonstratur. Secundæ autem exordium mutuatus est ille pseudonymus ex Homilia 22 Chrysostomi in Genesim, in reliquam vero homiliam totum Commentarium Theodreti in Psalmum quinquagesimum invexit, atque additis ex se multis, quæ longe inferioris notæ sunt, longissimam texuit orationem. Exemplari autem Theodreti usus est interdum vitiato, aliquando castigatior, quam in Theodreti Editio feratur, unde etiam possent aliqua corrigi. Exempli gratia, mendum reperitur in Edit. Theodreti loco, sic ad literam interpretato: *Ego ipse, ait, meorum malorum causa fui, tua vero justitia resplendet. Etenim si judicium constituitur*, etc., ubi interpret, mala græci textus interpunctione ductus, verbum sic ad hunc articulum phrasim retulit, *si judicium constituitur*, cum e contrario oportuisset, potiori interpunctione adhibita, adverbium sic referre ad has voces, *tua vero justitia resplendet*. Legendum ergo, ut sequitur: *Ego ipse, ait, meorum malorum causa fui; tua vero justitia etiam sic elucet. Nam si judicium constituitur*, etc. Et sic interpretatio cum versu Scripturæ, qui explicatur, consonat. Cæterum ille Pseudo-Chrysostomus, qui totam in hunc Psalmum Theodreti Expositionem in homiliam suam invexit, multo plura de suo adjecit: quamquam ex iis quæ hodie apud Theodoretum non exstant possent plurima a Pseudo-Chrysostomo allata, vere Theodreti esse: a longo enim jam tempore opinor Theodreti Commentarios, ut in Editis exstant, non plenos integrosque esse.

§ XI. — *Commentarius Eusebii Cæsariensis in Psalmum LI nomine Chrysostomi editus.*

Diverso fraudis genere, ut dixi, sunt usi illi, qui ementito Chrysostomi nomine multa in lucem emisissent. Ille quippe supra memoratus, qui postremam in Psalmum L Homiliam consarcinaverat, ut fallaciam suam obtegeret, principium homiliæ ex aliis Chrysostomi operibus mutuatus, Theodreti dictis multa alia admiscuerat; hic autem qui Eusebii Commentarium in Psalmum LI Chrysostomo adscripsit, satis habuit Eusebii nomen amovere, et Chrysostomi nomen substituere, ut vides in col. 589 hujusce Tomi. Non cogitavit Eusebii stylum a Joannis Chrysostomi stylo admodum differre; illum esse strigosum et perplexum; hunc perspicuam, lepore et elegantia omnes ecclesiasticos scriptores superare. Nihil mirum ergo si viri docti, nominatimque Tillemontius, pro spurio et supposititio hunc in Psalm. LI Commentarium habuerint; sed nullus adhuc subolfecit, esse vere Eusebii Cæsariensis opus, quia nondum ejusdem Commentaria in Psalmos lucem viderant, quæ demum publici juris feci anno 1706: ibique hic Psalmus cum Commentario suo habetur. Quodque observes velim: hi Commentarii ab hoc Psalmo LI, qui agmen ducit usque ad nonagesimum quintum, ex Codice Coisliniano præstantissimo decimi sæculi educti sunt, iique integri, sani, sine ulla suspitione vel advecti aliunde assumenti cujuscumque, vel detruncatæ seriei; id quod perito cuivis, si manuscriptum illum Codicem exploret et evolvat, palam erit. Huic item rei fidem facit hic quisquis tandem sit, qui hujus Psalmi Commentarium Chrysostomo temere adscripsit, quique totum ut erat accepit. Reliqui autem Commentarii Psalmorum ab initio ad quinquagesimum primum, a nonagesimo quinto ad decimum octavum, qui totum librum terminat, ex Manuscripto quodam recenti, qui olim Cardinalis Perronii fuit, et ex Catenis educti sunt; neque ita integri et sani; sed in iis multa hinc et inde desiderantur; et aliqua habent etsi raro, ut quidem existimo, assumpta ex aliis scriptoribus educta.



§ XII. — *Expositiones in Psalmos CI, CII, CIII, CIV, CV, CVI, CVII, CXVIII, quæ Chrysostomo adscribuntur, ex compilatis Commentariis Theodoretis maxime prodeunt. Nec non ex aliis Theodoretis Commentarium in Psalmos, ut est in Editis, non esse integrum putatur.*

Aliam fraudis viam inierunt ii, qui septem Psalmorum, nempe CI, CII, CIII, CIV, CV, CVI, CVII, necnon et CXVIII quoque Psalmi Expositiones ab se consarcinatas Joanni Chrysostomo adscripserunt. Nam plurimorum Patrum, nempe Theodoretis, ex quo plura excerpta sunt, insuperque Eusebii et Athanasii Interpretationes adhibuerunt. Ex hoc autem ita concinnato Commentario, illud emolumenti accipimus, quod ex locis Theodoretis facile probetur, ejus Commentarium, ut habetur hodie in Editis, non esse integrum; id quod jam subolfecimus, et repetitis exemplis hic commonstramus. A centesimi autem primi Psalmi initio ordimur: nam illud initium usurpavit is qui Chrysostomum ementitus est. Sic itaque incipit Expositio in centesimum primum Psalmum apud Pseudo-Chrysostomum pariter et apud Theodoretum: *Prædictionem continet psalmus calamitatis populi judaici in Babylone, et reditus ex illa; simul item prænuntiat gentium vocationem et salutem: cui libet etiam eorum competit qui contra calamitatem conflictantur, et divini auxilii opem implorant. Pauperem enim vocat eum qui divina providentia indigeat, cum eo qui beatus prædicatur conferens illum, secundum illud: « Beati pauperes spiritu. » Postrema autem verba cum eo qui beatus, etc., quæ ad seriem omnino pertinere videntur, in Theodoretis Editis desiderantur.*

Sed longe clariora detruncatæ seriei indicia habentur ad Psalmum sequentem centesimum secundum in hæc verba versus 5, « *Renovabitur ut aquila juvenus tua.* » Hanc rursus renovationem Dominus nobis per sanctissimum Baptisma dedit, et abrasa peccati vetustate, juvenes ex senibus effecit. His consona per Isaiam ait Deus: « *Sustinentes autem mutabunt fortitudinem, pennas emittent ut aquila.* » Quia enim in creatione divinos regiosque characteres accepimus, deindeque illos omnigenis peccatis studiis obscuravimus et corruptimus, pollicetur nobis propheticus sermo regni recuperationem. Regia enim est hæc avis, cui volatilium regnum concredidit est. *Docet etiam nos divini studii modum, ut renovetur ipsa veteri deposito homine, et accepto novo et renovato ad cognitionem Creatoris. Sic, ait, juvenus tua renovabitur, ut persistat semper novam se facere in vita incorrupta.* In Theodoretis autem Editio quæ sequuntur post docet etiam nos divini studii modum, omnia desiderantur: quæ tamen ad seriem omnino pertinent, ut ex apposita Latina interpretatione liquebit. *Docet etiam nos divini studii modum, ut renovetur ipsa (juvenus) veteri deposito homine, et accepto novo ac renovato ad cognitionem Creatoris. Sic, ait, juvenus tua renovabitur, ut persistat semper novam se facere in vita incorrupta.* Theodoretis autem Editio desinit in hæc verba, *Docet autem nobis divini studii modum: sed quis non videat sequentia ita ad seriem pertinere, ut si ea demantur, non perfecta sit sententia, nec sciatur quis sit ille modus?*

In sequentibus item versibus, ubi plene omnia in Pseudo-Chrysostomo jacent, Theodoretis Editiones breviter res efferunt, ut compendii data opera ac de industria adornati formam habeant: cum contra series Pseudo-Chrysostomi plenior habeatur. Quamobrem existimo multa eorum, quæ apud illum leguntur, ad priscum Theodoretum non mutilum pertinere. Porro ita in epitomen redactum puto Theodoretum, ut aliquando per importunam brevitatem vitiata series appareat. Sic in fine Psalmi hujus in hæc verba, *Benedicite Domino, omnia opera ejus, in omni loco dominationis ejus,* hæc hujus versus explicatio adjungitur: *Neque hoc Judæis congruit. Illi enim cum ab iis qui ipsos in servitutem abduxerant, aliquod Sionis canticum canere jussi essent, dixerunt, secundum legem agentes, Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Ubi illud, Neque hoc Judæis congruit,* supponit aliud quidpiam antea dictum fuisse quod Judæis non congrueret; atqui nihil de Judæis dicitur ante, neque in tota Psalmi hujus Expositione: unde arguitur illam integram, ut Theodoretus ediderat, non ultra superesse. Notandum autem est hunc locum pene ad verbum haberi apud Eusebium in eundem Psalmum: qua de re locus nobis infra ad dicendum est constitutus.

Est etiam ubi ex Pseudo-Chrysostomo Theodoretis textus corrigendus videatur. Sic ad primum versum Psalmi centesimi septimi, *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum,* apud Theodoretum legitur: *Hoc dico tibi, Domine, me latum habere cor, et paratum ad divinam gratiam tuam suscipiendam;* ubi Pseudo-Chrysostomus habet, *me firmum cor habere,* quæ lectio, ni fallor, et melior et seriei congruentior est.

Sic igitur Expositiones suas concinnarunt, cum is, qui septem illos Psalmos interpretatus est, tum ille alius, qui centesimi decimi octavi Psalmi Commentarium apparavit; integra: pene Theodoretis Expositiones transfudit in Commentarios suos, nulla de suo adjecit, non pauca etiam ex Commentariis Eusebii et Athanasii mutuatus est, qua de re in sequenti paragrafo.

§ XIII. — *Pseudo-Chrysostomus qui has Expositiones adornavit non ex Theodoro tantum, sed etiam ex Eusebio non pauca. Apud hos tres scriptores eodem non raro Expositiones ad verbum reperiuntur.*

Non Theodoro modo, sed etiam Eusebii et Athanasii interpretationes in his Pseudo-Chrysostomi Commentariis sæpe offendimus. Nam hic quisquis sit deceptor, interpretationes multis ex locis corrasit et pauca de suo addidit. Eusebii igitur passim hic interpreta-

tiones reperias, Athanasii etiam interdum. Verum, id quod fortasse mireris, interpretationes illæ, quæ Theodoretis esse comperiuntur, apud Eusebium etiam non raro habentur; quin etiam aliquando apud Athanasium, Eusebium ac Theodoretum eadem ipsæ sunt ad verbum. Primi generis, quæ scilicet sunt Eusebii et Theodoretis, non pauca, ut dixi, reperiuntur. Sic Psalmo CI, in hæc verba: *Quia cinerem tamquam panem manducabam, et potum meum cum fletu miscebam; a facie iræ indignationis tuæ.* Hæc interpretatio, quam apud Pseudo-Chrysostomum legis: *Hæc in septuagesimo nono etiam Psalmo dixit: Cibabis nos pane lacrymarum, et potum dabis nobis in lacrymis in mensura: doloris autem excessum his significat. Nam si tempus cibi dolore plenum fuit, vix aliud tempus dolore vacuum fuerit. His, inquit, obruor malis: quoniam, Domine, iram adversum me concitasti.* Hæc ipsis verbis apud Theodoretum et Eusebium reperies. Similiterque versu 14 ejusdem Psalmi eandem habes Pseudo-Chrysostomi, Eusebii, et Theodoretis interpretationem; est autem hic versus: *Tu exurgens misereberis Sion. Quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus: ubi Pseudo-Chrysostomus: Da, inquit, mutationem calamitate meliorem: tempus enim misericordiam requirit. His vero subindicat septuaginta annorum pænæ deputatorum finem. Sic et admirandus ille Daniel captivitatis tempus enumerans, supplicationem emittit.* Hæc ipsissima habent Eusebius et Theodoretus.

Est etiam cum Pseudo-Chrysostomus, Eusebius, Athanasius et Theodoretus eandem efferrunt interpretationem, id quod in hoc ipso Psalmo deprehendimus ad versum nonum: *« Tota die exprobrabant mihi inimici mei, et qui laudabant me adversum me jurabant: » Ridiculus visus sum inimicis meis, et qui olim invidiæ expositus, et conspicuus eram, nunc juramenti causa factus sum iis qui me mirabantur; adversus calamitates enim meas jurant, ne patiar ea quæ quidam passi sunt.* Eadem ipsa leguntur ad hunc versum apud quatuor illos scriptores. Quæ causa porro sit hujusce tanti consensus, haud ita facile est augurari. Id autem non potuisse casu accidere; sed hæc loca de industria ex alio in alium translata fuisse nemo non fatebitur. Verum alia quærenda causa est; fortasseque plures causæ ad rem eandem aliquid contulerint. Ex Eusebio enim Cæsariensi aliqua mutatas esse eos qui post ipsum eidem rei, scilicet explicando Psalterio, operam contulerunt, vix est quod dubitemus; quandoquidem videmus etiam Hieronymum Commentario in Isaiam multa ad verbum pene mutatum esse ex Commentario Eusebii Cæsariensis in eundem prophetam, ut monui in Præfatione ad eundem Commentarium, quem prior edidi secundo Tomo Collectionis novæ sanctorum Patrum.

Neque tamen hanc esse potiore causam tanti consensus, sed ex Catenarum puto frequentiori usu accidisse, ut mutatis nominibus alia aliis adscriberentur, et ex crebro exscriptis Catenis factum esse, ut eadem ipsa variis tribuerentur scriptoribus. Quod autem ad Eusebium spectat, Commentarii ejus a Psalmo LI ad XCV nihil habent peregrini, sed ut ab auctore scripti sunt, sic ad nos usque pervenerunt, idque Manuscripto cuidam Coisliniano antiquissimo debemus. Illud vero fatebuntur quotquot posita omni præjudicata opinione hæc legent et evolvent. In cæteris vero Commentarii partibus non eadem sinceritas reperitur; sed non pauca aliunde corrassa et advecta huc fuisse fateamur necesse est. Inde autem est quod in memorata illa Commentarii parte, a LI nempe Psalmo ad XCV, vix aliquid deprehendas, quod apud Theodoretum item legas; in cæteris vero eandem ipsam utriusque explicationem aliquando reperias. Jam diximus non videri nobis Theodoretis Expositiones ubique integras et absolutas; sed multis in locis mutilas; id quod fortasse quidam accuratius sunt exploraturi.

Athanasii autem Commentarium quod spectat, in eo multa passim Eusebii, non pauca Theodoretis deprehendimus, ita ut quid Athanasii, quid illorum sit, sæpe non ita facile distinguere possimus. Magni otii esset hæc quæ ad veteres Psalmorum Interpretes pertinent indagare. Unde etiam non tantus fortasse fructus emergeret. Tales quippe sunt, ut plurimum, interpretationes, ut non magni intersit scire, Eusebiine sint, an Athanasii vel Theodoretis.

In Basilii item Orationibus in Psalmos quædam fragmenta Eusebii ad verbum exscripta deprehenduntur, ut annotavit D. Julianus Garnerius noster, qui Basilii Operibus edendis strenuam dat operam; id vero putat ille adscribendum librariis qui hæc temere Basilianis annexerint. Illud certe multum habet probabilitatis. Verum non una fuerit illorum furto- rum causa; sed a multis plurimæ interpolandi methodi inductæ fuerint, quas operosum esset investigare: at non nisi divinando omnia deprehendi et explicari possunt. Et alioquin non video quid hinc fructus consequi possemus. Quid enim interest, in his maxime rebus allegoricis, anagogicis et moralibus, scire quis prior dixerit, quid quis a quo excerpterit? Quando autem ne ingenti quidem labore rem assequi possumus, ne ægre feramus, cum id sine dispendio ignoremus.

Monere ne pigeat in Vaticano Codice num. 581, fol. 142, Homiliam Basilii in Psalmum VII, quæ Græce sic incipit, *Δοκεί πως ἐκωρτίως ἔχει πρός τήν ἐν ταῖς βασιλικαῖς ιστορίαις*, Joanni Chrysostomo tribui; quod factum puto ex librorum vel temeritate, vel ignorantia: nihil enim stylo Chrysostomi hic affine habetur, et alioquin in aliis omnibus Manuscriptis, etiam antiquissimis, Basilii nomine comparet.

§ XIV. — *De Homiliis una et triginta ex Codice Anglicano eductis: ubi in serie Expositionum S. Joannis Chrysostomi, quæ deperditæ jam fuerant, a multis jam sæculis repositæ fuerunt, sed aperte suppositiæ sunt.*

Ubi primum renuntiatum mihi fuit, jussu amplissimi eruditissimique viri Joannis Potteri episcopi Oxoniensis, esse Oxonii manuscriptum Codicem, qui Expositionum Joannis Chrysostomi, earum scilicet quæ jam editæ sunt, partem contineret, et in eadem serie triginta unam nondum editas Expositiones, a LXXVII Psalmo qui agmen duceret, ad usque centesimum septimum, qui clauderet; ita ut post illum centesimum septimum positum Psalmum statim eadem serie sequeretur centesimi octavi Expositio, qualis in prius Editis exhibetur, et aliæ deinceps usque ad Psalterii finem; ita ut etiam centesimi decimi octavi Psalmi Expositio, quæ in Editis desiderabatur, ibidem compareret: obnixè rogavi mitterentur, sperans Expositiones illas in serie Joannis Chrysostomi positas, vere Chrysostomi futuras esse. Accurate exscriplas misit vir præstantissimus; quas cum legissem, suppositiæ esse deprehendi, eoque ordine, illa serie positas, ut facilius fucum facerent.

Codex autem ille qui has merces nobis attulit, notam anni præ se fert, notam item loci in quo descriptus fuit, et quasi dimidiam Psalterii partem expositam continet: vereque dimidia pars esset Psalterii a Joanne Chrysostomo expositi, si Expositiones omnes ejusdem sancti doctoris essent. Nota porro illa sic habet: *Scriptus est hic liber Psalmorum in celebri monasterio Galesii, hortatu sanctissimi patris nostri hieromonachi domini Galactionis cæci, anno 6793 (hoc est, Christi 1285), indictione 13. Est autem interpretatio dimidiæ partis libri Psalmorum sancti patris nostri Joannis Chrysostomi archiepiscopi Constantinopolitani.*

En dimidiam Psalterii partem a septuagesimo septimo ad centesimum quinquagesimum Psalmum, Psalmos videlicet septuaginta quatuor posteriores, quorum quadraginta duo a Chrysostomo expositi sunt; triginta autem duo alii adjectitii, connumerando videlicet centesimum decimum octavum, ab aliquo otioso viro, e mentito Chrysostomi nomine, cum Expositionibus suis editi sunt. Jam vero quæritur utrum is, qui dimidiam postremam Psalterii partem sic complevit, priorem pari modo dimidiam partem solverit. Certe quando sic in postrema dimidia parte, quæ decant suo Marte supplevit, puto admodum probabile esse, non posteriorem tantum partem dimidiam ab eodem ipso completam absolutamque fuisse. Nam quorsum ille qui tantos hiatus esse videbat ab initio ad ipsum pene finem, de posteriore tantum sarcienda parte cogitavisset? An priorem illum hiatum vacuum reliquisset, ubi tres solum Psalmi desiderabantur, primus nempe, secundus et tertius; nam qui tertius expositus Psalmi nunc agmen ducit, non modo ad hanc seriem non pertinet, ut diximus, sed etiam an Chrysostomi vere sit incertum est; num, inquam, hunc hiatum prætermisisset, ut ad posteriorem sarciendam partem properaret? Illud certe verisimile non est. Neque tamen ausim rem ut assertam et indubitam asserere: illud autem certum est, si vere priorem partem compleverit ejusque supplementa sint amissa, ea non magno dispendio periisse.

Stylus mirum quantum a Chrysostomi stylo differt: nam scriptor iste strigosus omnino est, verbis utens non lectis nec communis usus. Aquilæ, Symmachi et Theodotionis lectiones usurpat, et ea de causa inter Spuria a nobis editus est; nam alioquin in tenebris reliquissimus. Licet enim ejus Expositiones utcumque ferendæ videantur, tanta hujusmodi interpretationum allegoricarum, anagogicarum et moralium copia abundamus, ut vix novi quidpiam in hujusmodi rebus sperare liceat. Posteriorum vero Psalmorum a XCIX ad usque finem, necnon CXVIII Psalmi Expositiones prætermisimus, quia jam eorundem Psalmorum spurias, sed his meliores, Expositiones dederamus.

§ XV. — *De collectore Expositionum Chrysostomi in Psalmos quales nunc habemus.*

Dispensas olim Chrysostomi Expositiones in Psalmos, cum jam earum quamplurimæ periissent, vir quidam religiosus et Christi amans undique collegit; nomen ejus tacetur in recensione paulopost edenda, ubi hæc discimus, et Psalmorum, quorum Expositiones repertæ fuerunt, catalogum habemus. Is erat haud dubie vir sagax, diligens admodum et emunctæ naris; tanta perquisitione usus est, ut post illum ne unius quidem Psalmi Expositionem, quæ vere Chrysostomi sit, nancisci potuerimus; tantum in explorando judicium adhibuit, ut ne unam quidem Expositionem in collectione sua admiserit, quæ non sit vere Chrysostomi. In quadragesimum tamen primum Psalmum Homiliam hic posuit, quæ licet vere Chrysostomi et egregia sit, ad hanc tamen seriem non pertinere commonstratur. Sed, ut credere est, cum illam extra seriem propriam reperisset, non aptiorem ipsi locum esse putavit, quam si in ordine Expositionum in Psalmos reponeretur; ubi et nos illam eadem de causa reliquimus. Expositionem vero Psalmi tertii, quæ non modo ad aliarum seriem non pertinet, verum etiam an Chrysostomi vere sit dubitatur, ipse in aliarum numero non posuit, sed prætermisit; etsi ab antiquis scriptoribus Chrysostomi nomine commemoretur.

Ipsam tamen in hac sede, qualem ipsi dedit Fronto Ducæus, reliquimus; quia non alium aptiorem locum habuimus. Cumque illa prior ponatur, non potest certe aliarum seriem interturbare. Causas dubitandi de *authenticâ* jam supra attulimus.

Catalogum autem illum de quo supra, infra apponemus.

§ XVI. — *De Latinis editionibus Chrysostomi in Psalmos, quæ sæculo decimo sexto prodierunt.*

Non hic explorare animus est editiones illas omnes Chrysostomi in Psalmos, quæ ab

exortu typographiæ variis in locis magnoque numero paratæ fuerunt : res esset majoris otii, neque parvis emolumentis. Nunc agimus de Homiliis sive Commentariis in Psalmos, quæ antequam Græco-Latina Operum Chrysostomi Editio pararetur, in Latinis Editis, seu in collectionibus Operum ejus representabantur : qualis est illa quæ in Editione Parisina Sebastiani Nivellii anno 1581 prodit : ubi vera cum spuriiis admixta longe plenior exhibent Commentarium, quam editores Græco-Latini, qui sincera delegerunt, exhibeant. Illa autem collectio partim ex antiquis versionibus Latinis, quæ in Manuscriptis bene multæ circumferrebantur, partim ex editis posteriori ævo opusculis, prodierat. Singulorum autem quæ in hujusmodi collectione habentur, hic recensio nobis paranda est, ut perspectum lectori sit, cur major illa collectio quæ in priscis Editionibus comparet, longe minor in nostris efferatur.

In Editione igitur illa Nivelliana p. 612, T. 3, agmen ducit proœmium illud in Psalmos, cujus initium : *Post Mosem et ejus successorem Jesum Nave*. Cujus Proœmii Latinam versionem dedimus col. 531 hujusce Tomi, ubi opusculum vel spurium, vel saltem admodum suspectum esse diximus. Græca autem prodierunt ex Manuscripto quodam Otloboniano. Secundum Proœmium p. 613 sic incipit : *Omnis Scriptura a Deo inspirata, ut ait beatus apostolus*, etc. Habetur Græce in Codice quodam Otloboniano, cujus auctoritate illud edimus : hujus initium Græce, πάντα Γραφή θεόπνευτος κατὰ τὸν μακάριον ἀπόστολον, *Omnis Scriptura a Deo inspirata, juxta beatum apostolum*. Ubi observandum est, non pauca opuscula hoc principium habere πάντα Γραφή θεόπνευτος. Hoc porro Proœmium nusquam Græce editum in latebris reliquimus, ne spuria opera in molem nimiam exsurgerent.

Tertium quoque sequitur Proœmium, cujus initium, *Quemadmodum cibo vita hæc sustentatur*. Hujus vero Græca nondum reperi. Fragmentum videtur aliunde divulgum.

Unde prodeat Homilia in Psalmum primum infra videbitur. Sive autem Homilia sive Expositio sit vocanda, admodum brevis illa est ; nec scio ubinam Græce compareat. Ejus initium est : *Beatus vir qui non abiit in concilio impiorum. Beatitudo est omnium bonorum basis*.

In secundum Psalmum Homilia sic incipit, *Quemadmodum qui in solem jaculatur, et in cælum jacit lapides*. Estque spurium opusculum, quod Græce reperitur in Codice quodam Otloboniano Romæ, et hoc habet principium : ὡς περ ὁ τοξείων τὸν ἥλιον καὶ λιθάξων. Hujus apographum in schedis nostris habemus, nec animus est inficetum opusculum publicare.

Homilia in Psalmum tertium ea' est quæ in Græco-Latinis Editis inque nostra editione agmen ducit, quam admodum suspectam esse diximus supra.

Psalmorum quarti, quinti, sexti, septimi, octavi, et noni Expositiones eadem ipsæ sunt quas nos edidimus, quæque germanæ, omni suspitione liberæ et eximixæ sunt. Post nonam autem Expositionem duæ aliæ adjiciuntur brevissimæ : prioris titulus est : *De eo quod in eundem Psalmum scriptum est* : Narrabo omnia mirabilia tua, Domine. *Homilia incerto interprete*. Initium, *Creatoris et omnium rerum institutoris opera tacenda non sunt*. Posterioris autem inscriptio sic habet : *De eo quod scriptum est in eundem Psalmum* : Patientia pauperum non peribit in æternum, etc. *Homilia incerto interprete*. Initium, *Deus generis nostri, qui non desepxit creaturam suam*. Neutrius usquam Græcum textum reperi.

Decimi, undecimi, duodecimique Psalmi Expositiones germanæ sunt, et inter alias genuinas habentur in Editis Græco-Latinis. Ne porro longior sim, hic conglobatim omnia quæ in Editione Nivelliana inseruntur et adjiciuntur expromam. In Psalmum XIII Oratio, in XIV, in XVII, in XXII, in XXIV, in XXV, XXVI, XXIX, in XXXIII, XXXVII; in XXXVIII autem binæ dantur Expositiones, et in XXXIX similiter. In XL item duæ. In XLI una. In XLII Homiliæ duæ. Septem vero sequentes germanæ sunt, quas in serie aliarum edidimus. In Psalmum vero L Homiliæ duæ, quas inter spurias ablegavimus, quasque Savilius in serie genuinarum posuerat.

Deinde vero sequuntur Homiliæ hinc et inde corrasæ in Psalmum quinquagesimum secundum, in LXVIII, in LXXVI, in LXXXIV, in XC, XCIII, XCV, XCVI.

In centesimo autem Psalmum Explanatio paulo melioris esse notæ videtur quam cæteræ. Ejus initium, *Rursum nos, fratres, ad spirituali modo canendum beatus propheta David hortatur*. Interpretatio Latina est Jacobi Billii. Græce habetur in Anglia hoc principio : πάλιν ἡμῶς, ἀγαπητοί, εἶπεν ὁ μακάριος Δαυὶδ ὁ προφήτης παρακαλεῖται. Apud Savilium legitur, πάλιν ἡμῶς, quæ varietas levissima est. Hanc nostro eruditorumque judicio inter spuria ablegavimus, etsi non proinde inepta videatur atque aliæ.

Hinc sequitur Explanatio CI Psalmi, quæ Chrysostomi esse minime videtur : nam Aquilæ et Symmachi lectiones cum ipsis Interpretum nominibus adferuntur, contra perpetuum Chrysostomi morem, qui nusquam Interpretes nominat, sed alius semper dicit : neque desunt aliæ *spiritualis* notæ ac tesseræ.

Hanc excipiunt Explanationes in CII, CIII, CIV, CV, CVI, CVII, et altera etiam Oratiuncula in hunc postremum Psalmum. Hæ porro septem postremæ ex Theodoro aliisque scriptoribus consarcinatae et Joanni Chrysostomo adscriptæ fuerunt, ut diximus infra, ubi illas ex Savilio exceptas et Latine translatas edidimus, una excepta illa postrema Oratiuncula, quæ nescio an usquam Græce reperiatur.

Sub hæc vero a centesima octava ad centesimam quinquagesimam et postremam veræ sunt ac genuinæ Chrysostomi Explanationes quales nos dedimus, una excepta centesimi decimi octavi Expositione, quæ aperte supposititia et recentioris scriptoris est, quamque ta-

men in serie germanarum in Editione Nivelliana deprehendimus. Estque eadem Ipsa quam inter spuria nos edidimus col. 675. Post illam cxviii sequitur Oratiuncula in illud : *Bonitatem fecisti cum servo tuo, Domine*. Nescio unde excepta fuerit, quod ipsum dico de simili, quæ post Expositionem Psalmi centesimi tertii habetur in hæc verba, *Non intres in iudicium cum servo tuo, Domine*.

Secundum hæc occurrit Homilia in illud, *Adstitit regina a dextris tuis*, quæ est secunda de Eutropio Eunuchio, quam edidimus Tomo tertio. Deinde Homilia in illud, *Verumtamen tunc conturbatur omnis homo*, quam inter spuria ablegavimus. Postea Homilia in illud, *Ne timueris cum dives factus fuerit homo*, inter genuinas edita.

§ XVII. — *Opuscula in Psalmos quæ Chrysostomi nomine in Manuscriptis quibusdam circumferuntur, consulto a nobis prætermissa.*

Quid causæ sit quod tot tantaque Joannis nostri nomine insignita opuscula occurrant in Manuscriptis, haud difficile est augurari : quo major enim erat tanti viri existimatio, eo majori studio multi Chrysostomi nomine opuscula quæque venditabant; maximeque librarii, qui hujusmodi quæstu victum parabant. In Psalmos autem maxime Explanations Homiliæque comparent ubique, quæ germanas sinceræque mole atque numero longe superant : præter illam enim Spuriorum sylvam, quam hic proferimus, alia non pauca offendimus, quæ supposititia sine dubio sunt, quæque consulto prætermittimus, ne jam male autem S. doctorem novis quisquiliis oneremus. In Manuscripto certe Regio 1962 seu Homiliæ seu breves Explanations habentur, indignæ Chrysostomo, ac vel ipsa brevitate suspectæ, quarum hic catalogum non proferendum duximus.

Cum Romæ essem annis ab hinc viginti quinque, schedas quasdam naclus sum, ubi excerptæ ex Bibliotheca Scorialensi pene eadem quæ in Manuscripto Regio Homiliæ.

Hæc et multa alia spuria rejecimus, auctoresque sumus iis qui eruendis veterum scriptis dant operam, ut si in eas similesque merces incidant, ne eas publici juris faciant. Quid enim emolumentum ex hujusmodi quisquiliis reipublicæ literariæ accedat? Certe Savilius plurima sponte rejecit, quorum initia tantum protulit; atque consulto fecisset, si multa alia, quæ typis mandavit, in tenebris reliquisset, ut ipse aliquando fassus est. Nobis autem religio fuit ea omnia publicare quæ vel Savilius vel Fronto Ducæus ediderunt : ab aliis autem multis opusculis nullius pretii, etsi Chrysostomi nomen præ se ferant, publicandis abstinendum censuimus.

## Collectio <sup>(a)</sup>

Divinitus inspiratorum Psalmorum beati ac sancti Davidis, quos sanctus pater noster, magnus Joannes Chrysostomus exposuit et interpretatus est, occultavit autem vel perdidit cum tempus ipsum, tum imperitorum hominum invidia : sed novissimis diebus cum vir quidam pius et Christi amantissimus hos perquisivisset, et tamquam emendicasset, antea dispersos, præsentem solos collegit, et in unum librum compegit : quos nunc velut in communi mensa spiritualium ejus ac divinorum eloquiorum amatoribus apponit, et invitat, ut iis affatim se oblectent.

Psalms quartus.	Psal. XLVIII.	Psal. CXXII.	Psal. CXXXVII.
Psalms quintus.	Psal. XLIX.	Psal. CXXIII.	Psal. CXXXVIII.
Psal. VI.	Psal. CVIII.	Psal. CXXIV.	Psal. CXXXIX.
Psal. VII.	Psal. CIX.	Psal. CXXV.	Psal. CXL.
Psal. VIII.	Psal. CX.	Psal. CXXVI.	Psal. CXLJ.
Psal. IX.	Psal. CXI.	Psal. CXXVII.	Psal. CXLII.
Psal. X.	Psal. CXII.	Psal. CXXVIII.	Psal. CXLIII.
Psal. XI.	Psal. CXIII.	Psal. CXXIX.	Psal. CXLIV.
Psal. XII.	Psal. CXIV.	Psal. CXXX.	Psal. CXLV.
Psal. XLI.	Psal. CXV.	Psal. CXXXI.	Psal. CXLVI.
Psal. XLIII.	Psal. CXVI.	Psal. CXXXII.	Psal. CXLVII.
Psal. XLIV.	Psal. CXVII.	Psal. CXXXIII.	Psal. CXLVIII.
Psal. XLV.	Psal. CXIX.	Psal. CXXXIV.	Psal. CXLIX.
Psal. XLVI.	Psal. CXX.	Psal. CXXXV.	Psal. CL.
Psal. XLVII.	Psal. CXXI.	Psal. CXXXVI.	

(a) Hæc præmittantur in Editis Savil. et Morel. suntque a quodam non indecto viro observata.

# SANCTI PATRIS NOSTRI JOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

## OPERA OMNIA.

### IN PSALMUM III (a).

*Psalmus David, cum fugeret a facie Absalom filii sui.*

*Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me (v. 1. 2) ?*

Ducibus victoriam assequutis reges triumphales ponunt statuas : aurigis vero et athletis<sup>1</sup> imagines et columnas eorum victoriæ testes excitant principes, et inscriptione tamquam ore efficiunt, ut materia victoriam prædicet. Alii rursus in libris et scriptis victorum laudem describunt, suas in laudando vires iis, qui laudantur, majores volentes ostendere. Pictores certe, statuarii, sculptores, populi, principes, civitates, et pagi victores admirantur : nemo autem fugientis, ejusque qui non bellum gessit, descripsit imaginem, ut nunc David. Est enim I. *Psalmus David, dum fugeret a facie Absalonis filii sui.* Et quando laude dignus est qui fugit ? quando dignus est habitus exsul, cujus nomen inscriberetur ? Fugitivos scriptis literis persequuntur, non honorant inscriptionibus. Sed discite, o frater, causam inscriptionis, et animam tuam in tuto colloca ; sit tibi historiæ narratio vitæ tuæ correctio ; sit justis persecutio mentis stabilimentum. Discite cur Davidem persequeretur Absalom, ut cum ceu rei fundamentum inveneris, timore Domini ædificeris. Quemadmodum enim absque fundamento invalida et imbecilla est ædificatio : ita, nisi invento scopo ac instituto, Scriptura est inutilis.

ἦ. Ἐννόησον τοῖνον κακίας ὑπερβολὴν, ὅταν τὸ φάρμακον ἐηλητήριον γίνηται, ὅταν δι' οὐ τὰ ἐτέρων τραύματα διορθοῦν γρηθ, διὰ τούτου τραύματα ἐργάζεσθαι· ὡσπερ ἂν εἰ τις σιδηρον λαθῶν, ἵνα τὰς ἐτέρων σηπεδόνας ἐκκρίπτῃ, ἑαυτὸν εικόη κατακόπτῃ, πανταχῆ τοῦ σώματος ἔλκην ποιῶν· ἢ κυβερνήτης ὢν διὰ τῶν οἰκίων καταδύῃ τὸ σκάφος, δι' ὧν τῶν ἀτάκτων πνευμάτων τὴν βύμην ἐκκόπτειν ἔδει. Τοιοῦτόν τι καὶ ἡ ὀργή ἐστὶν, ὄργανον χρήσιμον, ἵνα τὸ ὑπὴρ-λὸν ἡμῶν διεγείρῃ. ἵνα τόνον ἐντιθῆ τῇ ψυχῇ. ἵνα σφοδρότερος ἐργάζηται πρὸς τὰς ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων ἀγανακτήσεις, ἵνα τιμωροῦς ποιῆ τοῖς ἐπιβούλοις. Διὰ δὲ τοῦτό φησιν, Ὅργιζεσθε, καὶ μὴ ἀμαρτάνετε. Εἰ δὲ μὴ ἦν δυνατόν τοῦτο, οὐκ ἂν ἐπέταξε. Τὰ γὰρ ἀδύνατα οὐδεὶς ἐπιτάττει. Εἰσάγων τοῖνον ὡμον ἀποστολικὴν, καὶ φιλοσοφίαν εὐαγγελικὴν, καὶ τὰ αὐτὰ εἰπόν· ἄπερ καὶ ὁ Χριστὸς, ἐτέραν προστίθησι παραίνεσιν οὕτω λέγων· Ἄ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε. Τί ἐστὶ τὸ εἰρημένον; Δοκεῖ γὰρ ἀσαφές εἶναι. Ἐν τῷ καιρῷ τῷ μετὰ τὰ δειπνα, φησὶν, ἡνίκα ἂν πρὸς ὑπνον ἀπίητε, ἡνίκα ἂν μέλλητε κατακλίνεσθαι, καὶ μηδενὸς παρόντος πολλὴ ἡ ἡσυχία, βαθεῖα ἡ γαλήνη μηδενὸς διανοχλοῦντος, τὸ δικαστήριον ἔγειρον τοῦ συνειδέτος, εὐθύνας ἀπαίτησον αὐτό, καὶ ἄ μεθ' ἡμέραν ἐβουλεύσω πονηρὰ, ἢ δόλου; βράπτων, ἢ τὸν πληρον ὑποσκελιζῶν, ἢ ἐπιθυμίας δεχόμενος διεφαρμένως, ταῦτα ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἡσυχίας; ἐκείνης εἰς μέσον ἀγαγῶν, καὶ τὸ συνειδὸς ἐπιστήσας τοῖς ἀτόποις τοῦτοις λογισμοῖς, κατάξαινε αὐτούς, καὶ δικὴν ἀπαίτει, κατὰ τεινε τὴν ἀμαρτοῦσαν δianoia. Τοῦτο γὰρ ἐστὶ, τὸ, Κατανύγητε ἀντὶ τοῦ, Νύξαιτε, κεντήσατε ἄπερ εἶπατε ἐν ταῖς καρδίαις; ὡμῶν μεθ' ἡμέραν· τουτέστιν, Ἄ ἐλογίσασθε πονηρὰ βουλευόμενα, ταῦτα ἐν ταῖς κοίταις ὡμῶν, ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἡσυχίας ἐκείνης κολάζετε, τιμωρήσασθε· ὅταν μῆτε φίλος ἐνοχλή, μῆτε οἰκέτης παροξύνῃ, μῆτε πραγμάτων ἐχλος ἐπέλγῃ, τότε τῶν μεθ' ἡμέραν βεδωμένων ποιείσθε λόγον. Καὶ διὰ τί μὴ εἶπε βημάτων καὶ ἔργων, ἀλλ' ἐνοθυμημάτων πονηρῶν; Ἐκ περιουσίας τοῦτο παιδεύων. [19] Εἰ γὰρ τὰ πονηρὰ βουλευόμενα δαί κολάζειν, ὥστε μὴ εἰς ἔργων ἐξίναται· πολλῶν μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ἔργων καὶ τῶν βημάτων ἐπιστόφειν δεῖ τὴν ψυχὴν. Τοῦτο καθ' ἑκάστην γενέσθω τὴν ἡμέραν, καὶ μὴ πρότερον καθυπνώσης, ἀνθρωπε, ἕως ἂν ἀναλο-

γίσῃ τὰ μεθ' ἡμέραν σοι πεπλημμελημένα· καὶ πάντως ὀκνηρότερος ἔση τῇ ἐπιούσῃ πρὸς τὸ τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρήσαι. Καὶ ὡσπερ ἐπὶ τῶν ἀργυρίων ποιεῖς, καὶ οὐκ ἀνέχη δύο παρελθεῖν ἡμέρας, καὶ μὴ θείναι πρὸς τὸν οἰκέτην λόγον, ὥστε μὴ σύγχυσιν γενέσθαι τῇ λήθῃ, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν πράξεων ποιεῖ καθ' ἑκάστην ἡμέραν· ἐν ἐσπέρᾳ λογοθέσιον ἀπαίτει τὴν ψυχὴν. καὶ καταδίκασε τὸν ἡμαρτηκότα λογισμὸν, ἀνάστησον ὡς ἐπὶ ξύλου, καὶ βασιάνισον, καὶ παράγγελλε μηκέτι τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρεῖν. Εἶδες ἱατρὴν ἀρίστην, πῶς καὶ προφυλακτικοῖς καὶ διορθωτικοῖς κέχρηται φαρμάκοις; Τὸ μὲν γὰρ παραγγέλλειν μὴ περιπίπτειν εἰς ἀμαρτήματα, προφυλακτικοῦ φαρμάκου χῶραν ἐπέχει· οἷον, Ὅργιζεσθε, καὶ μὴ ἀμαρτάνετε· τὸ δὲ, Ἄ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε, διορθωτικοῦ. Μετὰ γὰρ τὸ ἀμαρτεῖν, πάλιν ἐπάγει φάρμακα, παρ' αὐτοῦ τοῦ ἀμαρτόντος τὴν ἱατρὴν εἰσάγων. Ποιῶμεθα τοῖνον τὴν ἱατρὴν ταύτην, οὐδεμίαν δυσκολίαν ἔχουσαν. Εἰ δὲ οὐκ ἀνέχεται ἡ ψυχὴ μεμνησθαι τῶν πλημμελημάτων, αἰσχουμένη καὶ ἐρυθριῶσα, εἰπέ πρὸς αὐτὴν· Οὐδὲν σοι κέρδος ἀπὸ τοῦ μὴ μνημονεύειν, ἀλλὰ καὶ πολλὴ ἡ βλάβη. Ἐὰν γὰρ μὴ μνημονεύῃ κατὰ σαυτὴν νῦν, τότε πρὸ τῶν ἀπάντων ὀφθαλμῶν κείσεται σοι τὰ ἀμαρτήματα α· Ἄν δὲ νῦν ἀναλόγησθαι ταῦτα, κάκεινον ἀπαλλαγῆσθαι ταχέως, καὶ ἐτέροις οὐ περιπεσῆ βλάβος. Ἡ γὰρ ψυχὴ δεθοικυῖα τὴν ἐσπερινὴν δικτὴν, μὴ πάλιν ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἀλψ φῆφον, καὶ κατατείνηται καὶ μαστιγῆθῃ, ὀκνηρότερα γίνεται περὶ τὴν ἀμαρτίαν· καὶ τοσοῦτον τὸ κέρδος τοῦ πράγματός ἐστιν, ὅτι μῆνα μόνον ἂν συνεχῶς αὐτὸ ποιήσωμεν, ἐν ἔξει λοιπὸν ἀρετῆς ἑαυτοῦ καταστήσομεν. Μὴ δὲ περιδῶμεν τοσοῦτον καλόν. Ὁ γὰρ τοῦτο ἐνταῦθα καθίσας τὸ δικαστήριον, οὐ δώσει πικρὰς εὐθύνας ἐκεῖ. Εἰ γὰρ ἑαυτοῦς ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα· κρινόμενοι δὲ ὑπὸ Κυρίου παιδευσόμεθα, φησὶν, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. Ἴν' οὖν μὴ κατακριθῶμεν, τοῦτο ἐργαζώμεθα. Θύσατε θυσίαν δικαιοσύνης, καὶ ἐλίπισατε ἐπὶ Κύριον. Εἶδες ἀκολουθίαν συμβουλῆς ἀρίστης; εἶδες παραίνεσιν ἀπρητισμένην; Κατανύγητε γὰρ ἐπὶ τοῖς ἀμαρτήμασι, καὶ ποιήσας ὀκνηρότερος πρὸς τὸ τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρήσαι πάλιν, καὶ τὸ δικαστήριον ἀναστήσας τὸ ἀδέκαστον, καὶ τῶν βεδωμένων εὐθύναις ἀπαίτησας, οὕτως ἐπὶ τὴν τῆς ἀρετῆς ἐργασίαν ἀγει. Οὐδὲ γὰρ ἀρκεῖ μόνον ἡ ἀποχὴ τῶν κακῶν, ἀλλὰ δεῖ προσεῖναι καὶ τὴν ἐργασίαν τῶν ἀγαθῶν. Διὸ καὶ προῖων παραινεῖ λέγων· Ἐκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν. Καὶ γὰρ ἡ ἀργία τῆς ἀρετῆς κόλασιν οἶδε προξενεῖν, οὐχ ἡ ἐργασία τῆς πονηρίας μόνον. Ἐπεὶ κάκεινοι οἱ πεινῶντα μὴ θρέψαντες, μηδὲ διψῶντα ποτίσαντες, μηδὲ γυμνὸν περιβαλόντες, οὐχ ἤρπασαν, οὐκ ἐπλεονέκτησαν, οὐ τὰ ἀλλότρια ἔλαβον· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐλεημοσύνην οὐκ εἰργάσαντο, [20] διὰ τοῦτο τῇ ἀθανάτῃ παραδίδονται κολάσει, καὶ τιμωρίᾳ πέρας οὐκ ἔχουση. Ὅθεν μανθάνομεν, ὅτι οὐ τὸ ἀπέχεσθαι κακῶν ἀρχὴ σωτηρίας ἡμῶν, ἐὰν μὴ προσῆ καὶ τῶν ἀγαθῶν ἡ κτίσις, καὶ τῆς ἀρετῆς ἡ ἐργασία.

• Reg. Κείσεται σοι δικαστήριον περιέχον αὐτὰ.

ἔ Reg. πεπλημμελημένων.



θ'. Διὰ τοι τοῦτο καὶ ὁ Προφήτης ἀπαγαγὼν τῆς πο-  
νηρίας διὰ τῆς κατανύξεως, καὶ ποιήσας ἐπιτηδεύου-  
ρον πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ἐργασίαν, καὶ τὸ σκληρὸν  
τῆς διανοίας καταμαλάξας, ἀπαλὴν τε αὐτὴν ἀπὸ τῆς  
κατανύξεως ἐργασάμενος, τὸν περὶ δικαιοσύνης εἰ-  
πάγει λόγον, καὶ φησι· *Θύσατε θυσίαν δικαιοσύνης,*  
*καὶ ἐλπίζατε ἐπὶ Κύριον.* Τί ἐστὶ, *Θύσατε θυσίαν*  
*δικαιοσύνης;* Δικαιοσύνη μετέρχεσθε, δικαιοσύνην  
προσφέρετε· τοῦτο μέγιστον τῷ Θεῷ ἔωσον, αὐτῇ  
θυσία δεκτή, αὐτῇ προσφορά πολλὴν ἔχουσα τὴν ἀρέ-  
σειαν, οὐ τὸ πρόβατα θύειν καὶ μόσχους, ἀλλὰ τὸ  
δικαίαι πράττειν. Ὁρᾷς τῆς Ἐκκλησίας τὴν πολιτείαν  
ἄνωθεν προδιαγραφομένην, καὶ ἀντὶ τῶν αἰσθητῶν  
ἐκείνων τὰ νοητὰ ζητούμενα. Δικαιοσύνην δὲ ἐν-  
ταῦθα, καθάπερ ἔμπροσθεν εἶπον, οὐ τὴν μερικὴν  
ἀρετὴν φησιν, ἀλλὰ τὴν καθόλου· καθὼ καὶ δικαίον  
ἄνθρωπον καλούμενον τὸν ἅπαντα ἐν ἑαυτῷ ἔχοντα τὴν  
ἀρετὴν. Αὕτη ἡ θυσία οὐ χρημάτων δέεται, οὐ μα-  
χαίρας, οὐ θυσιαστηρίου, οὐ πυρός· οὐκ εἰς καπνὸν  
διαλύεται καὶ τέφραν καὶ κνίσσαν, ἀλλ' ἀρκεῖται τῇ  
γνώμῃ τοῦ προσάγοντος αὐτήν. Ταύτη οὐτε πηνία  
κώλυμα γίνεται, οὐτε πτωχεία ἐμποδίων, οὐ τόπος,  
οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν· ἀλλ' ὅπου περ ἂν ἦς,  
θύειν αὐτὴν δυνήσῃ, αὐτὸς καὶ ἱερεὺς, καὶ θυσιαστή-  
ριον, καὶ μάχαιρα, καὶ ἱερεῖον γινόμενος. Τοιαῦτα  
γὰρ τὰ νοερά καὶ πνευματικά· πλεονα ἔχει τὴν εὐχο-  
λίαν, οὐδεμιᾶς δεδόμενα τῆς ἐξωθεν ἐργωδίας. *Καὶ*  
*ἐλπίζατε ἐπὶ Κύριον.* Ἐτερός φησι· *Καὶ πεποιθε-*  
*τῷ Κυρίῳ.* Ὁ γὰρ διὰ τῆς δικαίας πολιτείας ἴλεον  
αὐτὸν κτησάμενος καὶ εὐμνήν, μεγίστην ἔχει συμμα-  
χίαν, ἀγέλωτον τὴν βοήθειαν, πολλὴν ἔχειθεν τὴν  
ρόσπην. Εἶδες τῆς θυσίας τὸν καρπὸν παρὰ θύραις  
ἔντα; εἶδες εὐθέως βλαστάνοντα ἄβρῶον τῶν ἀγαθῶν  
τὸν θησαυρὸν; Ὁ γὰρ τὸν Θεὸν ἔχων σύμμαχον, τίνα  
φοβηθήσεται λοιπὸν; Οὐδένα. Καὶ τοῦτο δὲ οὐ μικρὰ  
ἀρετὴ, τὸ ἐπ' αὐτῷ θαρρῆναι, καὶ ἐπ' αὐτῷ πεποιθέ-  
ναι. Μετὰ δὲ τῆς δικαιοσύνης καὶ ταύτην ἡμᾶς ἀπαι-  
τεῖ τὴν ἀρετὴν, τὸ ἐπ' αὐτῷ πεποιθέσθαι, τὸ ἐπ' αὐτῷ  
ἐλπίζειν, τὸ μηδὲν τῶν βιωτικῶν θαρρῆναι, ἀλλὰ πάν-  
των ἑαυτὸν ἀποστήσαντα, ἐκεῖ προσηλοῦν τὴν διά-  
νοιαν. Τὰ μὲν γὰρ τοῦ παρόντος βίου πράγματα ὀνει-  
ρασι εἶκοι καὶ οἰκίαις, καὶ τούτων ἐστὶν ἀδρανέστερα,  
ὁμοῦ τε φαινόμενα καὶ ἀφιπτάμενα, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ  
παρεῖναι πολλοὺς ἐμποιοῦντα τοὺς θυρούλους τοῖς  
ἔχουσιν· ἡ δὲ ἐπὶ Θεὸν ἐλπίς ἀθάνατος, ἄτρεπτος,  
ἀκίνητος, μεταβολὴν οὐ δεχομένη, ἐν ἀσφαλείᾳ πάσῃ  
καθιστώσα, καὶ ἄμαχον ποιοῦσα τὸν αὐτῇ μετὰ ἀκρι-  
βείας [21] καὶ τῆς προσηκούσης διαθήσεως χρώμενον.  
*Πολλοὶ λέγουσι, Τίς δεῖξει ἡμῖν τὰ ἀγαθὰ;* Ἐση-  
*μειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύ-  
ριε.* Ἀπαρτίσας τὴν περὶ τῶν ἡθῶν παραίνεσιν, καὶ  
τῇ θεογνωσίᾳ προσαγαγὼν, καὶ πάντα κινήσας τρό-  
πον τὸν δυνάμενον διαναστήσαι τῶν πεπλανημένων  
τὴν διάνοιαν, καὶ μάλιστα ἀπὸ τῶν ἀνακειμένων αὐτῷ  
καὶ τῆς εἰς αὐτοὺς προνοίας δείξας αὐτοῦ τὴν κηδε-  
μονίαν, ἀντίθεσον τινα παρὰ τῶν ἀσθενεστέρων καὶ  
παχύτερων εισαγομένην τίθησι καὶ λέγει· *Πολλοὶ λέ-  
γουσι, Τίς δεῖξει ἡμῖν τὰ ἀγαθὰ;* Οὐχ οἱ ὀλίγοι, οἱ  
γνήσιοι καὶ δόκιμοι καὶ φιλοσοφεῖν εἰδότες ταῦτα λέ-  
γουσιν, ἀλλὰ τὸ κεχυμένον πλήθος, τὸ ἀδιάκριτον, τὸ

ἀνόητα προσηλωμένον. Τί δὲ ἐστὶν ὁ φησι; *Τίς δεῖξει*  
*ἡμῖν τὰ ἀγαθὰ;* Εἰσὶ τινες οἱ λέγοντες, οἱ μὲν τοῦ  
Θεοῦ διαβάλλοντες τὴν πρόνοιαν, οἱ δὲ ἡδονῆς ὄντες  
ἔραστοι, ἀνέσεως καὶ πλούτου, δόξης καὶ δυναστείας,  
οἱ καὶ ἐρώντες αὐτῶν τοιαῦτά φασι· Πού τὰ ἀγαθὰ  
τοῦ Θεοῦ; Ἐγὼ ἐν πτωχείᾳ, καὶ νόσῳ, καὶ τλαιπω-  
ρίᾳ, καὶ τοῖς ἐσχάτοις δεινοῖς, καὶ ἐπηρείαις, καὶ συ-  
κοφανταῖς· ἕτερος δὲ ἐν εὐημερίᾳ, καὶ τρυφῇ, καὶ  
δυναστείᾳ, καὶ δόξῃ, καὶ πλούτῳ. Καὶ οἱ μὲν ταῦτα  
μόνον ζητοῦσι· τὰ ἀγαθὰ, τὰ ὄντως ἀγαθὰ παρατρέ-  
χοντες, ἀρετὴν λέγω καὶ φιλοσοφίαν· οἱ δὲ, ὅπερ  
ἔφθην εἰπὼν, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν ἐντεῦθεν  
διαβάλλουσι, λέγοντες· Πού ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια,  
τοσαύτης συγχύσεως ἐν τῷ βίῳ γινομένης, καὶ τῶν  
πλειόνων ἐν πτωχείᾳ καὶ πηνίᾳ καὶ τοῖς ἐσχάτοις ἡν-  
των κακοῖς; τί τεκμήριον αὐτοῦ τῆς κηδεμονίας;  
Ταῦτόν γάρ ποιοῦσιν οἱ ταῦτα λέγοντες, ὥσπερ ἂν εἴ-  
τις ἐν σταθερᾷ μεσημβρίᾳ καὶ καθαρᾷ τὸν ἥλιον ἰδεῖν  
ἐπιζητοῖ, καὶ ἀμφιβάλλοι περὶ τοῦ φωτός. Ὅπερ  
δεικνύς ὁ Προφήτης, καὶ ταχίστην ἐπάγων τὴν λύσιν,  
ἔλεγεν· *Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσ-  
ώπου σου, Κύριε.* Οὐκ εἶπεν, ἐφάνη· οὐκ εἶπεν, ἐλαμ-  
ψεν, ἀλλ', *Ἐσημειώθη,* δηλῶν ὅτι ὥσπερ τὸ ἐν μετ-  
ώπῳ σεσημειωμένον πᾶσι κατάδηλόν ἐστι, καὶ οὐκ  
ἐστὶν οὐδένα αὐτὸ λαθεῖν, οὐδὲ ὅψιν φωτὸς γέμουσαν  
καὶ ἀφείσαν<sup>β</sup> ἀκτίνας δύναται τις ἀγνοῆσαι· οὕτω,  
φησὶν, οὐδὲ τὴν πρόνοιαν τὴν σὴν. Ὅσπερ γὰρ φῶς  
σεσημειωμένον, τοῦτέστι, ἐντετυπωμένον καὶ ἔγχε-  
χαραγμένον ἐν προσώπῳ, πᾶσιν ἐστὶ κατάδηλον· οὕτω  
καὶ ἡ πρόνοια τῆς φιλανθρωπίας τῆς σῆς. Φῶς γὰρ  
ἐνταῦθα τὴν ἀντιψῆψιν φησι, τὴν κηδεμονίαν, τὴν  
συμμαχίαν, τὴν πρόνοιαν. Εἶτα ἀποφθνήσκων τοῦτο,  
καὶ ἀπόδειξιν ἐπάγει. Ποῖαν δὴ ταύτην; *Ἐδωκας*  
*εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου.* Διαβαλὼν τὸ  
ἀλόγιστον πλήθος, ἀπὸ τῶν νοῦν ἔχοντων καὶ ὑγιει-  
νόντων τὴν ἀπόδειξιν ποιεῖται τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας,  
καὶ φησιν, *Ἐδωκας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν*  
*μου·* τοῦτέστι, φιλοσοφεῖν με ἐπαίδευσας, ὑπερορᾶν  
τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, εἰδέναι τὰ ἀληθῆ καὶ μέ-  
νοντα· χρησταὶς ἐμετεώρησας<sup>ε</sup> ἐλπίσι, πρὸς τὴν  
μέλλουσαν ζωὴν ἔχειραγώγησας· πρὸ τῆς ἀπολαύ-  
σεως τῶν ἀγαθῶν τῇ προσδοκίᾳ τῶν ἀγαθῶν ἀνεπτέ-  
ρωσας. Καλῶς οὕτως εἶπεν.

ι'. Εἰ γὰρ κληρονομεῖν τις μέλλων χρήματα, ἢ καὶ  
[22] εἰς ἀρχὴν ἵνατι μεγίστην, οὐ κατὰ τὸν καιρὸν  
τῆς ἀπολαύσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς πείρας  
ὀρθοῦται τῇ προσδοκίᾳ, πάντα τὸν χρόνον τρυφῶν ὑπὸ  
τῆς ἐλπίδος· ἐννόησον ὅσον εἰκὸς εἶναι τὸν τὴν βασι-  
λειαν προσδοκῶντα ζῶσαν καὶ ἀθάνατον, καὶ τὰ ἀγαθὰ  
ἐκεῖνα, ἃ ὅτε ὀφθαλμῶς εἶδεν, οὔτε οὐς ἤκουσεν, οὔτε  
ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη. Διὰ τοῦτο φησὶν· *Ἐδω-  
κας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου.* Ὅπερ με-  
γίστης προνοίας ἦν, τότε ἐτοιμάσαι ἐκεῖνα καὶ εὐτρι-  
πίσαι. Εἰ δὲ οἱ παχύτεροι, καὶ σὰρξ ὄντες, καὶ τῇ γῆ  
προσηλωμένοι, τούτοις οὐ προσέχουσιν, οὐ παρὰ τὸν  
ὑποσχόμενον, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἐκείνων ἀγνωμοσύνην  
ἢ παραχῆ καὶ ὁ θόρυβος γίνεται. Καὶ οὐκ εἶπεν ἀπλῶς,  
*Ἐδωκας εὐφροσύνην, ἀλλ',* *εἰς τὴν καρδίαν μου,*

<sup>α</sup> Reg. καὶ συκοφανταῖς· καὶ οἱ μὲν ταῦτα μόνον ζητοῦσι.

<sup>β</sup> Reg. γέμουσαν καὶ ἐκλάμπουσαν, καὶ ἀφείσαν.

<sup>ε</sup> Reg. χρησταὶς ἡμᾶς ἀνεπτέρωσας

9. *Quid sit sacrificium justitiæ; justitiæ nomine virtus omnis; spes in Deum immortalis.*—Propterea etiam propheta, cum et ab improbitate per compunctionem abduxisset, et ad virtutis actionem aptiorem fecisset, et duritiam mentis emollivisset, et eam per compunctionem teneram reddidisset, incipit verba facere de justitia, et dicit: *Sacrificate sacrificium justitiæ, et sperate in Domino.* Quid est, *Sacrificate sacrificium justitiæ?* Persequimini justitiam, offerite justitiam: hoc est maximum Deo donum, hoc est acceptum sacrificium, hæc oblatio valde grata est, non oves et vitulos sacrificare, sed quæ sunt justa facere. Vides vitæ in Ecclesia instituendæ rationem multis retro sæculis fuisse ante descriptam, et pro illis sensibilibus ea quæri, quæ cadunt sub intelligentiam. Justitiam autem hic, sicut ante dixi, non singularem aliquam dicit virtutem, sed universam: quemadmodum etiam virum justum vocamus qui omnem in se virtutem continet. Hoc sacrificium non eget pecunia, non gladio, non altari, non igne: non resolvitur in fumum, cinerem, et nidorem, sed animo ejus qui offert contentum est. Ei nec est paupertas obstaculum, nec mendicitas impedimentum, non locus, nec aliud ejusmodi; sed ubicumque fueris, id offerre poteris, cum ipse sis et sacerdos, et altare, et gladius, et hostia. Talia enim sunt quæ ad mentem pertinent et spiritualia; plurimum habent facilitatis, ut quæ nulla externa operatione egeant. *Et sperate in Domino.* Alius dicit: *Et confidite Domino.* Qui enim per justam vitæ institutionem Deum sibi propitium et clementem reddiderit, maximam habet opitulationem, auxilium inexpugnabile, et plurimum illinc præsidium. Vidisti fructum sacrificii, qui est in foribus? vidi-ti celerrime germinantem bonorum thesaurum? Qui enim Deum habet auxiliatorem, quemnam timebit amplius? Neminem. Jam vero hoc quoque est non parva virtus, ipso fretum bono animo esse, et in ipso confidere. Sed cum justitia a nobis hanc quoque virtutem exigit, ut in eo confidamus, ut in eo speremus, ut nulli humanæ rei fidamus, sed nos ab omnibus sejungentes, cogitationem omnem illic defigamus. Res enim vitæ præsentis sunt umbris et somniis similes, atque iis etiam imbecilliores, ut quæ simul appareant et avolent; et interea dum adsunt, iis qui illas habent multum turbæ ac molestiæ afferant; spes autem in Deum est immortalis, immutabilis, immobilis, nulli vicissitudini obnoxia, quæ omni ex parte tutum reddit, et inexpugnabilem eum efficit, qui ea, qua par est, cura et affectione utitur. 7. *Multi dicunt, Quis ostendet nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* Postquam de moribus perfecit admonitionem, et ad Dei adduxit cognitionem, omnemque versavit rationem, quæ potest erigere mentem eorum qui aberrarunt; exemplo maxime eorum qui illi sunt addicti, et ejus erga illos providentiæ, postquam suam ostendit sollicitudinem, quamdam objectionem ab imbecillioribus ac crassioribus inductam affert, et ait: *Multi*

*dicunt, Quis ostendet nobis bona?* Non illi pauci probi, ac sinceri, et qui norunt philosophari, hæc dicunt, sed confusa et promiscua multitudo, quæ ignorantia et stultitiæ affixa est. Quid est autem quod dicit? *Quis ostendet nobis bona?* Sunt quidam qui dicunt, alii quidem Dei providentiam accusantes, alii vero voluptatis amatores, socordiae, opum, gloriæ et potentiæ, qui etiam hæc amantes, dicunt talia: Ubi sunt bona Dei? Ego sum in mendicitate, et morbo, et calamitate, et extremis malis, probris et contumeliis: alius autem in felicitate, voluptate, deliciis, potentia, gloria, et divitiis. Et alii quidem hæc bona tantum requirunt, ea quæ vere sunt bona prætermittentes, virtutem, inquam, et studium sapientiæ: alii vero, ut ante dixi, Dei etiam providentiam ex eo criminantur, dicentes: Ubi est Dei providentia, cum tanta sit in vita confusio, cum plures in mendicitate, inopia et in extremis malis degant? quod est signum ejus providentiæ? Qui autem hæc dicunt perinde faciunt ac si quis clarissimo meridie quærat solem videre, et dubitet de luce. Quod ostendens propheta, et quamprimum afferens solutionem, dixit: 7. *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* Non dixit, Apparuit; non dixit, Resplenduit, sed, *Signatum est*: hoc significans, quemadmodum quod est in fronte signatum, est omnibus manifestum, nec fieri potest ut id aliquem lateat, nec faciem luce plenam et radios emittentem potest quis ignorare: ita, inquit, nec tuam providentiam. Sicut enim lux signata, hoc est, in vultu impressa et insculpta, est manifesta omnibus: ita etiam providentia tuæ benignitatis. Lucem enim hic dicit, defensionem, præsidium, auxilium, providentiam. Deinde cum hoc pronuntiasset, subjungit etiam probationem. Quamnam autem? *Dedisti lætitiæ in corde meo.* Postquam inconsideratam reprehendit multitudinem, ex iis qui sapiunt et sani sunt Dei probat providentiam, et dicit: *Dedisti lætitiæ in corde meo*; hoc est, Docuisti me philosophari, res quæ ad hanc vitam pertinent aspernari, ea scire quæ sunt vera ac permanentia, ut bona spe ducerer effecisti, ad futuram vitam manu duxisti; ante bonorum perceptionem me in spem bonorum erexisti. Sic recte loquutus est.

10. Si quis enim pecuniæ, vel etiam alicujus maximi principatus heres futurus, non solum tempore perceptionis, sed etiam antequam ea experiat, erigit expectationem, ex spe magnam voluptatem perpetuo capiens, cogita qualem eum esse consentaneum est, qui expectat regnum viventis et immortale, et bona illa, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt (1. Cor. 2. 9). Ideo inquit, *Dedisti lætitiæ in corde meo*, quod maximæ erat providentiæ, illa nempe tunc providisse et præparasse. Quod si ii qui sunt crassiores, carnei, et terræ affixi, hæc non attendunt, non ex eo qui est pollicitus, sed ex illorum vecordia turba et tumultus oritur. Et non dixit simpliciter et absolute, *Dedisti lætitiæ*, sed, *In corde meo*, ostendens non esse in re-

legerit, sed ἀρχὴ πρὸς σωτηρίαν. Sed cum lectio nostra sit eadem in omnibus Mss., nihil mutandum censuimus.

bus externis. Letitiam, nec in mancipiis, nec in auro, nec in argento, non in vestibus, non in lauta mensa, nec in potentiae magnitudine, nec in ædium magnificentiâ. Hæc enim letitia non est cordis, sed solum oculorum. Multi ergo eorum, qui hæc possident, vitam non esse vitalem existimant, et angoris fornacem in animo circumferunt, a curarum multitudine exhausti, et continuis timoribus oppressi. Verum mihi, inquit, non est in his letitia, sed in corde intelligente, in mente incorporea, et ea quæ sunt incorporea cogitante. Quare si te delectant præsentia, et ex iis Dei providentiam cognoscis: eo magis eam disce ex futuris, quo sunt illa præstantiora, et diuturniora, et quæ auferri non possunt. Si quod divitiis affluas et prospere agas, id tibi persuadet esse Dei providentiam, multo magis id tibi persuadeant quæ sunt in cælo divitiæ. Si autem dicas: Quare sunt hæc in spe sita, et non apparent? hoc dixerim, nos quidem fideles ea quæ in spe sita sunt, iis quæ sunt manifesta, manifestiora ducere: talis enim est fidei certitudo. Quod si rursus dicas: Qua de causa hic retributiones non accipimus? illud dicam: Hæc est quidem tempus stadiorum et certaminum, illud vero coronarum et præmiorum. Et hoc quoque Dei est providentiæ effectus, labores quidem et sudores brevi hæc et fluxa vita circumscribere, præmia autem et coronas in ævum immortale ac si nectutis experts extendere (2. Tim. 4. 8). Alioqui etiam quando multi erant imbecillioris animi, sensibilia quoque hæc eis bona dedit. Populum itaque Judaicum per eam vitæ agendæ rationem deduxit. Etenim eis affluabant divitiæ, ad senium usque vita producebatur, omnis morbus procul aberat; accedebat hostium internecio, pax alta, triumphus, victoriæ, felix bonorum liberorum multitudo, et alia ejusmodi aderant iis qui Deo parebant. Postquam autem accessit Dominus noster Jesus Christus, in cælum nos vocans, et quæ hic sunt despiciere persuadens, illorumque amorem immittens, et ab iis quæ ad hanc vitam pertinent nos abducens: hæc merito in angustum contracta sunt, in illis autem universæ sunt sitæ divitiæ, ut qui jam perfecti evaserimus. Nam etiam in pueris, iis quidem qui sunt adhuc paulo minores, patres præbent ejusmodi, calceos, vestes, aurea ornamenta, et armillas: postquam autem creverint, illis ablatis, dant alia majora, bene dicendi in suggestu gloriam, in civitate splendorem, in aula imperatoria loquendi libertatem, magistratus et principatus, eos ab omni puerili ambitione abducentes. Ita etiam fecit Deus: nos a parvis illis et puerilibus abducens, ea quæ sunt in cælis pollicitus est. Ne hæc ergo quæ fluunt et prætercurrunt admireris, vel appetas, nec sis pusilli animi. Quamquam nec iis quidem te omnino vacuum reliquit. Quia enim eos qui carne tecti erant, et in corpore versabantur, ne iis quidem penitus privatos esse oportebat, hæc quoque nobis affatim suppeditat. Et ideo propheta cum altam illam et philosophicam providentiæ speciem agitasset, et dixisset: *Dedisti letitiam in corde meo*, subjungit: 8. *A fructu frumenti et vini, et olei sui multiplicati sunt. Hoc autem cum di-*

cit, non parvam tangit partem ejus providentiæ, quæ cernitur in iis quæ sub aspectum cadunt. Quando enim dicit frumentum, vinum, et oleum, eorumque copiam, dicit et pluviam, tempestatum bonum ordinem, terræ conceptum, partum et fetum, aerem diffusum, solis cursum, lunæ ambitus, stellarum choream, æstatem, hyemem, autumnum, ver, agri colendi artem, et instrumentorum commodum, aliarumque artium examen. Nisi hæc enim omnia concurrerint, fieri non potest ut fructus perficiantur, et ad maturitatem perveniant. Quando ergo dicit frumentum, vinum et oleum, dat sapienti occasionem ex parte totum intelligendi, aperto mari Dei providentiæ quæ apparet in sensibilibus<sup>1</sup>.

11. Quocirca etiam Paulus alicubi concionans, et de ejus providentiâ disserens, hinc verba facere aggredditur, dicens: *Qui dat pluviam, et tempora fructifera, qui implet nutrimento et letitia corda nostra* (Act. 14. 17). Quoniam autem propheta fugit quæ sunt supervacanea, prætermisissis aliis omnibus, fructibus, baccis, generibus plantarum, generibus seminum, generibus herbarum, pratorum, florum, hortorum, et quæcumque sunt alia: ea ponit quæ sunt congruentia, et ad vitam nostram necessaria, ex his illa quoque manifesta faciens. Quæ non tantum dat nobis, sed cum magna copia, et singulis annis. Quod si ea etiam quandoque contrahit, et dat parcius, in eo quoque ostendit suam providentiam, multorum socordiam excitans, et eos erigens ad hæc bona ab ipso petenda. Sin autem dicant aliqui, non esse Dei dare pluviam, sed idolorum: eos interrogemus undenam hoc constabit? Quia poetæ, inquit, dixerunt Jovem esse qui pluuit<sup>2</sup>. Sed illi ipsi dixerunt eum esse adulterum, pædiconem, parricidam, alia quoque non minora his crimina illi adscribentes. At non sunt, inquit, vera. Ergo nec quod pluuit. Si hoc enim admittis, illa quoque admittere necesse est: sin illa rejicis, et hoc quoque cum illis. Nos enim quotiescumque testes præbemus Dei potentiæ, quæcumque ab eis de illo dicuntur, suscipimus. Necesse est ergo te admittere illum quoque esse adulterum, et reliqua omnia quæ de ipso ab illis dicuntur, et inde discere ejusmodi crimina esse longe a divina potestate remota, et qui talis est nequaquam esse deum. Sed fabula ipsa sibi repugnat, et mendacium a seipso convincitur, etiamsi nolitis hoc admittere, et poetas prorsus ejicit. Quod autem illis ejectis omnia vestra sint peritura, clarum est. Ipsorum enim nomina invenerunt illi et imposuerunt, quod etiam ex vestris quidam dixit philoso-

<sup>1</sup> Reg., *ex parte totum subintelligendi, portam nobis aperiens, qui possimus Dei providentiam adire, in rebus sensibilibus apparentem.*

<sup>2</sup> In hunc locum Savillum audiamus: « Iliomerus ὄδωσεν: εἰς Ἰούπυτριν Ζεὺς κἀννοῦσε, per noctem indesinenter pluviam misit Jupter. Theocrit. Idyll. 4: Ζεὺς ἄλλοθεν πῦρ τιλεῖ αἰθήρας, ἄλλοθεν ἔβουε, Jupter modo serenus, modo pluviosus est. Theogn.: Ζεὺς κείων ἀνθρώπων οὐτέ τιναν ἀνθρώπων, οὐτ' ἀνέμων, Jupter nec pluviam mittens nec retinens, omnibus hominibus placet. Jan illud, adulterum, intelligendum est de Alcemena, Leda, etc.; pædiconem, de Ganymede dictum; parricidam, de Saturno regno spoliato: quod tamen parricidium proprie dici nequeat; quæ omnia Alleano nostro notata doctissime. »

δεικνύς ὅτι οὐκ ἐν τοῖς ἐξωθεν ἢ εὐφροσύνη, οὔτε ἐν ἀνδραπόδοις, οὔτε ἐν χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ, οὐκ ἐν ἱματίοις, οὐκ ἐν τραπέζῃ πληθούσῃ, οὔτε ἐν δυναστείας μεγέθει, οὔτε ἐν οἰκίας μέτρῳ. Αὕτη γὰρ ἡ εὐφροσύνη οὐ καρδίας, ἀλλ' ὀφθαλμῶν μόνων. Πολλοὶ γοῦν τῶν ταῦτα κεκτημένων ἀβίωτον τὸν βίον εἶναι νομίζουσι, καὶ κείμενον ἀθυρίας ἐν τῇ ψυχῇ περιφέρουσιν, ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν φροντίδων περιαντλούμενοι, καὶ τοῖς συνεχεῖσι πιεζόμενοι φόβοις. Ἄλλ' ἔμοι, φησὶν, οὐκ ἐν τούτοις ἡ εὐφροσύνη, ἀλλ' ἐν τῇ καρδίᾳ τῇ νοεῖ, ἐν τῇ διανοίᾳ τῇ ἀσωμάτων, καὶ τὰ ἀσώματα φανταζομένη. Ὡστε εἰ τὰ παρόντα σε εὐφραίνει, καὶ ἀπὸ τούτων τὴν πρόνοιαν μαυθάνεις τοῦ Θεοῦ <sup>a</sup>· πολλῶ μᾶλλον ἀπὸ τῶν μελλόντων καταμάνθανε, ὅσῳ καὶ ἀμείνω ἐκεῖνα, καὶ μονιμώτερα, καὶ ἀναφαίρετα. Εἰ γὰρ τὸ ἐν πλούτῳ σε εἶναι καὶ εὐημερίᾳ πείθει εἶναι τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν· πολλῶ μᾶλλον τὸ ἐν οὐρανῷ πλουτεῖν εἰς ταύτην σε ἐναγέτω τὴν πειθῶ. Εἰ δὲ λέγοις, Καὶ τίνας ἔνεκεν ἐν ἐλπίσι ταῦτα ἀπόκειται <sup>b</sup> καὶ ἔστιν ἀφανῆ; ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι, ὅτι μάλιστα μὲν ἡμεῖς οἱ πιστοὶ τῶν φανερῶν τούτων φανερώτερα εἶναι νομίζομεν τὰ ἐν ἐλπίσι· τοιαύτη γὰρ τῆς πίστεως ἡ πληροφορία. Εἰ δὲ λέγοις πάλιν, Τίνας ἔνεκεν ἐνταῦθα οὐκ ἀπολαμβάνομεν τὰς ἀμοιβάς; ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι, ὅτι οὗτος μὲν ὁ τῶν σκαμμάτων καιρὸς καὶ τῶν ἀγώνων, ἐκεῖνος δὲ τῶν στεφάνων καὶ τῶν βραβείων. Καὶ τοῦτο δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας ἔργον ἐγένετο, τὸ τοὺς μὲν πόνους καὶ τοὺς ἰδρωτάς τῷ βραχεῖ τούτῳ καὶ ἐπικήρῳ συγκληρώσαι βίῳ, τὰ δὲ βραβεῖα καὶ τοὺς στεφάνους τῷ ἀθανάτῳ καὶ ἀγήρῳ παρεκτείνειν αἰῶνι. Ἄλλως δὲ καὶ ἡνίκα μὲν ἀσθεῖέστερον οἱ πολλοὶ διέκειντο, καὶ τὰ αἰσθητὰ ταῦτα ἔδωκεν αὐτοῖς ἀγαθὰ. Τῶν γοῦν Ἰουδαίων τὸν δῆμον διὰ τοιαύτης ἤγε πολιτείας. Καὶ γὰρ πλούτους αὐτοῖς ἐπέβριε, καὶ πρὸς γῆρας ἐξετέλενετο ἡ ζωὴ, καὶ πᾶν νόσημα ἐκποδῶν ἦν· καὶ πολυμίᾳ ἀναίρεσις, καὶ εἰρήνῃ βαθεῖα, καὶ τροπαια καὶ νίκαι, καὶ εὐπαιδία καὶ πολυπαιδία πειθομένοις τῷ Θεῷ, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα προσῆν. Ἐπειδὴ δὲ παρεγένετο ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, εἰς τὸν οὐρανὸν ἡμᾶς καλών, καὶ τὴν ἐνταῦθα πείθον καταφρανεῖν, καὶ τὸν ἐκεῖνων ἔρωτα ἀναποτιθέμενος, καὶ ἀποσχίζων ἡμᾶς τῶν βιωτικῶν [23] εἰκότως ταῦτα συνέσταλται, ἐν δὲ ἐκεῖνοις ἅπας ὁ πλοῦτος, ἅτε τελείων ἡμῶν γενομένων. Ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τῶν παιδίων, τοῖς μὲν μικροτέροις ἔτι τοιαῦτα οἱ πατέρες παρέχουσιν, ὑποδήματα καὶ ἱμάτια, καὶ χρυσία, καὶ ψέλλια· ἐπειδὴ δὲ αὐθρηθῶσι, ταῦτα ἀφελόντες αὐτῶν, ἕτερα μείζονα διδάσκει, τὴν ἐπὶ τοῦ βήματος <sup>c</sup> εὐδοκίμησιν, τὴν ἐν τῇ πόλει λαμπρότητα, τὴν ἐν ταῖς βασιλικαῖς ἀύλαις παρρησίαν, ἀρχὰς καὶ δυναστείας, πάσης αὐτοὺς ἀπάγοντες τῆς παιδικῆς φιλοτιμίας. Οὕτω δὲ καὶ ὁ Θεὸς ἐποίησε· τῶν μικρῶν ἐκεῖνων καὶ παιδικῶν ἡμᾶς ἀπάγων, τὰ ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπηγγέλατο. Οὐκοῦν μὴ πρὸς ταῦτα ἐπτόση τὰ βέοντα καὶ παρατρέχοντα, μηδὲ μικροψύχει. Οὐδὲ τούτων ἁμοιρὸν σε ἀφήκεν. Ἐπειδὴ γὰρ τοὺς σάρκα περιχειμένους, καὶ σώματα συστρεφόμενους, <sup>d</sup> οὐδὲ τούτων ἐκτός εἶναι ἔδει, καὶ ταῦτα πλουσιώως ἡμῖν χορηγεῖ. Διὰ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Προφήτης κινήσας τῆς προνοίας ἐκεῖνο τὸ εἶδος

τὸ ὑψηλὸν καὶ φιλόσογον, καὶ εἰπὼν, Ἔδωκες εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου. ἐπάγει καὶ τοῦτο, λέγων· Ἀπὸ καρποῦ σίτου, καὶ οἴνου, καὶ ἐλαιου αὐτῶν ἐπληθύνθησαν. Τοῦτο δὲ εἰπὼν οὐ μικρὸν μέρος αὐτοῦ τῆς προνοίας ἐνταῦθεν κινεῖ, τῆς καὶ ἐν τοῖς ὀρωμένοις· φαινομένης. Ὅταν γὰρ εἴπῃ, σίτου, καὶ οἴνου, καὶ ἐλαιου, καὶ τὴν ἐν τούτοις ὀφθονίαν, καὶ ὑετοῦς λέγει, καὶ ὥρων εὐκρασίαν, καὶ γῆς λαγόνας, καὶ ὠδίνας, καὶ τόκον, καὶ ἀέρος χύσιν, καὶ ἡλίου δρόμον, καὶ σελήνης περιόδους, καὶ ἄστρων χορείαν, καὶ θέρος, καὶ χειμῶνα, καὶ μετόπωρον, καὶ ἔαρ, καὶ γεωργικὴν τέχνην, καὶ ὀργάνων ἐπιτηδεύτητα, καὶ ἑτέρων τεχνῶν ἐσθλόν. Ἄν μὴ γὰρ ταῦτα ἅπαντα συνδράμῃ, οὐχ οἷόν τε τοὺς καρποὺς τελεσοφρηθῆναι, οὔτε εἰς ἀκμὴν ἐλθεῖν. Ὅταν οὖν εἴπῃ σίτου, καὶ οἴνου, καὶ ἐλαιου, δίδωσι τῷ σοφῷ ἀφορμὴν καὶ ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν νοεῖν, πέλταγος ἀναπετάσας τῆς ἐν τοῖς αἰσθητοῖς φαινομένης τοῦ Θεοῦ προνοίας

ix. Διὰ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος δημηγορῶν του, καὶ περὶ τῆς προνοίας αὐτοῦ διαλεγόμενος, ἐνταῦθεν ἐκινεῖ τὸν λόγον, λέγων· Δίδους ὑετοῖς καὶ καιροὺς καρποφόρους, ἐμπιπλῶν τροφῆς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ἡμῶν. Ἐπειδὴ <sup>e</sup> δὲ ἀπεριττός ἐστιν ὁ Προφήτης, παρὲς ἅπαντα τὰ ἄλλα εἰπεῖν, ὑπώρας, ἀκρόδρυα, γένη φυτῶν, γένη σπερμάτων, γένη βοτανῶν, λειμώνων, ἀνθῶν, παραδείσων, καὶ ὅσα ἄλλα ἔστι, τὰ συνεκτικὰ τίθησι, τὰ καὶ πρὸς τὴν ζωὴν ἡμῖν ἀναγκαῖα, ἀπὸ τούτων κἀκεῖνα ποιῶν κατὰ δόγμα. Ἄπερ οὐδὲ ἀπλῶς ἡμῖν δίδωσιν, ἀλλὰ μετὰ πληθους, καὶ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτῶν. Εἰ δὲ ποτα καὶ συστέλλει, καὶ ἐν τούτῳ πάλιν τὴν πρόνοιαν ἑαυτοῦ δείκνυσιν, ἀφυπνίζων τὴν βραθυμίαν τῶν πολλῶν, καὶ διεγείρων αὐτοὺς πρὸς τὸ ἐπιζητήσαι παρ' αὐτοῦ ταῦτα τὰ ἀγαθὰ. Εἰ δὲ τινες λέγοιεν, ὅτι οὐ τοῦ Θεοῦ τὸ δίδόναι δεῖν, [24] ἀλλὰ τῶν εἰδῶλων· ἐρώμεθα αὐτούς, πῶθεν τοῦτο δῆλον; Ὅτι οἱ ποιηταί, φησὶν, εἰρήκασιν, ὅτι Ζεὺς ἐστιν ὁ ὕψων. Ἄλλ' οὐτοὶ αὐτοὶ εἰρήκασιν, ὅτι καὶ μοιχός ἐστι, καὶ παῖδων φθορὸς, καὶ πατραλοίας, καὶ ἕτερα τούτων οὐκ ἐλάττονα ἐγκλήματα. Ἄλλ' οὐκ ἔστι, φησὶν, ἀληθῆ. Οὐκοῦν οὐδὲ τὸ ὕψων. Εἰ γὰρ τοῦτο δέξῃ, κἀκεῖνά σε ἀνάγκη δέξασθαι· εἰ δὲ ἐκεῖνα ἐκβάλλεις, καὶ τοῦτο μετ' ἐκεῖνων. Ἡμεῖς γὰρ, ἐπειδὴν παρεχώμεθα μάρτυρας τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, πάντα τὰ ὑπ' αὐτῶν λεγόμενα περὶ αὐτοῦ δεχόμεθα. Οὐκοῦν ἀνάγκη σε καὶ μοιχὸν αὐτὸν καταδέξασθαι· <sup>h</sup> καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὑπ' αὐτῶν λεγόμενα περὶ αὐτοῦ, καὶ ἐκ τούτου μαυθάνειν, ὅτι πόρρω θείας δυνάμεως τὰ τοιαῦτα ἐγκλήματα, καὶ οὐκ ἂν εἴη Θεὸς ὁ τοιοῦτος. Ἄλλ' ὁ μῦθος αὐτῆς ἑαυτῇ περιπίπτει, καὶ τὸ ψεῦδος ὑφ' ἑαυτοῦ ἐλέγχεται, καὶ μὴ βουλομένων ὑμῶν τοῦτο καταδέξασθαι, καὶ καθόλου τοὺς ποιητὰς ἐκβάλλει. Ὅτι δὲ ἐκθληθέντων ἐκεῖνων, πάντα οὐχίησεται τὰ ὑμέτερα, δῆλον. Καὶ γὰρ τὰ ὄνματα αὐτῶν ἐκεῖνοι εὐρήκασιν, καὶ ἐπέθηκαν· ὁ καὶ τῆς τῶν παρ' ὑμῖν φιλοσόφων εἴρηκεν. Εἰ δὲ ἀρεῖς ἐκεῖ-

<sup>e</sup> Τῆς προνοίας ἀνεκίησε, τῷ σοφῷ πολλὴν ἀφορμὴν δίδους, ἀνοίξει τὸ πέλταγος τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας τῆς ἐν τοῖς ὀρωμένοις Reg.

<sup>f</sup> Τὸ πᾶν αἰνίσσασθαι, τὰς ὑπάραι ἡμῖν ἀνοίγων τῆς ἐν τοῖς Reg.

<sup>g</sup> Καρποφόρους· καὶ ἄλλος· Οὐ γὰρ ἐστιν ἐν τοῖς τῶν ἐθνῶν ὑετίζων. Ἐπειδὴ Reg.

<sup>h</sup> Μοιχὸν αὐτὸν καὶ παῖδων φθορέα καταδέξασθαι Reg.

<sup>a</sup> Reg. τὴν πρόνοιαν εἶναι βούλει τοῦ Θεοῦ.

<sup>b</sup> Reg. καὶ τίνας ἔνεκεν εἶναι ἅπασιν ταῦτα ἀπόκειται, ubi eunt ἅπασιν a quocumque librario pro ἐν ἐλπίσι scriptum videtur.

<sup>c</sup> Reg. ἀπὸ σοῦ σώματος.

<sup>d</sup> Hæc alio ordine, sed eodem sensu effert Regius.

νοῦς, ἐπὶ τὰς ἀλληγορίας δράμοις, ἐκεῖνό σε ἐρήσομαι· τί ποτέ ἐστὶν ὁ Ζεὺς; Ἡ ζέουσα, φησὶν, οὐσία καὶ τὸ ὑπὲρ τὸν ἀέρα μέρος, καὶ ὁ αἰθέρα καλοῦσι, παρὰ τὸ ζέον καὶ καίον. Οὐκοῦν οὐκ ἔστι λογικὴ τις οὐσία καὶ διακριτικὴ, ἀλλ' ἄλογος. Ὅτι γὰρ ἡ τοῦ ἀέρος φύσις οὔτε λόγον ἔχει, οὔτε λογισμὸν, παντὶ που δῆλόν ἐστι, καὶ πᾶς τοῦτο οἶδε, κἂν λίθων ἀναισθητότερός τις ᾖ. Ὅστε ἀνήρηται τέως ὁ Ζεὺς, καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ ἠφάνισται. Εἰ γὰρ ἄηρ ἐστὶν ἡ Ζεὺς, ὁ δὲ ἄηρ τοῦτο ἐστίν, ὅπερ εἰρήκαμεν, κἀνετύθεν ὁ μῦθος οἰχθήσεται. Εἰ δὲ ἄηρ, οὔτε πατήρ ἐγένετό τινας, οὔτε ἔτεκέ τινα οὐσίαν, ὅταν ἀναπλάττουσι τὸν ἥλιον, ὃν καὶ Ἀπόλλωνα καλοῦσι, καὶ υἱὸν αὐτοῦ λέγουσιν εἶναι· οὔτε γὰρ ἥλιος λογισμὸν τινα ἔχει, οὔτε διάνοιαν καὶ νοῦν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ φυσικόν ἐστιν ἔργον, ἀγόμενον καὶ περιφερόμενον τῇ νόμῳ, ᾧ παρὰ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ ἔταξεν ὁ Θεός. Ἄλλως δὲ οὐδὲ τὸ ὕειν τοῦ αἰθέρος ἐστίν, ἀλλὰ τῶν νεφελῶν δεχομένων τὸ ὕδωρ ἢ ἀπὸ τῆς θαλάσσης, ἢ τῶν ὑδάτων τῶν ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν ἄνωθεν φερόμενων, καθάπερ οἰροφῶνται φασιν. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς τοῖς προφήταις, σημεία φανερά καὶ δῆλα παρεχόμεθα, ἃ μάλιστα δείκνυσιν αὐτοὺς θεοσπενύστους γενομένους, καὶ οὐδὲν οἰκοθεν διαλεχθέντας ἡμῖν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς θείας ἐκείνης καὶ ὑπερουρανοῦ χάριτος ἐμπνευσθέντας. Πάντα γὰρ τὰ ὑπ' αὐτῶν εἰρημένα τέλος ἔχει, καὶ πάντα πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν ἐξέβη, ἃν τε τὰ παλαιὰ, ἃν τε τὰ καινὰ βούλει μεταχειρίζειν. Τὰ τε γὰρ περὶ Ἰουδαίων εἰρημένα τοῖς προφήταις ἅπαντα τέλος ἔλαβεν, ὧν καὶ ἡ ἐκβάσις ἅπασιν ἠέλη γέγονε· τὰ τε περὶ τοῦ Χριστοῦ [25] ἐν τῇ Καινῇ, ἃ μάλιστα δείκνυσιν θεῖαν ἑκατέραν οὖσαν τὴν Γραφήν. Εἰ δὲ θεία, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ περὶ Θεοῦ εἰρημένα ἀληθῆ πάντα. Μὴ τοῖνον ἀμφίβαλλε περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας, ἀλλὰ θαύμαζε αὐτοῦ τὴν κηδεμονίαν, ὅτι καίτοι πονηρῶν δυνάμεων καὶ ἀγαθῶν, τὴν οἰκουμένην καὶ τὸν ἥλιον πάντων ἀνῆκε, καὶ τοὺς ὑετοὺς δίδωσιν. Εἰ δὲ τινὰς ἀφίησιν εἶναι ἐν πτωχείᾳ καὶ πενίᾳ, διορθῶν αὐτῶν τὴν ψυχὴν ἀφίησι, φιλοσοφώτεραν τὴν γνώμην ἐργαζόμενος. Ἰστε γὰρ, ἴστε σαφῶς, ὅτι ὁ μὲν πλοῦτος τοῖς μὴ προσέχουσι πονηρίας ἐστὶν ὑπηρετής· ἡ δὲ πενία φιλοσοφίας ἐστὶ μήτηρ· καὶ ταῦτα δείκνυσιν καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰ πράγματα. Πόσοι τῶν πενήτων τῶν πλουτουμένων εἰσι συνετώτεροί τε καὶ φιλοσοφώτεροι, καὶ τὰ σώματα ὑγιεινότεροι, πενίας αὐτοῖς καὶ τὴν σάρκα καὶ τὴν ψυχὴν διορθουμένης; Ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθῆσθαι, καὶ ὑπνώσω. Ὅτι σὺ, Κύριε, κατὰ μόνας ἐπ' ἐλπίδι κατέψικας με. Ἴδου καὶ ἄλλο προνοίας εἶδος οὐ μικρὸν, τὸ εἰρήνης ἀπολαβεῖν τοὺς ἀνακειμένους Θεῷ. Εἰρήνη γὰρ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν νόμον σου, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς σκάνδαλον. Οὐδὲν γὰρ οὕτως εἰρήνην ποιεῖν εἴωθεν, ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ γνώσις, καὶ ἡ τῆς ἀρετῆς κτῆσις, τὸν ἐνδοθεν τῶν παθῶν ἐξοικίζουσα πόλεμον, καὶ οὐκ ἀφίεσα αὐτὸν πρὸς ἑαυτὸν διαστασιάζειν τὸν ἄνθρωπον. Ὡς εἶπε μὴ ταύτης ἀπολαύει τῆς εἰρήνης, κἂν ἐν βαυδατῇ εἰρήνῃ ἢ ἐξωθεν, κἂν μηδεὶς πολέμιος

αὐτὸν βάλλῃ. τῶν ὑπὸ τῆς οἰκουμένης πολεμουμένων πάντων ἐστὶν ἀθλιώτερος ἂν.

ιβ'. Οὐ γὰρ οὕτω Σκύθαι, οὐδὲ Θρᾶκες, οὐ Σαυρομάται, καὶ Ἰνδοί, καὶ Μαῦροι, καὶ ὅσα ἄγρια ἔθνη πολεμῶν εἰώθασιν, ὡς λογισμὸς ἀτοπώτατος ἐνδομυχῶν τῆ ψυχῆ, καὶ ἐπιθυμία ἀκόλαστος, καὶ χρημάτων ἔρωσις, καὶ δυναστείας πόθος, καὶ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων ἡ προσπάθεια. Καὶ εἰκότως· ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐξωθεν ὁ πόλεμος, αὐτὴ δὲ ἐνδον ἐστὶν ἡ μάχη. Ὅτι δὲ τὰ ἐνδοθεν τικτόμενα τῶν ἐξωθεν προσβαλλόντων ἐστὶ χαλεπώτερα, καὶ μᾶλλον διαφθεῖρουν εἴωθε, τοῦτο ἐπὶ πάντων ἐστὶν ἰδεῖν. Καὶ γὰρ καὶ ξύλου φύσιν σκώληξ ἐνδον τικτόμενος μᾶλλον διαφθεῖρει, καὶ σώματος δυνάμειν καὶ ὑγείαν τῶν ἐξωθεν ψυομένων τὰ ἐνδοθεν βλαστάνοντα νοσήματα μειζόνως λυμαίνεται· καὶ πόλεις οὐχ οὕτως· οἱ ἐξωθεν πολέμιοι, ὡς οἱ ἐμφύλιοι καταλοῦσιν· οὕτω δὲ καὶ ἡ ψυχὴν οὐχ οὕτω τὰ ἐξωθεν προσόντα μηχανήματα, ὡς τὰ ἐνδοθεν τικτόμενα νοσήματα λυμαίνεσθαι πέφυκεν. Ἄλλ' ἐάν τις τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἔχων, μετὰ ἀκριβείας τοῦτον καταλύσῃ τὸν πόλεμον, καὶ κοιμήσῃ τὰ πάθη, καὶ τὰ θηρία τὰ ποικίλα ἐκείνα τῶν ἀτόπων λογισμῶν ἀποπνίξας, μὴ ἐμφωλευεῖν παρασκευάσῃ, οὗτος καθαροτάτης καὶ βαυδατῆς ἀπολαύσεται εἰρήνης. Ταύτην τὴν εἰρήνην ἔλθῶν ὁ Χριστὸς ἐχαρίσατο· ταύτην καὶ ὁ Παῦλος τοῖς πιστοῖς ἐπέηχετο, καθ' ἑκάστην ἐπιστολὴν λέγων· *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν*· ὁ γὰρ τὴν εἰρήνην ταύτην ἔχων, οὐ μόνον βάρβαρον καὶ πολέμιον, ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸν τὸν [26] διάβολον δέδοικεν· ἀλλὰ πάσης τῆς τῶν δαιμόνων φάλαγγος καταγελάξῃ, καὶ πάντων ἀνθρώπων ἐστὶν εὐθυμότερος, οὐ πενία πιεζόμενος, οὐ νόσῳ καὶ ἀρρώστίᾳ βαρούμενος, οὐκ ἄλλῳ τινὶ τῶν ἀνθρωπίνων τῶν ἀδοκῆτως προσπιπτόντων θο.υβοῦμενος, διὰ τὸ τὴν ψυχὴν, τὴν δυναμένην ταῦτα μετὰ ἀκριβείας διαθεῖναι καὶ εὐκολίας ἀπάσης, ἐρρωμένην καὶ ὑγιαίνουσαν ἔχειν. Καὶ ἵνα μάθητε ὅτι τοῦτο ἐστὶν ἀληθές· ἔστω τις βάσκανος, καὶ μηδεὶς αὐτῷ πολεμεῖτω· τί τὸ θρῆλος; Αὐτὸς γὰρ ἑαυτῷ πολεμεῖ, παντὸς ξίφους δξυτέρους καθ' ἑαυτοῦ θήγων λογισμοὺς, πᾶσι τοῖς ὀρωμένοις προσπταίων, καὶ καθ' ἑκάστον τῶν ἐντυγχανόντων ἀνθρώπων τιτρώσκων ἑαυτὸν, καὶ πρὸς οὐδένα ἠδέως ἔχων, ἀλλὰ κοινούς πολεμίους πάντας ὀρών. Τί οὖν θρῆλος τῆς ἐξωθεν εἰρήνης τούτῃ, ὅταν αὐτὸς λυσῶν καὶ μεινόμενος, καὶ κοινὸς τῆς φύσεως ὧν ἐχθρὸς, περιέρχῃται τοσοῦτον ἐνδοθεν φέρων πόλεμον, καὶ μυρία τόξα καὶ βέλη, μᾶλλον δὲ μυρίους θανάτους εὐχόμενος, ἢ ἰδεῖν τινα τῶν ὁμογενῶν εὐδοκιμοῦντα καὶ εὐήμερος ἀπολαύοντα; Πάλιν ἕτερος ὑπὸ χρημάτων ἐπιθυμίας κατεχόμενος, μυρίους πολέμους καὶ μάχας καὶ στάσεις εἰς τὴν ἑαυτοῦ συναγει ψυχὴν, καὶ ἐν θορύβῳ καὶ ταραχῇ ὧν, οὐδὲ μικρὸν ἀναπνεῦσαι δύναται. Ἄλλ' οὐχ ὁ τοῦτων ἀπηλλαγμένος τῶν παθῶν οὕτω διάκειται, ἀλλ' ἐν γαληνῷ κάθηται λιμένι, ἐντροφῶν τῇ φιλοσοφίᾳ, καὶ

ἢ Sic Reg. melius quam prius Editi τῶν ὑπὸ τῆς οἰκουμένης πάντων ἐστὶν ἀθ.

\* Reg. καὶ ἡ ὄψις ἅπασιν.

phis (a). Quod si illis relictis ad allegorias confugeris, te illud interrogabo, Quid est Jupiter (b)? Est fervens, inquit, substantia, et pars quæ superat aerem, et quam appellant ætherem, ex eo quod ferveat et urat. Non est ergo ratiocinandi nec discernendi potestate prædita, sed expers rationis substantia. Quod enim natura aeris nec rationem habeat, nec ratiocinationem, cuius est apertum, et nemo est qui hoc aesciat, etiamsi minus, quam lapis, sensus habeat. Quare jam de medio sublatus est Jupiter, et ejus deleta substantia. Si enim aer est Jupiter, aer autem est id quod jam diximus, ex eo quoque interibit favula. Si autem est aer, nec fuit alicujus pater, nec alicquam peperit substantiam, cujusmodi conflungunt solem, quem etiam vocant Apollinem (c), et dicunt esse ejus filium: nec enim sol habet rationem, nec mentem, nec cogitationem, sed ipsum etiam est opus naturale, quod agit et circumfertur lege, quam ei Deus in principio posuit. Alioqui nec pluere est ætheris, sed nubium, quæ aquam suscipiunt vel ex mari, vel ex aquis quæ ab alto super cælum feruntur, ut dicunt prophetae. Sin autem fidem non habes prophetia, signa aperta et manifesta præbemus, quæ maxime ostendunt eos fuisse a Deo inspiratos, et nihil nobis disse-ruisse, quod ex se afferrent, sed divina illa gratia et supercælesti afflato. Quæcumque enim ab eis dicta sunt, finem sunt assequuta, et omnia ad rerum veritatem devenerunt, seu vetera, seu nova velis accipere. Nam et quæ de Judæis a prophetis dicta sunt omnia finem ceperunt, quorum etiam exitus fuit omnibus manifestus: et quæ de Christo in Novo, quæ maxime ostendunt divinam esse utramque Scripturam. Si autem sunt divina, quæ de Deo in ea dicta sunt, ea vera sunt omnia. Ne dubita igitur de Dei providentia, sed ejus curam, quam gerit, admirare, quod cum sint boni et mali, orbem terrarum et solem omnibus permittit, et omnibus dat pluvias. Quod si sinit aliquos degere in mendicitate et inopia, id facit ut animam illorum corrigat, sapientiæ studiosiorem animam efficiens. Scitis enim, scitis aperte, divitias quidem iis qui non attendunt esse vitiorum ministras; paupertatem autem matrem philosophiæ: eaque res ipsæ indicant quotidie. Quot pauperes sunt divitibus prudentiores, sapientiæ amantiore, et corpore saniores, cum paupertas eis et carnem et animam corrigat? 9. *In pace in idipsum dormiam et requiescam.* 10. *Quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me.* Ecce aliam non parvam speciem providentiæ, quod pace fruatur qui sunt Deo addicti: *Pax est enim diligentibus legem tuam, et non est ipsis offendiculum* (Psal. 118. 165). Nihil enim arque solet pacem parere, atque Dei cognitio, et virtutis possessio, quæ animi perturbationum internum bellum domo procul

(a) Vide Platonis Cratylum, p. 401 sqq.

(b) Circa Jovis naturam vide quæ diximus Disquisit. prævia ad Antiquitatem, paragr. IV; maxime vero quæ ex Cicerone attulimus ibid.

(c) Plerique Græcorum dicebant Apollinem Jovis filium esse Solem. At non sic Homerus et poetæ, qui Solem distinguunt ab Apolline. In cultu autem publico hæc numina distinguabantur.

ejicit, nec permittit ut homo cum seipso seditionem agitet. Sane si hæc pace non fruatur, etiamsi sit extrinsecus summa pax, etiamsi nullus eum hostis invadat, est omnium qui in terra impugnantur miserum.

12. *Sævissimi hostes animæ immoderati affectus voluntatis. Invidiæ conditio.* — Neque enim Scythæ, nec Thraces, nec Sarmatæ, nec Indi, nec Mauri, nec quæcumque sunt feræ gentes, tam atrox bellum gerere solent, quam nefaria cogitatio, quæ versatur in penetrabilibus animi, et intemperans libido, amor pecuniæ, potentiæ vehemens desiderium, atque erga res humanas affectio. Et merito: illud enim est bellum externum, hoc vero est internum prelium. Quod autem quæ intus nascuntur, sint iis quæ extrinsecus invadunt, graviora, et interitum magis afferre soleant, hoc licet videre in omnibus. Etenim et ligni naturam vermis, qui natus est intus, magis corrumpit; vires et sanitatem corporis, morbi, qui intus procreantur, plus lædunt, quam qui extrinsecus adveniunt; et civitates non tam externi hostes, quam civiles pessumdant: ita etiam animæ non tam externæ quæ in eam invadunt machinationes, quam quæ intus oriuntur ægritudines, perniciem afferunt. Sed si quis timorem Dei habens, hoc bellum perfecte sedaverit, et perturbationes animi composuerit, et varias illas improbarum cogitationum belluas suffocans, non permiserit ut in antris delitescant, iis purissima et altissima pace fruatur. Hanc pacem Christus veniens largitus est; hanc etiam Paulus precatus est fidelibus, dicens in singulis epistolis: *Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro.* Qui hanc enim habet pacem, non solum barbarum et hostem, sed ne ipsum quidem diabolum extimescit; sed universam ridet dæmonum phalangem, et est omnibus hominibus alacrior, ut qui non paupertate prematur, non morbo et adversa valetudine gravetur, non aliquo eorum quæ humanitas inopinato accidit perturbetur, eo quod valentem et sanam habeat animam, quæ hæc potest præclare et facillime administrare ac temperare. Et ut sciat hoc esse verum: sit aliquis invidus, et nemo cum eo bellum gerat; quid juvat? Ipse enim cum seipso bellum gerit, quovis ense penetrabiliores in se cogitationes acuens, in omnibus quæ videntur offendens, et in singulis qui occurrunt hominibus seipsum saucians, in nullum benevolo et grato animo præditus, sed omnes illos tanquam hostes intuens. Quæ est ergo illi pacis externæ utilitas, quando ille furens et rabie percitus, et communis naturæ hostis circumcursat, tantum internum bellum gestans, et mille telis ac sagittis confodi, atque adeo potius millies mortem pati optans, quam videre quempiam ex iis, qui sunt ejusdem generis, in bona esse existimatione, aut feliciter agere? Teneatur rursus alius pecuniæ cupiditate, innumera bella, pugnas, et seditiones in sua conflata anima: et tumultu ac perturbatione exagitatus, ne potest quidem paululum respirare. At non is qui est liber ab ejusmodi perturbationibus, hoc modo affectus est: sed in tranquillo portu sedet, se studii

sapientiae voluptatibus explens, et nullam ejusmodi molestiam sustinens. Quocirca hac quoque providentia fruens propheta dicebat: *In pace in idipsum dormiam et requiescam*; innuens, ei qui hanc non habet pacem, ne communem quidem omnium portum esse apertum, sed illum quoque obstructum esse, nempe quietis et noctis. Hujusmodi enim perturbationes etiam eam quae a natura datur securitatem profligant, alia graviori tyrannide somni tyrannidem omnino deturbantes. Invidi enim, avari et raptores, hoc bellum undique circumferentes, et intus positos inimicos habentes, quocumque recesserint, pugnam non possunt effugere: sed etsi domi mancant, etsi in lecto jaceant, telorum nubes, et tumultus undis violentiores, caedes, clamores, querelas et ejulationes, et alia multo iis quae inter hostes accidunt graviora sustinent. At non sic justus: sed et vigilans delectatione fruitur, et nocturno tempore cum magna voluptate somnum capit. Quid est autem, *In idipsum*? In me ipsum, inquit, totus conversus, non in curas innumerabiles divisus, non quae sunt hujus vel illius cogitans, nec in orbem terrarum sollicitudines dispersiens; sed quae mea sunt cogitans, et quae mihi utilia, et quae sunt homini maxime convenientia: *Quia tu, Domine, singulariter in spe constituisti me*. Quod autem dicit, est ejusmodi: Propter spem futurorum, et expectationem quae est in te, omnes animi mei perturbationes compressi. Sicut etiam dicit Paulus: *Quod est enim in praesentia admodum leve afflictionis, insigniter in sublimitate aeternum pondus gloriae nobis operatur, non considerantibus nobis quae videntur, sed quae non videntur* (2 Cor. 4. 17. 18). Nulla enim res est adeo difficilis, quae non fiat facilissima spe futurae a Deo gloriae. Propterea dicit: *In spe constituisti me*. Et illud, *Singulariter*, non est parva doctrinae virtus.

13. Quid est autem, *Singulariter*? Scorsum ab improbis. Hanc enim pacem, inquit, apud te praelare habui, et separatim habito, fugiens homines improbos ac corruptos. Et jure profecto. Quemadmodum enim corpora saepe a corrupti aeris lue infecta pereunt: ita etiam anima saepe damnum accepit ex malorum congressione: et sicut sanus oculus quando laborantem aspexerit, afficitur, et qui est scabie refertus, iis etiam qui sani sunt eam impertit: ita etiam saepe contingit in consuetudine improborum hominum. Et ideo etiam suasit Christus non solum eos qui sunt tales fugere, sed etiam excindere, sic dicens: *Si oculus tuus dexter te scandalizat, erue eum, et ejice a te* (Matth. 5. 29), non dicens de oculo: quid enim mali fecerit oculus, si sit sanus animus? sed de amicis necessariis, et qui sunt nobis loco horum membrorum, et nos laedunt, haec constituit, jubens eorum etiam amicitiam contemnere, ut nostra salus efficiatur tutior. Quamobrem ipse etiam rursus in sequentibus dicit: *Non sedi cum consilio vanitatis, et cum inique agentibus non ingrediar* (Psal. 25. 4). Quinetiam Jeremias cum dicit beatum, qui sedet separatim, et tollit jugum ab adolescentia (Thren. 5. 27. 28). Jam vero etiam Proverbia multa de ea re verba faciunt, dicen-

tia et suadentia omnibus, non solum declinare, sed etiam resilire ab iis qui mala consulunt, et non cum illis versari. Si enim quae sunt naturalia saepe mutant naturam ex mala consuetudine: quanto magis quae sunt nostrae voluntatis? Color enim et sanitas inest nobis natura: sed ea nonnumquam corrumpuntur ex alio habitu contrario; et rursus appetitus ciborum, et eum saepe perdimus vitio aegritudinum; multa etiam alia ejusmodi accidere videmus. Quod si ea quae sunt naturalia, mutantur, multo magis ea quae sunt voluntatis, facilius mutantur ad utrumlibet. Ne parum damni afferre existimemus improborum consuetudinem: sed ante omnia eos qui tales sunt vitemus, etiamsi sint uxores, etiamsi amici, etiamsi quilibet. Nam hoc etiam magnos illos perdidit, Salomonem, inquam, et Samsonem: quinetiam totum genus Judaicum sic perit. Neque enim feræ ita laedunt, ut hominum improbitas. Illae enim venenum aperte praese ferunt: hi autem sensim et absque ullo strepitu labem quotidie immittunt, de virtutis robore quotidie paulatim detrahentes. Quocirca etiam impudicum aspectum Deus amolitur, dicens: *Qui respexerit mulierem ad concupiscendum, jam mœchatus est enim in corde suo* (Matth. 5. 28): eo quod sit facile ac proclive exitium. Tu autem, si in civitate aliqua sis habiturus, de aere curiose inquiris, an sit salubris, an temperatus, an siccus: de anima autem rationem initurus, non es sollicitus de eorum consuetudine, qui cum ea sunt congressuri; sed tamen et inconsiderate eam omnibus permittis? Quam, queso, veniam assequeris, qui eam sic negligis? Undenam existimas eos qui deserta incolunt, admirabiles et claros evadere? nonne quod strepitus et fora fugiant? nonne quod longe a fumo negotiorum, quae sunt in medio, se collocarint? Eos ipse quoque imitare, in media civitate solitudinem persequens. Quomodo autem hoc erit? Si fugias improbos, et si bonos sequaris. Ita enim majorem percipies securitatem, quam qui in desertis habitant, non solum in iis fugiendis qui laedunt, sed etiam in communicando cum iis qui prosunt. Si enim malos quidem fugias, bonos autem sequaris, utrinque et virtus augecet, et decrescet vitium. Ut hoc ergo fiat, haec faciamus, parentes psalmographo, qui dicit: *Quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me*<sup>1</sup>. Hic vero finem dicendi faciam, cum abunde, opinor, propositas quaestiones solverimus, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

#### EXPOSITIO IN PSALMUM V.

*In finem pro ea quae hereditatem accipit, Psalmus Davidi (v. 1) (a).*

1. *Hereditas quae nobis relicta sit.*— Videamus pri-

<sup>1</sup> Reg. post haec verba, *in spe constituisti me*, adjicit, *quoniam ipsi gloria et imperium*, etc. Colb. in haec verba, *constitua ti me*, desinit, ut et Savil., qui sequentia in margine adscribit.

(a) Post haec verba primus Psalmi versus perperam titulum ponitur in Morel., non autem in Savil. et Colbert., ubi post titulum Psalmi statim ponitur *primum*. Recte, quia initio inscriptionem seu titulum tantum interpretatur Chrysostomus.



ὄδεμα ὑπομένων ἀθίαν τοιαύτην. Διὸ δὴ καὶ ταύτης ἀπολαύων τῆς προνοίας ὁ Προφήτης ἔλεγεν· Ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι, καὶ ὑπνώσω· ὧν, ὅτι τῷ μὴ ταύτην ἔχοντι τὴν εἰρήνην οὐδὲ ὁ κοινὸς λιμὴν ἅπας ἀνέψκται<sup>α</sup>, ἀλλὰ καὶ οὗτος προσκέχωσται, ὁ τοῦ ὑπνου καὶ τῆς νυκτός. Τὰ γὰρ πάθη ταῦτα καὶ τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως ἀδειαν διδομένην διαφθεῖρει, ἐτέρᾳ τυραννίδι χαλεπωτέρᾳ τοῦ ὑπνου τὴν τυραννίδα παντελῶς παρωθούμενα. Οἱ γὰρ φθονεροί, καὶ βίσκανοι, καὶ πλεονέκται, καὶ ἀρπαγες τοῦτον τὸν πόλεμον πανταχοῦ περιφέροντες, καὶ τοὺς πολέμιους ἔνδον ἔχοντας ἔγκαθημένους, ὅπου περ ἂν ἀπέλθωσι, φυγεῖν οὐ δύνανται τὴν μάχην· ἀλλὰ κἂν οἴκοι μένωσι, κἂν ἐπὶ κλίνης κέωνται, νέφη βελῶν, καὶ θορύβους κυμάτων βιαστέρους, καὶ σφαγᾶς, καὶ κραιπάλας, καὶ οἰμωγᾶς, καὶ ἕτερα πολλῶν τῶν ἐν τοῖς πολέμοις συμβαίνοντων χαλεπωτέρα ὑπομένουσιν. Ἄλλ' οὐχ ὁ δίκαιος οὕτως· ἀλλὰ καὶ ἐγγρηγορῶς τρυφᾷ, καὶ ἐν καιρῷ τῆς νυκτός μετὰ πολλῆς τῆς ἡδονῆς τὸν ὑπνον δέχεται. Τί δὲ ἐστίν, Ἐπὶ τὸ αὐτό; Συναγμένοι πρὸς ἑμαυτὸν, φησὶ, συνεστραμμένοι, οὐ χαλιζόμενος εἰς μυρίας φροντίδας, οὐδὲ τὰ τοῦ δαίμονος καὶ τοῦ δαίμονος μερικῶν, οὐδὲ εἰς τὴν οἰκουμένην διατεμνόμενος ταῖς φροντίσιν· ἀλλὰ τὰ ἑμαυτοῦ λογιζόμενος, καὶ τὰ ἐμοὶ διαφέροντα, καὶ ἂ μάλιστα ἐστὶν ἀνθρώπων προσήκοντα. Ὅτι σὺ, Κύριε, κατὰ μόνας ἐπ' ἐλπίδι κατώκισάς με. Ὁ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Τῆ τῶν μελλόντων ἐλπίδι καὶ τῇ προσδοκίᾳ τῇ εἰς σὲ πάντα μου τὰ πάθη κατέστειλα. Καθάπερ καὶ [27] Παῦλος φησὶ· Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς ὀλιψέως, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν, μὴ σκοποῦντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα. Οὐ γὰρ ἐστὶν οὐδὲν φορτικὸν πρᾶγμα, ὃ μὴ γίνεται ῥᾶστον τῇ ἐλπίδι τῆς εὐδοκίμησης τῆς κατὰ Θεόν. Διὰ τοῦτο φησὶν· Ἐπ' ἐλπίδι κατώκισάς με. Καὶ τὸ κατὰ μόνας δὲ οὐ μικρὰ διδασκαλίας ἀρετῆ.

ait : *Quis fecit mutum et surdum, videntem et cæcum* (Exod. 4. 11)? Et rursus : *Qui dat linguas expeditas* iis, qui sunt impeditoris linguæ (Isai. 35. 6). Et rursus : *Dominus dat mihi linguam disciplinæ, ut sciam quando oportet loqui sermonem* (Id. 50. 4). Dicit etiam in principio : *Venite, descendamus, et confundamus ipsorum linguas* (Gen. 11. 7). Magna ergo est et valida demonstratio. In aliis enim, etsi præter rationem, aliqua tamen suspecta habebant impudentes illi : hic autem nihil potuerunt dicere, cum ipsa per se natura nuda contenderet. Et ideo non dixit simpliciter, *Infantium*, ne quis innocentes et simplices eum dicere putaret ; sed subjunxit, *Et lactentium*, ætatem cibi adjectione exprimens. Non enim dixit solummodo, *Infantium*, sed etiam ubera sugentium, qui nondum solidi cibi fuerunt participes. Non est ergo hoc solum admirabile, quod vocem, eamque claram et expressam emisissent, sed etiam quod plenam bonis innumerabilibus. Quæ enim apostoli nondum noverant, ea pueri hymnis celebrabant. Ex hoc etiam aliquid aliud significat, nempe oportere eos, qui ad dogmata accedunt, animo pueros effici. Si quis enim non susceperit regnum celorum ut puellus, inquit, non potest in ipsum ingredi (Matth. 18. 3). *Propter inimicos tuos*. Dicit etiam causam cur hoc miraculum factum sit. Alia enim non propter inimicos facta sunt, sed ut accedentes beneficium acciperent, et alii docerentur : hoc autem non solum propterea factum est, sed ut obturarentur ora inimicorum : quos etiam alius clarius significans, dicit, *Propter illigantes te*. Il enim eum alligarunt ductum ad crucem. *Ut destruas inimicum et ultorem*. Alius, *Ut compescas inimicum, et qui seipsum ulciscitur*, populum hic dicens Judaicum. Christum enim expellebant ut inimicum, præ se ferebant autem hoc facere tamquam Patrem ulciscentes. Et ideo hanc illis excusationem auferens, dicebat : *Qui me odit, odit et Patrem meum* (Joan. 15. 23) ; et rursus : *Qui credit in me, credit in eum qui me misit* (Id. 12. 44) : honori suo et injuriæ semper Patrem coniungens. Vide quam accurate loquutus sit propheta. Non dixit, *Ut punias*, sed *Ut destruas* : quod alius clarius significat, dicens, *Ut cessare facias*, hoc est, ut eorum de medio tollas impudentiam, non ut doceas : laborabant enim morbo incurabili. Cum ergo tale viderent miraculum, et nihil possent contra dicere, in ipsum convertebantur, dicentes : *Non audis quid hi dicant* (Matth. 21. 16)? Et cum oporteret deinceps adorare et admirari, erant valde perplexi et incerti quid agerent, et cum deberent inter se dicere, *Non audis quid hi dicunt?* id seipsis dimissis Christo dicebant. Et cur non emissa est vox angelorum? Quod illud quidem spectrum eis potuisset videri; ad hoc autem nihil poterant contradicere. Quid autem dicebant pueri? Nihil grave aut importunum, nec quod eos jure posset percellere, sed quod ejus cum Patre consensionem maxime signifi-

caret. *Benedictus dicebant, qui venit in nomine Domini* (Matth. 21. 9).

3. *Judæi cur post Christi mortem miserabiles*. — Tunc ergo eorum coercuit impudentiam<sup>1</sup>, postea autem urbem quoque eorum evertit, nec est ulla pars totius orbis terrarum, quæ sit Judæorum calamitatis expers : sed quemadmodum qui corpore est mutilo, undique circumcursat sua vulnera ostentans, et quemadmodum iudices cum multos homicidas de medio sustulerint, unum furcæ affigunt, ut ipsis mortuis tamquam inflictum supplicium vivos coerceat et in officio contineat : Ita hic etiam non mortuos ; sed vivos omnibus exemplum proposuit, eos dispergens ; et qui unam habitabant regionem, nunc sunt dispersi per totum orbem terrarum. Et si causam rogaveris, nullam aliam invenies, quam quod Christum crucifixi fuerunt. Cur enim, dic mihi, hoc ita factum non est? Sed et si id aliquando factum est, in unam gentem abducti sunt, et ad paucos annos : nunc autem non sic, sed infinito supplicio puniuntur. Et si eos rogaveris : Cur Christum crucifixistis? dicunt : Quod esset deceptor et præstigiator. Vos ergo oportebat propterea honorari, et fines vestros propagari, ut qui Deo fecissetis rem gratam. Qui enim deceptorem et præstigiatores ac Dei adversarium de medio sustulerit, is Dei hostem sustulit : qui autem hostem sustulit, is jure optime laudetur. Nunc autem Phinees quod unam meretricem interfecerit (Num. 25. 12. 13), tantam laudem a Deo est consequutus, ut sacerdotio et tanto honore dignus fuerit : vos autem, quos multo majori honore affici oporteret, si modo deceptorem occidissetis, errores et exules, nullamque certam sedem aut patriam habentes, huc et illuc obitis. Hoc ergo nulla alia de causa passi estis, quam quod patronum ac benefactorem, et veritatis doctorem crucifixistis. Si fuisset enim seductor, et Dei adversarius, et cum Deus non esset, voluisset esse Deus, et Patris honorem ad se ipsum attraxisset, et Phinee et Samuele et illis omnibus oportuit vos magis honorari, qui legis defendendæ tantum zelum ostenderetis. Nunc autem quod nunquam passi estis, cum idola coleretis, cum impij essetis, cum filios interficeretis, hoc passi estis, et nulla datur ratio vos liberandi a malis, et erroneis, exules, vagabundi, et Romanorum legibus servientes, terram et mare obitis, migrantes, nullas certas sedes, urbes aut domos habentes, et in servitute redacti, a libertate, a patria, a sacerdotio, et ab omnibus, quæ prius habebatis, expulsi estis, in mediis barbaris et gentibus innumeris dispersi, omnibus hominibus exosi, execrandi, et omnibus ad injuriam opportuni. Et merito quidem : non enim præmia accepistis, quod Dei inimicum occideritis : hoc mera est insania et nugæ. Quæ enim nunc patimini, non sunt eorum qui Dei inimicos occidunt, sed eorum qui amicos interimunt. Sed, o amice, inquam, hæc non dicimus : propter nostra peccata hæc patimur<sup>2</sup>. Nunc

machum, ut of inor, significans. Litera enim C literæ Græcæ consonat.

<sup>1</sup> Post vocem, *impudentiam*, in Morel. additur, *Scripturæ allato testimonio*.

<sup>2</sup> Hæc est lectio Codicis B., probata a Savilio in notis, et

confitemini increduli? et quænam peccastis? An nunc primum peccastis? Nunc certe moderatores evasistis. Sed nondum hoc agimus: at vos illud libenter interrogarem, cur prius semper peccantes, Dei benignitatem et clementiam sensistis, nunc autem non itidem, et quod est admirabilius, nunc minora peccata committentes? Tunc enim et Beelphegor initiabamini (*Num. 25*), et vitulum adorastis (*Exod. 32*), et filios occidistis, et filias de medio sustulistis (*Psal. 105. 37. 38*), idque cum vobis signa abunde suppetere: nunc autem cum nec videatis mare dividi, nec petram frangi, nec adesse prophetas (*Exod. 14 et 17*), nec vestri consuetam sentiatis providentiam, major tamen appareat probitas: quænam est causa, quod quando minus peccatis, et major est vestra moderatio, major sit pœna ac supplicium? Annon vel stultis clarum est, id ideo fieri, quoniam majus est vestrum nunc peccatum? Quamdiu enim in servos peccastis, veniam estis assequuti, ut cum prophetas interficeretis et lapidibus impeteretis; sed postquam manus in Dominum injecistis, vobis deinceps evasit ulcus immedicabile. Et ideo quadringenti jam anni præterierunt, ex quo civitatis vel ipsum solum periit (a), sublatum est sacerdotium, regnum abruptum, confusæ tribus, præclara illa et magnifica evanuerunt, et ne vestigium quidem est apud vos reliquum: quod nunquam ante factum est. Sed in principio quidem cum dirutum esset templum, remanebant prophetæ, et Spiritus dona, et miracula: nunc autem, ut clare intelligatis Deum vos esse perpetuo aversatum, ea quoque sublata sunt: ac servitus adest, captivitas et rerum omnium eversio, et quod est omnium gravissimum, Dei a vobis recessio.

4. Ac perinde fecit Deus, ut si quis servum ingratum, sæpe flagris cæsum et non correctum, vestibus exutum, nudum, desertum, vagabundum errare permitteret, mendicantem et undique ejectum. Antea autem res vestræ non ita se habebant, sed apud vos erant prophete: in Ægypto, Babylone et in deserto: Moses in Ægypto, in Babylone Daniel et Ezechiel, in Ægypto rursus Jeremias: et miracula adjecta miraculis, clariorque et illustrior gens evasit, cum ex vobis qui captivi erant regibus essent superiores. Sed nunc illa omnia perierunt, et supplicium est gravius prioribus, non solum propter longitudinem temporis, sed etiam quia estis undique derelicti. Quanam ergo de causa, dic, quæso, quando plura peccabatis, tanta vestri erat cura ac providentia: quando autem pro lege zelo accensi estis, passi estis graviora? Ex hoc enim Deum damnatis injustitiæ, quod peccatores quidem honoraret, eos autem qui se recte et ex virtute gerebant ignominia affecerit. Si enim impostorem, ut dicitis, sustulistis, vos recte ac præclara

Morelli: Reg., Colb., et Savil. Edit.: *Sed cum talia nos loquimur, ipsi dicunt: Propter nostra peccata hæc patimur.*

(a) Par erratum exhibet Chrysostomus in libris contra Judæos, quia chronologiam ille non multum curabat. Cum enim has Expositiones in Psalmos Antiochiæ, ut in Tractatione dicitur, ediderit, vix trecenti triginta anni numerari poterant ab excidio illo Jerusolymorum.

gessistis: vel, si justus est Deus, ut certe est justus, honorare vos oportebat, non castigare: si autem castigat, clarum est vestra nunc esse graviora peccata. Si vero nunc nec impii estis, nec filios, ut ante, sacrificatis, quodnam est aliud peccatum, propter quod graviora passi estis? Annon est evidens, crucis erectæ scelus esse veluti quemdam colophonem malorum? Hoc magis vos perdidit quam idolorum et vituli cultus et filiorum occisio. Non enim paria sunt hæc, filium suum interficere, et Dominum suum crucifigere. Propterea quando filios occidebas, veniam es consequutus: sed quando Dei Filium et tuum Dominum occidisti, castigaris deinceps absque ulla venia.

*Quot anni ab exitu ex Ægypto ad Christum.* — Quot sunt anni ab exitu ex Ægypto usque ad adventum Christi? Mille et quingenti puto, et plures. Quomodo ergo in his omnibus vos peccantes passus est: nunc autem vos abjecti, quando maxime coronare oportuit, etsi multa peccassetis? Præclarum enim esset vestrum facinus, si deceptorem occidissetis. Cum hoc autem nunc sabbata observare videmini, et idola minime adoratis, aliaque servare magno studio contenditis. Quando ergo et vita vestra est melior, et tam præclarum, ut dicitis, facinus fecistis, tunc ultima patimini. Quid hac insania fuerit deterius? quid hac dementia, quod cum vos defendere velitis, maledictis Deum insectamini? Si enim quod adversus Christum peccastis, non est illis omnibus deterius, sed id a vobis, ut dicitis, juste factum est: cur vos quidem punit, sic recte vos gerentes, peccantibus autem pepercit? Hoc non solum Deus, sed nec ullus homo mentis compos facere in animu induxerit. Sed quid ad hæc dicunt? Disjecti sumus, ut essemus orbis terræ doctores. Nugæ sunt hæc, et ineptiæ. Eos enim qui futuri sunt doctores, se prius recte gessisse oportuit, et tunc ad id mitti: cujusmodi fuerunt prophetæ et apostoli. Cum autem ipsi sint perversi, et omni vitio referti, quomodo ad docendum missi sunt? Videamus ergo qualis eorum fuerit vita quæ præcessit. Invenimus enim eos belluis fuisse immaniores. Nam et parricidæ, et liberorum interfectores, idolorumque cultores, et alienorum bonorum occupatores fuere; eorum autem sunt plenæ prophetiæ. Ac vestram quidem libidinem significans Jeremias, dicebat: *Equi in equas insanientes facti sunt: unusquisque hinniebat ad uxorem proximi (Jer. 5. 8)*. Quid hac fuerit pejus immunditia? Non enim ut homines cum suis invicem uxoribus coibant: et ideo eorum furorem appellavit hinnitum. Nec eos solum arguit fornicationis, sed eos etiam accusat adulterii, quod etiam ab eis impudenter admittebatur, quemadmodum in brutis. Alius autem propheta dicit: *Ingressi sunt ad mulierem facientes aula, filius et pater ad eandem puellam (a) (Amos. 2. 7)*. Propterea ergo, dic, quæso, vos misit doctores, ut fornicationes et adulteria disceremus, et quod oporteat patrem et filium idem inire cubile? Quid vero Ezechiel? *Ne secundum gentium quidem legitima se-*

(a) Hæc omnino diverse referuntur in textu Amos prophete, ut videas in Romana Editione.

πέ μοι. Μὴ γὰρ νῦν πρῶτον ἡμαρτήκατε; Νῦν μὲν οὖν καὶ ἐπιεικέστεροι γεγόνατε. Ἀλλὰ μήπω τοῦτο· ἀλλ' ἐκείνο ἂν ὑμᾶς ἐροίμην· Τίνος ἕνεκεν αἰεὶ ἁμαρτάνοντες πρότερον ἐτυγχάνετε φιλανθρωπίας παρὰ Θεοῦ\*, νῦν δὲ οὐκέτι, καὶ τὸ δὴ παραδοξότερον, ὅτι ἐλάττονα νῦν ἁμαρτάνοντες; Τότε μὲν γὰρ καὶ τῷ Βεελφεγὼρ ἐτελείσθε, καὶ μόσχον προσεκυνήσατε, καὶ τοὺς υἱοὺς ἐσφάζατε, [82] καὶ τὰς θυγατέρας ὑμῶν ἀνειλετε, καὶ ταῦτα σημειῶν ἀπολαύοντες· νῦν δὲ οὐ θάλατταν ὀρώντες σχιζομένην, οὐ πέτραν ῥήγνυμένην, οὐ προφήτας παραγινομένους, οὐ τῆς συνήθους ἀπολαύοντες προνοίας, ὅμως μείζονα ἐπιδεικνυσθε τὴν ἐπιεικείαν· τί δήποτε οὖν, ὅτε καὶ τὰ ἁμαρτήματα ἐλάττονα, καὶ ἡ σωφροσύνη πλείων, μείζων ἢ κόλασις καὶ ἡ τιμωρία; Οὐκ εὐδὴλον καὶ τοῖς σφόδρα ἀνοήτοις, ὅτι ἐπειδὴ μείζον τὸ νῦν ἁμαρτήματα; Ἔως μὲν γὰρ εἰς τοὺς δούλους ἡμαρτάνετε, ἐτυγχάνετε συγγνώμης, προφήτας ἀναιρούντες καὶ λιθάζετε· ἐπειδὴ δὲ εἰς τὸν Δεσπότην τὰς χεῖρας ἐξετέλεινατε, ἀνίαντον γέγονεν ὑμῖν τὸ ἔλλοχος λοιπόν. Διὸ τετρακόσια λοιπὸν ἔτη παρήλθον, ἀφ' οὗ καὶ αὐτὸ τῆς πόλεως τὸ ἔδαφος ἠφάνισται, ἡ ἱερυσούνη ἀνήρηται, ἡ βασιλεῖα λέλυται, τὰ τῶν φυλῶν συγκέχυται, πάντα τὰ σεμνὰ ἐκείνα καὶ λαμπρὰ ἠφάνισται. καὶ οὐδὲ ἴχνος παρ' ὑμῖν ὅπερ οὐδέποτε γέγονεν. Ἀλλ' ἐν ἀρχῇ μὲν, καὶ τοῦ ναοῦ καθηρημένου, οἱ προφῆται παρέμενον, καὶ Πνεύματος χορηγίαι, καὶ θαύματα· νυνὶ δὲ, ἵνα σαφῶς μάθητε ὅτι ὁ Θεὸς ὑμᾶς ἀπέστραπτται διηνεχῶς, καὶ ταῦτα ἀνήρηται· καὶ δουλεία, καὶ αἰχμαλωσία, καὶ πάντων ἐκπτώσις· κατέλαβε, καὶ τὸ πάντων χαλεπώτερον, Θεοῦ ἐγκατάλειψις.

δ'. Καὶ ταῦτόν πεποίηκεν ὁ Θεός, οἷον ἂν εἴ τις δούλον ἀγνώμονα πολλάκις μαστιχθέντα καὶ μὴ διορθωθέντα ἀποδύσας τῶν ἱματίων, γυμνὸν, ἔρημον, ἀλήτην ἀφῆ ἵπλανῆσθαι, προσαιτούντα καὶ ἐλαυνόμενον πανταχοῦ. Πρότερον δὲ οὐ τοιαῦτα τὰ ὑμέτερα, ἀλλὰ καὶ προφῆται παρ' ὑμῖν, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν Βαβυλῶνι, καὶ ἐν ἐρήμῳ· Μωϋσῆς ἐν Αἰγύπτῳ, ἐν Βαβυλῶνι Δανιὴλ καὶ Ἰεζεκιήλ, ἐν Αἰγύπτῳ πάλιν Ἰερεμίας· καὶ θαύματα ἐπὶ θαύμασι, καὶ λαμπρότερον τὸ ἔθνος ἐγένετο, τῶν παρ' ὑμῖν αἰχμαλώτων βασιλείων ὑψηλοτέρων γενομένων. Ἀλλὰ νῦν πάντα ἐκεῖνα οἴχεται, καὶ ἡ τιμωρία χαλεπώτερα τῶν προτέρων, οὐ μόνον τῷ μήκει τοῦ χρόνου, ἀλλὰ καὶ τῇ πολλῇ ἐγκαταλείψει. Τίνος οὖν ἕνεκεν, εἰπέ μοι, ὅτε μείζονα ἡμαρτάνετε, τσαούτης ἀπελαύετε προνοίας· ὅτε δὲ, ὡς φατε, καὶ ἐξηλώσατε ὑπὲρ τοῦ νόμου, χεῖρονα ἐπάθετε; Ἀπὸ γὰρ τούτου ἀδικίαν καταγινώσκετε τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἁμαρτάνοντας μὲν ἐτίμα, κατορθούντας δὲ ἠτίμασεν. Εἰ γὰρ πλάνον ἀνειλετε, ὡς φατε, καὶ κατωρθώσατε· ἢ, εἰ δίκαιος ὁ Θεός, ὡσπερ οὖν καὶ δίκαιος, τιμᾶν ὑμᾶς εἶδει, οὐχὶ κολάζειν· εἰ δὲ κολάζει, εὐδὴλον ὅτι τὰ νῦν ἁμαρτήματα ὑμῶν χαλεπώτερα. Εἰ δὲ οὐτε ἀσεβεῖτε νῦν, οὐτε τέκνα θύετε, ὡς πρὸ τούτου, ποῖον ἄλλο ἁμαρ-

τημά ἐστι δι' ὃ χαλεπώτερα ἐπάθετε; Ἡ εὐδὴλον, ὅτι τὸ τοῦ σταυροῦ τόλμημα ὁ κολοφῶν τῶν κακῶν; Τοῦτο καὶ εἰδωλολατρίας, [83] καὶ μοσχοποιίας, καὶ παιδοκτονίας· μάλλον ὑμᾶς ἀπώλεσεν. Οὐ γὰρ ἐστὶν ἴσον, υἱὸν σφάζει τὸν ἑαυτοῦ, καὶ Δεσπότην τὸν ἑαυτοῦ σταυρῶσαι. Διὰ τοῦτο, ὅτε μὲν τοὺς υἱοὺς ἐσφαττες, φιλανθρωπίας ἀπέλαυες· ὅτε δὲ τοῦ Θεοῦ τὸν Υἱὸν καὶ σὸν Δεσπότην, ἀσύγγνωστα λοιπὸν κολάζει.

Πόσα ἔτη ἀπὸ τῆς ἐξόδου τῆς κατ' Αἰγυπτὸν ἕως τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας; Οἶμαι χίλια πεντακάσια εἶναι καὶ πλείονα. Πῶς οὖν ἐν τούτοις ἅπασιν ἁμαρτάνοντας ὑμᾶς ἔφρασε, νῦν δὲ ὑμᾶς ἔβριψεν, ὅτε μάλιστα στεφανῶσαι εἶδει, κἂν πολλὰ ἡμαρτηκότες ἦτε; Τὸ γὰρ κατόρθωμα ὑμῶν πολὺ μέγιστον ἦν, εἰ, εὐ πλάνον ἐσφάζατε. Μετὰ δὲ τούτου καὶ σάββατα δοκεῖτε φυλάττειν νῦν, καὶ εἰδωλα οὐ προσκυνεῖτε, καὶ τὰ ἄλλα φιλονεικεῖτε διατηρεῖν. Ὅτε τοῖον καὶ ὁ βίος ὑμῶν βελτίων, καὶ τὸ κατόρθωμα, ὡς φατε, τσοσοῦτον, τότε τὰ ἔσχατα πάσχετε. Τί ταύτης τῆς μανίας γένοιτο ἂν χεῖρον; τί τῆς ἀνοίας, ὅτι ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν ἀπολογήσασθαι βουλόμενοι, εἰς τὸν Θεὸν βλασφημεῖτε; Εἰ γὰρ οὐ μείζον τὸ ἁμαρτήματα τὸ κατὰ Χριστοῦ πάντων ἐκείνων, ἀλλὰ καὶ δικαίωμα, ὡς φατε, καὶ κατόρθωμα, τί δήποτε κατορθούνας μὲν κολάζει, ἁμαρτανόντων δὲ ἐφείδετο; Τοῦτο γὰρ οὐχ ὁ Θεός, ἀλλ' οὐδὲ ἄνθρωπος ὅστις δήποτε νοῦν ἔχων ἀνάσχοιτο ἂν ποιῆσαι. Ἀλλὰ τί φασὶ πρὸς ταῦτα; Ἐβρίβημεν, ἵνα καὶ διδασκαλοὶ γενόμεθα τῆς οἰκουμένης. Λήρος ταῦτα, καὶ φλυαρίαι. Τοὺς γὰρ μέλλοντα; εἶναι διδασκάλους πρότερον αὐτοὺς κατωρθωθέναι δεῖ, καὶ τότε πέμπεσθαι εἰς τοῦτο· οἷοι ἦσαν οἱ πρῶφῆται, οἱ ἀπόστολοι. Ὅταν δὲ αὐτοὶ διεστραμμένοι ὦσι, καὶ πάσης γέμοντες κακίας, πῶς ἂν εἰς τὸ διδάσκειν ἐξηγήθησαν; Ἰδωμεν τοῖνον οἷος αὐτῶν καὶ ὁ πρὸ τούτου βίος. Εὐρήσομεν γὰρ θηρίων ὄντας χαλεπωτέρους. Καὶ γὰρ παραιοίαι, καὶ παιδοκτόνοι, καὶ εἰδωλολάτραι, καὶ πλεονέκται γεγόνασι· καὶ τούτων εἰσὶν αἱ προφητεῖαι πληρεῖς. Καὶ τὸ μὲν λάγνον ὑμῶν Ἰερεμίας δηλῶν, ἔλεγεν· *Ἴσποι θηλυμαεῖς ἐγεγῆθησαν· ἕκαστος ἐπὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον ἐχρεμέτιζε*. Τί ταύτης τῆς ἀκαθαρσίας χεῖρον; Οὐ γὰρ ὡς ἄνθρωποι συνεγίνοντο ταῖς ἀλλήλων γυναίξι· διὸ καὶ τὴν μανίαν αὐτῶν χρεμετισμὸν ἐκάλεσε. Καὶ οὐχὶ πορνεῖαν μόνον, ἀλλὰ καὶ μοιχείαν αὐτοῖς ἐγκαλεῖ, καὶ ταύτην ἀνέδην γινόμενῃν, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀλόγων. Ἔτερος δὲ προφήτης φησὶν· *Εἰσῆλθον πρὸς τὴν γυναῖκα ποιοῦντες παραπετάσματα, υἱὸς καὶ πατὴρ πρὸς τὴν αὐτὴν παιδίσκη*. Διὰ τοῦτο οὖν διδασκάλους, εἰπέ μοι, ἐπεμψεν ὑμᾶς, ἵνα μάθωμεν πορνείας, καὶ μοιχείας, καὶ ὅτι δεῖ τὴν αὐτὴν εὐνήν ἔχειν πατέρα καὶ υἱόν; Τί δὲ ὁ Ἰεζεκιήλ; Οὐδὲ κατὰ τὰ νόμιμα τῶν ἐθνῶν<sup>b</sup>

\* Sententiam in editis mancam sic ex uno codice restitimus.

<sup>b</sup> In Ezechiele legitur οὐδὲ κατὰ τὰ δικαίωμα τῶν ἐθνῶν.

ἐποιήσατε, φησί. Τοὺς οὖν ἔθνῶν χείρους, τοὺτους ἐπεμψε διδασκάλους; εἰπέ μοι. Τὰς δὲ μαιφονίας αὐτῶν τίς ἂν ἐνέγκοι; [84] Υἱοὺς γὰρ καὶ θυγατέρας κατέσφραξαν τοῖς δαιμονίοις, καὶ κατέκαιον αὐτούς. Δείκνυσι καὶ τοῦτο ὁ Δαυὶδ λέγων· *Καὶ ἐσφαζαν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν τοῖς δαιμονίοις.* Διὰ ταῦτα οὖν ἀπέστειλεν. ἵνα μάθῃ τοῦτο τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, ὅτι υἱοὺς δεῖ καταστᾶν, καὶ θυγατέρας; Οὐκ αἰσχύνεσθε, οὐδὲ ἐγκαλύπτεσθε τοιαῦτα; ληρωδίας συντιθέντες; Καὶ γὰρ ἔτερός φησιν· *Αἷματα ἐξ' αἵματι μίσγουσι· καὶ ὄρα, καὶ ψεύδος, καὶ κλοπή, καὶ φόνος, καὶ μοιχεία κέχυται ἐπὶ τῆς γῆς.* Ἄλλος δὲ, ὅτι *Ὅστις πῆρρης ἐγένετό σοι, ἀπηναισχύντησας \* πρὸς πάντα.* Ἔτερος πάλιν· *Οἱ ἄρχοντες ὑμῶν ὡς λύκοι τῆς Ἀραβίας.* Ἄλλος πάλιν· *Οὐκ ἔστιν ὁ συνῶν, οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὸν Θεόν. Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμῃ ἠγρειώθησαν.*

ε'. Ταῦτα οὖν ἐξήλθετε διδάσκοντες, ἀναισχύντιαν, ἀνομιαν, πορνείαν, μοιχείαν, φόνους, πᾶσαν κακίαν; ὁδόν; Οὐ πάυεσθε ἀναγκάζοντες ἡμᾶς τὰ κακὰ ὑμῶν ἐκπομπεῦν; Ὑμεῖς *Οἱ αἰρόμενοι ἐκ κοιτίας, καὶ παρουσμένοι ἕως γῆρας*· ὑμεῖς οἱ τυφλοὶ, καὶ εἰς βόθυνον ἀλλήλους ἐμβάλλοντες. *Τυφλοὶ γὰρ τυφλοὶν, φησὶν, ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφοτέροι εἰς βόθυνον ἐμπεσοῦνται.* Οἱ καθ' ἑκάστην προφητῶν ἀπολαύοντες, καὶ μηδέποτε βελτίους γινόμενοι, ἐτέρων ἐμέλλετε διδασκαλοὶ εἶναι; Οὐ πάυεσθε τοιαῦτα ληροῦντες, καὶ ἐπιγνώσεσθε ὑμῶν τὴν κακίαν; Τοῦτο γὰρ ὑμᾶς ἀπόλεσεν αἶ, τὸ μὴ βούλεσθαι εἰδέναι μηδὲ τὴν ἀμαρτημάτων ὑμῶν τὴν ὑπόθεσιν. Διὰ δὴ τοῦτο, ὅπερ ποιοῦσιν οἱ δικασταί, καλεῦοντες ἔπεσθαι τοῖς μαστιγοῦμένοις τοὺς ἐπιβουήτας καὶ λέγοντας τῶν μαστιγῶν τὰς αἰτίας, μὴ κλέπται, μὴ ἄρπαγε;· οὕτω δὴ καὶ ὁ Θεὸς πανταχοῦ πομπεύων ὑμᾶς, ἐκίλευσεν ὑμῖν ἔπεσθαι τοὺς προφήτας λέγοντας τὴν αἰτίαν τῆς τιμωρίας. Πανταχοῦ γὰρ τῆς οἰκουμένης ὑμῖν εἰσι συνδεδεμένοι. Ἐτι δὲ νῦν ἐπιβοῶντες ὑμῖν. Κἂν εἰσέλθῃς εἰς τὰς συναγωγὰς, ἀκούσῃ αὐτῶν ταῦτα τὰ ῥήματα συνεχῶς λεγόντων. Καὶ ὁ μὲν Δαυὶδ φησὶ, τὸ δικαστήριον ἐκεῖνο τὸ ληστρικὸν ὀπογράφων τοῦ Καϊάφα, ὅτι διὰ τοῦτο ἀπολώλατε. Εἰπὼν γὰρ, *Διαβρήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀποβρήξωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν, ἐπήγαγε· Τότε λαλήσει πρὸς αὐτούς ἐν ὄργῃ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταραξεί αὐτούς.* Ὁ δὲ Ἰσαΐας εἰπὼν, ὅτι *Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγῆν ἤχθη, ἐπήγαγε· Καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταπῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλοισίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ· καὶ πάλιν ἀλαχοῦ περὶ τοῦ ἀμπελώνος διαλεγόμενος· Ἐμεῖνα, ἵναι ποιήσῃ δικαιοσύνην, ἐποίησε δὲ ἄνομίαν, καὶ οὐ δικαιοσύνην, ἀλλὰ κραυγὴν. Ποίαν δὲ κραυγὴν; Σταύρωσον, σταύρωσον. Καὶ ἐπάγει· *Διὰ τοῦτο καθελὼ τὸν σραγμὸν αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς καταπάτημα· καὶ ἐντελοῦμαι ταῖς νεφέλαις, τοῦ μὴ βρέξαι εἰς αὐτὸν ὕετον.* Οὐ διὰ τοῦτο τοίνυν διεσπάρητε, ἀλλὰ διὰ τὰ τοιμηθέντα ἐν τῷ σταυρῷ· καὶ τοῦτο ἀπὸ τῶν προφητῶν δῆλον. Καὶ ἵνα μάθητε τοῦ Χριστοῦ τὴν*

δύναμιν, καὶ ἵνα διδαχθῆτε δι' ἑαυτῶν, ἅπερ οὐκ ἐπαυεῖσθε διὰ τῶν προφητῶν, ὅρα γοῦν καὶ τὰ πράγματα μαρτυροῦντα. Ὅπερ γὰρ ὁ νόμος ὑμᾶς ἐπαίδευσεν, τοῦτο ἐκ περιουσίας ἡ τοῦ Χριστοῦ δύναμις ἐποίησεν. [85] Ἔως μὲν γὰρ εἴχετε τὸν νόμον, καὶ ἐφρονεῦετε, καὶ ἐπαιδοκονεῖτε, καὶ ἐμοιχεύετε· ἐπειδὴ δὲ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος ἔλαμψε, καὶ τῶν ὑμετέρων πολλὰ ἠλαττώθη κακῶν, καὶ ἐπεικίστερον μετέλλθετε βίον, ζήλω τῷ πρὸς ἡμᾶς διορθωθέντες.

Διὰ τοῦτο ὑμᾶς διέσπειρεν, ἵνα εἰδῆτε ἠλίχην πολίτευαν ἐφύτευσεν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ τὸν ναὸν ἔλυσεν, ἀπάγων ὑμᾶς καὶ ἀκοντας τῆς κακίας. Καὶ ἐνθα ὁ ναὸς κατελύθη, ἐκεῖ καὶ ὁ Χριστὸς ἐτάφη, ἵνα διὰ τὸν ἐκείνου τάφον ἀπιόντες καὶ τὸ τρόποιον ἴδωσι τῆς αὐτοῦ δυνάμεως, καὶ τὸν λόγον ἐστῶτα τὸν λέγοντα· *Οὐ μὴ μένη λίθος ἐπὶ λίθον ὧδε.* Πανταχοῦ γὰρ αὐτοῦ τὰ τρόπαια, καὶ τὰ ὑπομνήματα τῆς δυνάμεως. Εἰ δὲ, ὡς φάτε, ἀσεβῆς ἦν καὶ ἀντίθεος, εἰ καὶ μυρία ἡμαρτήκατε, οὐδὲ οὕτω κολασθῆναι ἔδει· εἰ δὲ καὶ ἔδει, οὐ τότε· ἵνα μὴ τις νομίῃαι, ὅτι ὑπερ ἑκείνου τίνετε εἰχνην. Ἡ οὐκ ἠκούσατε τοῦ Θεοῦ λέγοντος, ὅταν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ ἦτε, ὅτι *Οὐ δι' ὑμᾶς ἐγὼ ποιῶ, ἀλλὰ δι' ἐμὲ, ἵνα μὴ τὸ ὄνομα μου βεθλωθῇ;* Καίτοι τότε ἐπετέτατο ὑμῶν ἡ κακία. Ἄλλ' ὅμως, φησὶν, ἵνα μὴ νομίσωσιν οἱ βάρβαροι ἀσθενῆ με εἶναι, παρήμι τα ἁμαρτήματα ὑμῶν, καὶ σώζω ὑμᾶς. Εἶτα τότε μὲν παρανομοῦντα; ἔσωσεν, ἵνα μὴ τὸ ὄνομα αὐτοῦ βεθλωθῇ· νυνὶ δὲ οὐκ ἂν τοῦτο ἐποίησεν; Εἰ γὰρ καὶ μυρία ἡμαρτήκατε, οὐδὲν τοιοῦτο ἔδει παθεῖν, εἴγε πλάνος ἦν ὁ Χριστὸς, ἵνα μὴ τις νομίῃαι δι' ἐκείνον ταῦτα πεπονηθῆναι, ἀλλὰ καὶ σωθῆναι ἐχρῆν· εἰ δὲ καὶ ἔδει, ὅπερ ἐφθην εἰπὼν, οὐ τότε. Νυνὶ δὲ ὁμοῦ ταῦτα γέγονεν. Ὅτε γὰρ ὁ σταυρὸς προσχώρησε, μετὰ μικρὸν ἐξῆλθον οἱ ἀπόστολοι, καὶ εὐθέως χαλεπὸς ἀνεβρίπισθη πόλεμος κατὰ τῆς πόλεως ἐκείνης· καὶ τὸ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, τὸ, *Ὅσαί ταῖς θηλαζούσαις καὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσαις, καὶ πάντα ἐκείνα ἐπὶ τῶν ἔργων ἐξῆι· καὶ τὸ, Τότε ἔσται θλίψις, ὅσα οὐδέποτε γέγονεν,* ἐπιληροῦτε. Καὶ γὰρ γυναῖκες τέκνα ἠσθιον, καὶ γαστέρας ἀνεβρίγγυσαν νεκρῶν οἱ πολέμιοι, καὶ πῦρ πανταχοῦ βραββαρικῶν διενέμετο, καὶ αἵματος πάντα ἦν μεστὰ, καὶ τραγωδίαί κιναι, καὶ ἡ οἰκουμένη πᾶσα τῶν Ἰουδαϊκῶν κακῶν ἐμπέπληστο. Ταῦτ' οὖν ἐνοουόντες, ἐπίγνωτε τὸν ὑμέτερον Δεσπότην. Οὐχὶ προφήτας ἐσφάζατε; μὴ ἐπάθετε τι τοιοῦτον; Οὐ θυσιαστήρια κατεσκάφατε; μὴ συνέδη τις ὑμῖν τοιαύτη συμφορὰ; Οὐχὶ μόσχον προσεκυνήσατε, καὶ τῷ Βεελφεγῶρ ἐτελέσθητε, καὶ τὴν φύσιν ἠγνοήσατε; μὴ ἐλάβετε πείραν τοιοῦτων πολεμίων; Οὐκ ἐν μέσαις ταῖς εὐεργεσίαις ἀγνωμονοῦντες ἐσώζεσθε; Πόθεν οὖν ὑμῖν τὰ κακὰ ἀπέραντα; Ἄρ' οὐχὶ πρόδηλον, ὅτι ἐπειδὴ τὸ ἁμάρτημα εἰς τὸν Δεσπότην ἐτολήθη, οὐκ εἰς τοὺς δούλους; Ὅθεν ὑμῖν οὐδὲ λύσις ἐστὶ τῶν κατεχόντων ὑμᾶς κακῶν, οὐδὲ ἔσται. Εἰ γὰρ ἦν, προείπον ἂν οἱ προφῆται. Νυνὶ δὲ τὴν αἰχμαλωσίαν εἶπον, τὴν δὲ ἐπάνοδον οὐδαμοῦ, καίτοι συνεχῶς ταῖς κολάσει τὰ χρηστὰ ἀναμιγνύν-

\* In Jeremia ἀπηναισχύντησας. Μοχ ὡς λύκοι τῆς Ἀραβίας es: in Sophon. 3, 3.

*riatis* (*Ezech.* 5. 7), inquit. Eos ergo qui erant deteriores gentibus, dic mihi, doctores misit? Factas autem ab eis cædes quis ferre possit? Filios enim et filias mactarunt dæmoniis, et eos combusserunt. Hoc autem David quoque ostendit, dicens: *Et mactarunt filios suos et filias suas dæmoniis* (*Psal.* 105. 37). Propterea ergo misit, ut hoc disceret natura hominum, quod oporteat filios et filias mactare dæmoniis? Non erubescitis, nec pudore suffusi vos tegitis, cum hujusmodi nugæ comminiscimini? Alius enim dicit: *Sanguinem miscent sanguini: et execratio, et mendacium, et furtum, et adulterium fustum est super terram* (*Osee.* 4. 2) (a). Alius autem: *Facta est tibi facies meretricis, erga omnes fuisit impudens* (*Jer.* 3. 3). Alius rursus: *Principes vestri tanquam lupi Arabiæ* (b) (*Ezech.* 22. 27). Alius rursus: *Non est intelligens, non est requirens Deum* (*Soph.* 3. 3). *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt* (*Psal.* 13. 2. 3).

5. Egressi ergo estis ut hæc doceretur, impudentiam, amentiam, fornicationes, adulteria, cædes, omnem viam improbitatis? Non cessatis nos cogere ut vestra mala traducamus? Vos estis *Qui portamini ex utero, et docemini usque ad senectutem* (*Isai.* 46. 3); vos estis cæci, qui vos invicem in foveam præcipitatis. *Cæcus enim, inquit, si cæcum ducat, ambo in foveam cadent* (*Matth.* 15. 14; *Luc.* 6. 39). Qui prophetas semper habuistis, et numquam facti estis meliores, futuri estis aliorum doctores? Non cessatis hæc nugari, nec vestram agnoscitis culpam? Hoc enim semper vos perdidit, quod vestrorum malorum nolitis fundamentum cognoscere. Propterea, quod faciunt iudices, qui jubent post eos, qui flagris cæduntur, sequi alios qui clamant et dicant, cur cædantur, num fures, num raptores sint: ita etiam Deus vos quoquoque traducens, jussit sequi prophetas, qui causam dicerent supplicii. Ubique enim terrarum una vobiscum vincti sunt, qui etiam nunc adhuc vobis inclamant. Et si in synagogas ingrediaris, audies assidue eos hæc verba dicere. Et David quidem describens illud, quod latrocinii instar habebat Caphæ iudicium, dicit vos propterea periisse. Cum enim dixisset, *Dirumpamus vincula eorum, et abiciamus a nobis jugum ipsorum* (*Psal.* 2. 3), subjunxit: *Tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos* (*Ibid.* v. 5). *Isaias autem cum dixisset, eum sicut ovem ductum esse ad occisionem, subjunxit: Et dabo improbos pro sepultura ejus, et divites pro morte ejus* (*Isai.* 53. 9); et rursus alibi de vinea loquens: *Expectavi, ut faceret justitiam: fecit autem iniquitatem, et non justitiam, sed clamorem* (*Id.* 5. 7). Quemnam autem clamorem? *Crucifige, crucifige* (*Luc.* 23. 21). Et subjungit: *Propterea diruam sepem ejus, et erit in conculcationem: et mandabo nubibus, ut non pluant super ipsum pluviam* (*Isai.* 5. 5. 6). Non ideo ergo dispersi estis, sed propter ea quæ in cruce ausi

estis; idque manifestum est ex prophetis. Et ut scias Christi virtutem, atque ut ex vobis ipsis discatis, que non didicistis a prophetis, vide res quoque ipsas id testantes. Quod enim vos lex non docuit, hoc ex redundanti fecit Christi potentia. Quamdiu enim legem habuistis, occidebatis, filios mactabatis, et adulterabatis: postquam autem illuxit sol justitiæ, de vestris malis multum decessit, et moderatius vitam insutivistis, correcti per vestram in nos æmulationem.

*Judæi cur dispersi.* — Propterea vos dispersit, ut sciretis quantam in terris plantarit rompublicam; et templum solvit, vos vel invitos a vitio abducens. Et ubi templum fuit solutum, illie etiam Christus sepultus est, ut propter illius sepulcrum recedentes, viderent etiam tropæum illius potentiæ, et verbum stare quod dicit: *Non manebit hic lapis super lapidem* (*Matth.* 24). Ubique enim sunt ejus tropæa et monumenta potentiæ. Sin autem erat, ut dicitis, impius, et Dei adversarius, etsi innumerabilia peccata fecisset, non sic quidem puniri oportebat: etsi oportebat, at non tunc: ne quis existimaret vos pro illo pœnas luere. Annon audistis Deum dicentem, quando eratis in captivitate: *Non propter vos scio, sed propter me, ne meum nomen profanetur* (*Ezech.* 36. 22)? Atqui tunc erat major vestra improbitas. Sed tamen, inquit, ne existiment barbari me esse imbecillum, dimitto vestra peccata, et conservo vos. Itane tunc quidem vos, ini- que vos gerentes, servavit, ne ejus nomen profanaretur: nunc autem hoc non fecisset? Etsi enim vel innumera peccata admisissetis, vos nihil oportuit pati ejusmodi, si fuisset impostor Christus, ne quis existimaret vos illa propter ipsum esse passos, sed etiam conservatos vos esse oportuit; et si, ut jam dixi, vos pati oportuit, at non tunc. Nunc autem hæc simul facta sunt. Quando enim crux processit, paulo post exierunt apostoli, et difficile bellum adversus illam civitatem suscitatum est: et quod est in Evangeliiis: *Væ lactantibus et prægnantibus* (*Matth.* 24. 19), omniaque illa exitum sortita sunt: et illud, *Tunc erit tribulatio, qualis numquam ante fuit* (*Luc.* 21. 23), impletum est. Nam et mulieres filios comederunt, hostes perfrugerunt ventres mortuorum, et ignis barbaricus est omnia depopulatus, omniaque erant plena sanguine, et novæ iragodiæ, et universus orbis terrarum refertus erat malis Judaicis (*Joseph. de Bell. Jud.*). Hæc ergo apud vos cogitantes, vestrum Dominum agnoscite. Annon prophetas occidistis? num tale quid passi estis? Nonne altaria diruistis? numquid talis vobis contigit calamitas? Nonne vitulum adorastis (*Exod.* 32), et Beelphegor estis initiati (*Num.* 25. 3), naturamque ignorastis? numquid tales hostes experti estis? Annon vel in mediis beneficiis immemores et ingrati servati estis? Unde ergo innumera in vos mala profecta sunt? Nonne clarum est ex eo, quod in Dominum ausi estis peccare, non in servos? Unde nec est vobis a malis, quæ vos invasere, liberatio, nec erit. Si enim esset, eam praxidissent prophetæ. Nunc autem dixerunt quidem captivitatem, sed non reditum: licet bona supplicii assidue admisceant, et tempora

(a) Hæc item inverse modo referuntur. Vide hunc Osee locum.

(b) Hæc verba, *tanquam lupi Arabiæ*, sunt in Sophon. 3. 5, ita ut prima pars sit Ezechielis, secunda Sophonice.

definiant. Etenim Jeremias definivit septuaginta annos (*Jer.* 29. 10), et Daniel similiter tres annos (a) et dimidium (*Dan.* 9. 23. *sqq.*); quin etiam prœdictum est eos quadringentis et triginta annis in Ægypto servituros (*Gen.* 15. 13). Hujus autem captivitatis nusquam situm est tempus, nec finis, sed relicta est vestra domus deserta, et quotidie res vestræ in deterius procedunt (*Matth.* 23. 38).

6. Hæc omnia attente apud vos considerantes, et quæ breviter dicta sunt fusius tractantes (*Da enim sapienti occasionem, et erit sapientior* [*Prov.* 9. 9]), illorum impudentiam ingratumque animum poteritis refellere. 4. *Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum.* Alius, *Videbo enim cælos. Lunam et stellas, quæ tu fundasti.* Alius, *Parasti.* Alius, *Stabiliisti* (b). Cum dixisset, *Destruxisti inimicos, splendida hujus victoria affert probationem.* Tu enim, inquit, qui crucifixus es, qui de medio sublatus es, apparuisti orbis terrarum Creator et Opifex. Propterea dicit: *Videbo cælos tuos*: significans multos non antea cognovisse, postea quidem certe omnes scient. Et cur non universas orbis terræ partes persequutus est? Quod eorum quæ videbantur opportunitiora persequutus, de aliis docere minime opus habuerit. Adeo ergo destructi sunt inimici, ut qui ab eis expellebatur, et ab eis de medio sublatus est, omnium quæ videbantur apparuerit Opifex. Et quare non dicit, *Manuum tuarum*, sed, *Digitorum tuorum*? Minimæ operationis opus ostendens ea quæ videntur, et admirabile opificium, quod suspensæ stellæ non cadant: etsi natura fundamentorum exigat, ut inferne, non superne janciantur: sed optimus Artifex, qui facit admirabilia, in his quæ apparent plura fecit supra naturæ consequentiam. Et quare nihil dicit de potestatibus incorporeis, ut inde quoque ostendat ejus creationem? Quod nimirum hoc interim ei in proposito fuerit, ut ipsi discerent de iis quæ apparebant. Et propterea ejus quoque Pater cum susque deque cum Judæis loqueretur, non dicit: *Ego feci angelos et Cherubim*; sed, *Ego cælum extendi: manus mea terram fundavit, dextra mea firmavit* (*Isai.* 48. 13): et omnem semper orationem consumit in iis quæ apparent, omnia agens ad salutem auditorum. Cum enim essent crassiores, magis ducebantur ab iis quæ videntur, quam ab iis quæ sub visum non cadunt. Propterea Paulus quoque semper ingrediens et concionans, ducit exordium a creatura quæ videtur dicens: *Deus qui fecit cælum et terram et mare, et omnia quæ in eis sunt* (*Act.* 17. 24); et a pluvis annuis atque a genere hominum semper ducit exordium orationis. Si enim dixero eum fecisse Cherubim, duo erunt mihi probanda, quod sint Cherubim, et quod ea ipse fecerit: in iis autem quæ videntur cogor solum ostendere eum illa fecisse. Quocirca est etiam oratio faciliior;

(a) Sic unus (ὁ δὲ Δαυὶδ τρία ἔτη); alii omnes et Savil., tres hebdomadas (τρεῖς ἑβδομάδας). Neutrum sequutus est Gentianus Hervetus, sed posuit, septuaginta hebdomadas et dimidium. Omnia, ut diximus, exemplaria Chrysostomi Græca habent τρεῖς ἔβδομ., uno excepto, in quo legitur, tres annos: utrum vero sit error Chrysostomi au librarii, quaeritur.

(b) Vox, *parasti*, est juxta interpretationem Symmachi; vox, *stabilisti*, juxta interpretationem Theodotionis.

habet quippe visum, testem eorum quæ dicuntur. Videt enim auditor magnitudinem, pulchritudinem, usum et positionem, constantemque ac numerosum cursum. In hoc itaque uno est mihi studium ponendum, ut ostendam id Deum fecisse. Et quare non meminit solis, sed lunæ, et stellarum? Hoc cum dixit, illud quoque significavit. Quoniam enim nonnulli a Dei opificio noctem separant, per lunam eam ostendit, dicens eum etiam hujus esse Opificem. Non est autem parva stellarum varietas, et lunarium cursum demonstratio. 5. *Quid est homo quod memor es ejus, aut filius hominis quod visitus eum?* Alius, *Quid est unusquisque homo, quod ejus recordaris?* Alius pro, *Visitus eum*, dicit, *Visitabis.* Postquam dixit de opificio, et universum ex parte significavit, inserit deinceps sermonem de providentia hominum. Nam illa etiam, quæ dicta sunt, sunt propter genus nostrum, quietiam ea, quæ ad providentiam ejus pertinent: universa enim creatura propter hominem. Verum aliud quoque genus pertractat providentiæ, et non temere de his dicere aggreditur, sed valde prudenter et probe, pro toto orbe terrarum agens gratias, universum memorans beneficium, et ostendens magnitudinem ejus dispensationis in hominem. Si enim nihil erat antea, multo magis quando Christus accessit post tot et tanta peccata. Et ostendit Christi adventum non a venia alienum fuisse, imo a summa profectum esse clementia. Nam tamquam optimus aliquis medicus, sanis relictis, venit ad nos, qui morbo laborabamus, qui nihil erauus. Hoc ergo ostendens, dicebat: *Quid est homo?* pro eo quod est, Nihil est, est quid vile. Ad tantam enim respiciens Dei curam et providentiam, et ad ea quæ fecit pro salute hominum, valde stupet et admiratur, cur eum tanta sit providentia dignatus. Cogita enim, propter ipsum esse omnia quæ videntur. Propter ipsum, quæ ab Adam usque ad ejus adventum dispensata et administrata sunt; propter ipsum, paradisi et præcepta, pænæ et miracula, suppliciaque et beneficia post legem; propter ipsum Dei Filius homo factus est. Nam quid attinet dicere futura? Hæc ergo omnia reputans, dicit: *Quid tam magnum est homo, quod tot et tantis bonis dignus fuerit habitus?*

7. Si quis enim consideraverit quot et quanta propter ipsum facta sunt et fiant, et quanta sit postea percepturus, multo horrore implebitur, et tunc clare videbit quantæ curæ Deo sit hoc animal. 6. *Minuisti eum paulo minus ab angelis.* Alius, *Paulo minus a Deo.* Alius, *Paululum quiddam a Deo.* Hebræus autem, *Outhasreom mat me eloim.* Hic meminit condemnationis, et veteris peccati, mortem in medium adlucens. At eam quoque solvit, cum venisset Unigenitus. *Gloria et honore coronasti eum.* Alius, *Gloria et dignitate coronabis ipsum.* Licet quidem hæc et historice, licet et anagogice accipere. Dicit enim et ejus imperium, quod ei cum factus est, traditum est; dicit etiam quæ bona consequutus sit post adventum Christi. In principio enim audivit *Tremor et metus vestri erit super omnes bestias terræ* (*Gen.* 9. 2); et, *Imprent piscibus maris* (*Gen.* 1.



τες, και χρόνους ὀρίζοντες. [86] Καὶ γὰρ ὁ Ἰερεμίας ἑβδομήκοντα ἔτη ὤρισε, καὶ ὁ Δανιὴλ ὁμοίως τρεῖς ἑβδομάδας καὶ ἡμῖς· καὶ ἐν Αἰγύπτῳ τετρακόσια τριάκοντα ἔτη ἐβόηθη ὅτι δουλεύουσι. Περὶ δὲ τῆς αἰχμαλωσίας ταύτης οὐδαμοῦ κεῖται χρόνος, οὐδὲ πέρας, ἀλλ' ἀφείται ὁ οἶκος ὑμῶν ἁ ἔρημος, καὶ καθ' ἐκάστην ἡμέραν ἐπὶ τὸ χεῖρον τὰ ὑμέτερα πρόβεισι.

ς'. Ταῦτα πάντα μετὰ ἀκριβείας ἀναλογιζόμενοι παρ' ἑαυτοῖς, καὶ τὸν λόγον ἐκ τούτων πλατύνοντες (Δίδου γὰρ σοφῶ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται), τὴν ἀναισχυντίαν αὐτῶν καὶ τὴν ἀγνωμοσύνην ἐλέγχειν δυνήσεσθε. Ὅτι δύομαι τοὺς οὐρανοὺς ἔργα τῶν δακτύλων σου. Ἄλλος, Ὅρῶ γὰρ τοὺς οὐρανοὺς, Σελήνην καὶ ἀστέρας ἃ σὺ ἐθεμελίωσας. Ἄλλος, Ἡτοίμασας. Ἄλλος, Ἡδρασας ὁ. Εἰπὼν, ὅτι Κατέλυσας τοὺς ἔχθρους, καὶ τὴν ἀποδείξειν παρέχει τῆς λαμπρᾶς ταύτης νίκης. Σὺ γὰρ, φησὶν, ὁ σταυρωθεὶς, ὁ ἀναιρεθεὶς, ἀνεφάνης τῆς οἰκουμένης δημιουργός. Διὰ τοῦτο φησὶ· Ὅψομαι τοὺς οὐρανοὺς· δηλόν, ὅτι ἔμπροσθεν οὐ πολλοὶ τοῦτο ᾔδεισαν, ὑστερον μὲν τὸ πάντες εἰσταντο. Καὶ τίνας ἔνεκεν οὐκ ἐπήλθεν ἅπαντα τῆς οἰκουμένης τὰ μέρη; Ὅτι τὰ καιριώτερα τῶν ὀρωμένων ἐπελθῶν, οὐδὲν ἔδει ὁ τῆς περὶ τῶν ἄλλων διδασκαλίας. Εἰς τοσοῦτον τοῖνον καταλύθησαν οἱ ἔχθροί, ὡς τὸν παρ' αὐτῶν ἐλαυνόμενον καὶ ἀναιρεθέντα ἀναφανῆσαι τῶν ὀρωμένων ἀπάντων δημιουργόν. Καὶ τίνας ἔνεκεν οὐκ εἶπε, Τῶν χερσῶν σου, ἀλλὰ, Τῶν δακτύλων σου; Τῆς ἐλαχίστης ἐνεργείας ἔργον δεικνύς τὰ ὀρώμενα, καὶ τὸ παράδοξον τῆς δημιουργίας, ὅτι κρμασθέντες οὐκ ἐκπίπτουσιν οἱ ἀστέρες· καίτοι γε οὐκ αὐτῆ τῶν θεμελίων ἢ φύσεως, ἄνω κρμασθῆναι, ἀλλὰ κάτω κείσθαι πέφυκεν· ἀλλ' ὁ ἀριστοτέχνης δημιουργός καὶ παράδοξα ποιῶν, ἐν τοῖς φαινομένοις τὰ πλεῖον ὑπὲρ φύσεως ἀκολουθίαν ἐποίησε. Καὶ διὰ τί μηδὲν περὶ ἀσωμάτων δυνάμεων διαλέγεται, καὶ ἐκεῖθεν δεικνυσὶν αὐτοῦ τὴν δημιουργίαν; Ὅτι τέως τὸ σπουδαζόμενον τοῦτο ἦν, περὶ τῶν φαινομένων αὐτοῦς μαθεῖν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Πατὴρ αὐτοῦ ἄνω καὶ κάτω Ἰουδαίοις διαλεγόμενος, οὐ λέγει· Ἐγὼ τοὺς ἀγγέλους ἐποίησα, καὶ τὰ Χερουβὶμ· ἀλλ', Ἐγὼ τὸν οὐρανὸν ἐξέτεινα· ἢ χεῖρ μου ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, ἢ δεξιὰ μου ἔστερέωσε· καὶ πάντα αἶτι τὸν λόγον ἐν τοῖς φαινομένοις ἀναλίσκεν, πρὸς τὴν σωτηρίαν τῶν ἀκούοντων ἅπαντα πραγματεύομενος. Παχύτεροι γὰρ ὄντες, ἀπὸ τῶν φαινομένων μᾶλλον ἐνήγοντο, ἢ ἀπὸ τῶν ὀρατῶν. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος εἰσιὼν αἶτι καὶ δημηγορῶν, ἀπὸ τῆς φαινομένης κτίσεως προοιμιάζεται λέγων· Ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν Θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· καὶ ἀπὸ τῶν δμῆρων τῶν ἐτησίων, καὶ ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ τῶν ἀνθρώπων αἶτι ποιεῖται τὸν λόγον. Ἄν γὰρ εἶπω ὅτι τὰ Χερουβὶμ ἐποίησε, διπλῆς μοι χρεῖα κατασκευῆς, ὅτι τε ἔστι Χερουβὶμ, καὶ ὅτι ἐποίησεν· ἐπὶ δὲ τῶν ὀρωμένων μόνον ἔτι ἐποίησεν ἀναγκάζομαι ἀποδείξει. [87] Διὰ καὶ εὐκολώτερος ὁ λόγος· τὴν γὰρ ὄψιν ἔχει μαρτυρίαν τῶν λεγομένων. Καὶ γὰρ τὸ μέγεθος, καὶ τὸ κάλλος, τὴν χρῆσιν, καὶ τὴν θέσιν, καὶ τὴν εὐρυθμίαν ὄρα ὁ ἀκροατής. Ὅστε ἐν μοι τὸ σπουδαζόμενον, δείξει ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸ εἰργάσατο. Καὶ τίνας ἔνεκεν οὐχὶ τοῦ ἡλίου ἐμνήσθη, ἀλλὰ τῆς σελήνης καὶ τῶν ἀστέρων; Μάλιστα μὲν οὖν τοῦτο εἰπὼν,

<sup>a</sup> Unus ἀφείται ὑμῶν ὁ οἶκος.

<sup>b</sup> In edit. Savil. ad ἠτοιμασας notatur C. (Σ), quae est Symmachii nota; et ad ἠδρασας Θ., quae est Theodotionis.

<sup>c</sup> Unus εἰδείτο.

κάκεινο ἠνείζατο. Ἐπειδὴ γὰρ τινες ἀποσχίζουσι τῆς δημιουργίας τοῦ Θεοῦ τὴν νύκτα, διὰ τῆς σελήνης αὐτὴν ἐνέφηνε, δεικνύς ὅτι καὶ ταύτης δημιουργός ἐστιν. Οὐ μικρὰ δὲ καὶ ἡ τῶν ἀστέρων ποικιλία, καὶ ἡ τῶν σεληναιῶν δρόμων ἀποδείξεις. *Τί ἐστὶν ἄνθρωπος, ὅτι μιμηθήσκη αὐτοῦ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπη αὐτόν;* Ἄλλος, *Τί ὁ κατ' ἄνδρα ὁ, ὅτι ἐπισημοῦεις αὐτοῦ;* Ἄλλος ἀντὶ τοῦ, *Ἐπισκέπη αὐτόν, Ἐπισκέψη αὐτόν*, φησὶν. Εἰπὼν περὶ τῆς δημιουργίας, καὶ ἐκ μέρους τὴν πᾶσαν αἰνιξάμενος. ἐμβάλλει ὁ λοιπὸν εἰς τὸν περὶ τῆς προνοίας τῶν ἀνθρώπων λόγον. Κάκεινα μὲν γὰρ τὰ εἰρημένα, διὰ τὸ γένος τὸ ἡμέτερον, ἀλλὰ καὶ τῆς κηδεμονίας, ἧς ἔχεται· ἢ γὰρ κτίσις ἅπαντα διὰ τὸν ἄνθρωπον. Πλὴν ἀλλὰ καὶ ἕτερον εἶδος ἀνακινεῖ προνοίας, καὶ οὐκ ἀπλῶς εἰς τοῦτον ἐμβάλλει τὸν λόγον, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς εὐγνωμοσύνης, ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης εὐχαριστῶν, καὶ τὴν καθόλου λέγων εὐεργεσίαν, καὶ τῆς οἰκονομίας τῆς εἰς αὐτὸν γενημένης τὸ μέγεθος περισταῶν. Εἰ γὰρ πρὸς τοῦτο οὐδὲν ἦν, πολλῶ μᾶλλον ὅτε ὁ Χριστὸς παρεγένετο, μετὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα ἀμαρτήματα. Καὶ δεικνυσὶν ὅτι οὐκ ἔξω φειδούς ἡ παρουσία τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ἐκ πολλῆς φιλανθρωπίας. Καὶ γὰρ καθάπερ τις ἀριστὸς ἰατρός, τοὺς ὑγιαίνοντας ἀφελῶ, ἤλεε πρὸς ἡμᾶς τοὺς κάμοντας. οὐδὲν ὄντας. Τοῦτο γοῦν περισταῶν, ἔλεγε· *Τί ἐστὶν ἄνθρωπος;* ἀντὶ τοῦ, Οὐδὲν ἐστὶν, εὐτελές τί ἐστι. Πρὸς γὰρ τὴν τοσαύτην πρόνοιαν ἀφορῶν, καὶ τὴν τοσαύτην τοῦ Θεοῦ κηδεμονίαν, καὶ τὰς πραγματείας, ἃς ἐπραγματεύσατο διὰ τὴν σωτηρίαν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, σφόδρα ἐκπλήττεται καὶ θαυμάζει, τί ὄηπος τοσαύτης ἤξωσεν αὐτὸν προνοίας. Ἐννόησον γὰρ, ὅτι δι' αὐτὸν τὰ ὀρώμενα πάντα. Δι' αὐτόν τε ἀπὸ Ἀδάμ ἕως τῆς παρουσίας αὐτοῦ οἰκονομηθέντα· δι' αὐτὸν παρὰθεῖτος, καὶ ἐντολαί, καὶ κολάσεις, καὶ θαύματα, καὶ τιμωρίαι, καὶ εὐεργεσίαι, μετὰ τὸν νόμον· δι' αὐτόν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος ἐγένετο. Τί ἄν τις εἴποι τὰ μέλλοντα, ὧν ἀπολαύειν μέλλει; Ταῦτα τοῖνον ἅπαντα ἀναλογιζόμενος λέγει· Τί τοσοῦτόν ἐστὶν ἄνθρωπος, ὅτι τοσοῦτον ἠξιώθη;

ς'. Ἄν γὰρ τις ἐνόησεν πῶσα δι' αὐτὸν γέγονε καὶ γίνεται, καὶ πῶσαν ἀπολαύσεται μετὰ ταῦτα, φρίκης ἐμπλησθήσεται πολλῆς, καὶ τότε ὄψεται καλῶς, πῶς τὴν Θεῶν τοῦ περισπούδαστον τὸ ζῶον. *Ἠλιόττωσας αὐτόν βραχὺ τι παρ' ἀγγέλους.* Ἐτερος, *Βραχὺ τι παρὰ Θεόν*. Ἄλλος, *Ὀλίγον παρὰ Θεόν*. Ὁ δὲ Ἑβραῖος, *Ὁθασηροῦ μὰτ μὴ ἐλωεῖμ*. Ἐνταῦθα τῆς καταδικῆς ἀνέμνησε, καὶ τῆς ἀμαρτίας τῆς παλαιᾶς, [88] τὸν θάνατον εἰς μέσον ἀγαγών. Ἄλλὰ καὶ τούτων ὁ Μονογενῆς ἔλθων ἔλυσε. *Δόξη καὶ τιμὴ ἔστεξανωσας αὐτόν.* Ἄλλος, *Δόξη καὶ ἀξιώματι στέψεις αὐτόν*. Ἔστι μὲν καὶ κατὰ ἱστορίαν, ἔστι δὲ καὶ κατὰ ἀναγωγὴν ταῦτα ἐλαβεῖν. Λέγει γὰρ αὐτοῦ καὶ τὴν ἀρχὴν, ἣν ἐνεχειρίσθη γενόμενος· λέγει καὶ τὰ μετὰ ταῦτα ἀγαθὰ, ὧν μετὰ τὴν παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ ἀπέλαυσε. Παρὰ μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν ἤκουσεν· Ὁ

<sup>d</sup> Unus τί ἐστι κατ' ἄνδρα. Hanc lectionem A. et E' notat Savilius, quasi sit Aquilae et quintae editionis; verum codex unus illam quintae editionis tantum esse notat. Et vero probabile non est, Aquilam, qui litteram cum tanto scrupulo sectabatur, ita paraphrastice vertisse.

<sup>e</sup> Unus ἐκβάλλει.

<sup>f</sup> Unus cod. παρὰ τοῦ Θεοῦ. Pro hisce duabus lectionibus edit. Savil. ponit A. Θ. Σ. Aquilam, Theodotionem et Symmachum, sed in mss. haec nomina multum variant ad hunc versum. Hebraica verba litteris Graecis scripta: Ὁθασηροῦ μὰτ μὴ ἐλωεῖμ. sic exprimitur Hebraicis litteris עֲלֵי־הַיָּמִין וְעַל־הַיָּמִין.

τρόπος ὁμῶν καὶ ὁ φόβος ὁμῶν ἐπὶ πάντα τὰ θη-  
ραία τῆς γῆς. Καί, Ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς  
θαλάσσης. Μετὰ δὲ ταῦτα· Πατεῖτε ἐπάνω ὄψεω  
καὶ σκοπίων. Ἄλλα ταῦτα ἀφεί, ἀπὸ τῶν ταπει-  
νοτέρων ὑφαίνει τὸν λόγον, ἐκεῖνα συνιδεῖν καταλιμ-  
πάνων τοῖς δέξτερον δυναμένοις ὄραν. Ἡ γὰρ δόξα ἢ  
μείζων καὶ ἢ τιμῆ, τὰ ἐπὶ τῆς Καινῆς Διαθήκης γε-  
νόμενα, ὅταν κεφαλὴν ἔχη τὸν Χριστὸν, ὅταν εἰς τὸ  
σῶμα αὐτοῦ τελῆ, ὅταν ἀδελφός καὶ συγχληρονόμος  
γένηται καὶ σύμμορφος τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅταν  
μείζονα Μωϋσέως λαμβάνῃ δόξαν, ὡσπερ ὁ Παῦλος  
ἐδήλωσε, δεικνύς ὅτι οὐ καθάπερ Μωϋσῆς ἐτίθει κά-  
λυμμα, ἀλλὰ πάντες ἀνακαλυμμένοι προσώπων τὴν  
δόξαν τοῦ Θεοῦ κατοπτρίζομεθα. Διὸ καὶ λέγει· Οὐ  
γὰρ δεδόξασται τὸ δεδοξασμένον ἐν τούτῳ τῷ μέ-  
ρει, ἐνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης. Ταύτην οὖν  
φησὶν ὁ Προφήτης τὴν δόξαν κατὰ ἀναγωγὴν. Τί γὰρ  
ταύτης ἴσον, ὅταν συγχροεῦμαι ἀγγέλοις, ὅταν εἰς  
υἱοθεσίαν ἀγώμεθα, ὅταν μηδὲ τοῦ Μονογενοῦς ὑπὲρ  
ἡμῶν φεῖδῃται; Ποίας ἀλουργίδος, ποίου διαδήματος  
ταῦτα οὐ λαμπρότερα, ὅταν θανάτου καταγελώμεν,  
ὅταν πρὸς τὴν τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων ἀπάθειαν  
μεθορμιζόμεθα, οἱ ἠτιμωμένοι πρὸ τούτου, καὶ ἄδο-  
ξοι, καὶ βδέλυκοι; Ὁ Ἀδὰμ οὐτε κακὸν τι, οὐτε ἀγα-  
θὸν ἐργασάμενος, ἐτιμῆθη εὐθέως γενόμενος. Πῶς  
γὰρ ἂν εἰργάσατο ὁ μὴ ὢν; Ἡμεῖς δὲ μυρία ἐργα-  
σάμενοι δεινὰ, πολλῶν πλείονος, ἀπελαύσαμεν τιμῆς.  
Οὐκέτι, φησὶ, λέγω ὑμᾶς δούλους· ὑμεῖς γὰρ φί-  
λοι μου ἐστέ. Οὐκέτι ἡμεῖς ἐπαισχύνονται ἄγγελοι,  
ἀλλὰ καὶ διακονοῦσι πρὸς τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν.  
Καὶ γὰρ πρὸς Φίλιππον ἦλθεν ἄγγελος, καὶ πρὸς ἐτέ-  
ρους πολλούς· καὶ εὐγγελλίζοντο ἀνθρώποις. Οὐκ ἐπὶ  
γῆς δὲ κληρονόμοι, ἀλλὰ κοινωνοὶ τῶν οὐρανίων ἀγα-  
θῶν ἐσμεν, καὶ μέτοχοι τοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς κοινω-  
νίαν καλούμεθα τοῦ Μονογενοῦς. Ταῦτα πάντα διὰ  
τῆς δόξης καὶ τῆς τιμῆς αἰνιττεται. Διὸ καὶ ἔλεγε,  
Δόξη καὶ τιμῆ στέψεις αὐτόν, τὸ μέλλον προανα-  
φώνων. Καὶ κατέστρεψας αὐτόν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χει-  
ρῶν σου. Ἄλλος, Ἐξουσιάζειν ἐπιτοίνας αὐτόν τῶν  
ἔργων τῶν χειρῶν σου. Πάντα ὑπέταξας ὑπο-  
κάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ. Πρόβατα καὶ βόας ἀπά-  
σας, ἐτι δὲ καὶ τὰ κτήνη τοῦ πεδίου. Ἄλλος, Τὰ  
ἄγρια<sup>a</sup>. Τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἰχθύας  
τῆς θαλάσσης, τὰ διαπορευόμενα τριβους θαλασ-  
σῶν. Κύριε ὁ Κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμάστειν τὸ θρο-  
νὸν σου ἐν πόσῃ τῇ γῇ. ὡσπερ περὶ δημιουργίας  
[89] διαλεγόμενος, οὐ τῶν ἄνω δυνάμεων ἄπτεται  
μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὰ αἰσθητὰ κατὰγει τὸν λόγον·  
οὕτω καὶ περὶ τιμῆς τῆς εἰς ἀνθρώπους γεγεννημένης  
διδάσκων, αἰνιζόμενος ἐκεῖνα τὰ ἀπόρρητα καὶ ἀσώ-  
ματα, ἅπερ ἀπηριθμῆσε, νῦν τοῖς αἰσθητοῖς ἐνδια-  
τρίβει πλέον, ἅπερ σαφέστερα ἐκεῖνων ἦν τοῖς πα-  
χυτέροις. Τίνα δὲ ταῦτα ἦν; Ἡ ἀρχὴ ἢ ἐπίγειος αὐ-  
τῷ δοθεῖσα.

Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, καὶ ὁ μάλιστα ἠνίκατο, ὅτι  
τιμηθέντα αὐτὸν πρὸ τῆς παραβάσεως, οὐδὲ μετὰ  
τὴν ἁμαρτίαν ἐξέβαλε τῆς τιμῆς. Ἠλάττωσας γὰρ  
φησὶν, αὐτόν βραχὺ τι παρ' ἀγγέλους, τουτέστι, θανα-  
τῶν κατεδίκασας ἁμαρτόντα· οὐ μὴν ἐπειδὴ θανάτῳ  
κατεδίκασας, ἐγύμνωσας αὐτόν τῆς δωρεᾶς. Διὰ τοι

τοῦτο, ἐκεῖνο εἰπὼν, τότε τοῦτο τίθησι, δεικνύς ἄφα-  
τον τοῦ Θεοῦ τὴν φιλοφροσύνην, ὅτι καὶ ἐλαττωθέντα  
αὐτὸν διὰ τὴν οἰκείαν παράβασιν ἀφήκεν ἐστεφανώ-  
σθαι τῇ τιμῇ τῆς δόξης, καὶ τῆς ἀρχῆς οὐ παρέλυσεν.  
Εἰ δὲ μικρὸν τι ὑφέει, καὶ τοῦτο τῆς κηδεμονίας  
αὐτοῦ. Πρὸ μὲν γὰρ τῆς παρακοῆς, καὶ θηρίων ἐκρά-  
τει· μετὰ δὲ τὴν παρακοὴν ὀλίγον δὴ τῆς ἐξουσίας  
ταύτης ὑπετέμετο. Κρατεῖ μὲν γὰρ αὐτῶν καὶ νῦν  
τέχναις τισί, μετὰ φόβου δὲ καὶ τρόμου. Οὕτε γὰρ  
πᾶσαν ἀφείλετο τὴν ἀρχὴν, οὔτε πᾶσαν εἴασεν, ἀλλ'  
ὅσα μὲν αὐτῷ πρὸς τροφήν καὶ ἐργασίαν ἦν ἐπιτή-  
δεια, εἴασεν ὑποκείσθαι· τὰ δὲ θηριωδέστερα οὐκέτι,  
ἵνα ὑπομιμνήσκηται ἐκ τῆς τούτων ἀγωνίας τῆς πα-  
λαιᾶς ἁμαρτίας τῆς τοῦ προπάτορος Ἀδὰμ. Ὅστε  
καὶ ἀπὸ τοῦ μὴ σφόδρα ἡμῖν ὑποτάττεσθαι μέγα  
κέρδος ἐγίνετο. Τί γὰρ ὄφελος ἐκ τοῦ λείοντα ἔχειν  
ὑποχείριον καὶ χειροῦλη; τί δὲ πλέον ἀπὸ τοῦ πάρ-  
δαλιν ἔχειν τιθαστόν; Οὐδὲν, ἀλλ' ἢ ἀλαζονεία μόνον  
καὶ ἀπόνοια. Διὰ δὲ τοῦτο ταῦτα μὲν εἴασεν ἐξω μέ-  
νειν τῆς ἀρχῆς, τὰ δὲ χρήσιμα ἡμῖν χειροῦλη πε-  
ποίηκε, βῶν ἀρούρητα, καὶ πρόβατον περιδάλλον τὴν  
τοῦ σώματος γύμνουσιν, καὶ κτήνη πρὸς τὴν τῶν  
ἀγωγίμων μετακομιδὴν ἐπιτήδεια, θρονίους καὶ ἰχθύας,  
ὥστε καὶ τράπεζαν ἡμῖν εἶναι σαφιλσεστέρων.

η'. Καθάπερ γὰρ τις υἱὸν ἀποκληρονόμον ποιῶν, οὐ  
πάντων ἐκβάλλει, ἀλλὰ μέρους τινός, ἵνα σωφρονίσῃ,  
οὕτω δὴ καὶ ὁ Θεός· μάλλον δὲ οὐχ οὕτω, ἀλλ' ἀπ-  
εναντίας. Ὁ μὲν γὰρ ἀνθρώπος ἀποκληρονόμον ποιῶν,  
τοῦ πλείονος ἐκβάλλει μέρους, τὸ δὲ ἔλαττον ἀφήσιν·  
ὁ δὲ Θεὸς τὸ πλέον ἀφεί, ὀλίγου τινός ἐξέβαλε, καὶ  
τοῦτο πρὸς ὠφέλειαν, ἵνα μὴ πάντων εὐκόλως περι-  
γίγηται τῶν ἄλλων. Ἄλλα καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ  
κηδεμονίας· τὴν γὰρ σοφίαν αὐτοῦ θήγων, καὶ τὸ  
φρόνημα καθαιρῶν, καὶ τὴν ἀκαιρον σχολὴν ἐκκόπτων  
(ἐπειδὴ πάντα μετ' εὐκολίας ἔχων ἐξετραχηλισθῆ),  
ἀνέμιξέ τινα καὶ δυσκολίαν τῇ χρήσει τοῦ βίου, καὶ  
οὕτε πάντα μετὰ καμάτου, οὕτε πάντα ἀνευ καμάτου  
καρποῦσθαι αὐτὸν εἴασεν· [90] ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς  
χρείαν<sup>b</sup> πόνου χωρὶς καὶ ἰδρώτων ἀφήκεν αὐτὸν  
ἔχειν, τὰ δὲ πρὸς τρυφήν μετὰ πόνου καὶ ἰδρώτος,  
βουλόμενος καὶ ταύτην ἡμῖν ὑποτέμενεσθαι τὴν πολλὴν  
ἀδειαν.

Εἰ δὲ λέγοι τις· Τί δὲ τῶν ἀγρίων ὄφελος ζῶων;  
ἐροῦμεν· Πρῶτον μὲν ψυχῆς ταπεινοφροσύνην ἐργά-  
ζεται, καὶ ἐναγώνιον ποιεῖ τὸν ἀνθρώπον, καὶ τὸν  
σφόδρα ἀλαζονεῖα τῆς οἰκείας ἀναμιμνήσκει φύσεως,  
ὅταν τὸ ἄλογον αὐτῷ φοβερόν ᾖ. Πολλὰ δὲ καὶ σώ-  
μασι κάμνουσιν ἐκ τούτων φάρμακα γίνονται. Ὁ δὲ  
ταῦτα ἐρωτῶν, τί δήποτε γέγονε τὰ ἄγρια θηρία.  
ἐρωτήσῃ καὶ τί ποτε φλέγμα καὶ χολὴ ἐν ἡμῖν; Καὶ  
γὰρ καὶ ταῦτα, ἂν παροξυνθῆ, θηρίου χαλεπώτερον  
ἐξεῖσι, καὶ τῷ σώματι παντὶ λυμαινεται. Καὶ θυμὸς  
δὲ ἡμῖν ἔγκειται, καὶ ἐπιθυμία πάλιν· καὶ ταῦτα  
θηρίων χαλεπώτερον λυμαινόμενα μὴ κατείργοντα·  
αὐτὰ καὶ χαλινούντα. Καὶ τί λέγω θυμὸν καὶ ὄργην,

<sup>a</sup> In Hexaplis nostris ἄλλος, Τὰ κτήνη τὰ ἄγρια. Illud  
itaque τὰ ἄγρια est adiectivum, quod cum non adverteret  
Gentianus Hervetus, *feras* vertit. Hanc porro lectionem  
Symmachi esse in margine notatur in editis.

<sup>b</sup> Unus πρὸς τροφήν· quæ certe lectio non spernen-  
da, quia quamdam exhibet ἀντίθεσιν inter τροφήν et τρυφήν.

peccatores inferunt? Cum his enim quæ dicta sunt, hæc etiam alia causa est, cur non fugiam. Quando enim Deus fert auxilium, et peccatores sunt ii, qui bellum gerunt, quomodo non longe est omnium stultissimus, qui jubet imitari avium timiditatem? Non consideras quomodo exercitus, qui contra me stat in acie, est vilior aranea? Si enim Imperatoris terreni inimicus, ubicumque fuerit, in periculo vivit, timet et contremiscit: multo magis Dei universorum. Quocumque enim venerit, omnes habet inimicos, atque adeo ipsam etiam creaturam. Quemadmodum enim amicos ejus et elementa et bestiarum metuunt, et omnis creatura reveretur (*Sap. 5. 18*): ita inimicum et hostem bello petunt et exsecrantur vel ipsa etiam insensibilia. Et ideo illos quidem priusquam vel terram tangerent, feræ confecerunt, hos vero ignis consumpsit. At habent arcus et pharetram, et eis parata sunt omnia: Pararunt enim, inquit, ea in pharetra: sed nullæ sunt eorum vires, nec eos propterea tinemus. Nam neque si viderem quempiam qui haberet arcum solum, timerem. Quid enim juvant arma, si non sit virtus? Nec hic ergo si non adsit Dei benevolentia. At dolos struunt, et non recta aggrediuntur. Propterea eos maxime rideo, quod sagittent in tenebris. Nihil enim imbecillius viro qui struit insidias. Non opus habet ut armis aliorum capiatur: sed cadit manu propria, et sua ipsius fraude evertitur. Quid ergo possit esse eo imbecillius, quando capitur a propriis machinationibus? Cum his autem possumus etiam aliud dicere: eos non solum bellum gerere adversus eos, quibus Deus fert auxilium, idque cum dolo, sed etiam adversus innocentes, et qui ipsos nulla affecerunt injuria. Hoc autem eos non parum reddit imbecillos. Quemadmodum enim qui adversus stimulos calcitrant, illos quidem non lædunt, sed suos pedes cruentant: ita hi etiam. Cum his autem alia quoque causa est, quæ belli eorum vires frangit. Quænam autem ea est? 4. *Quoniam quæ perfecisti, inquit, destruxerunt.* Quod autem dicit, est ejusmodi: Tecum bellum gerunt et præliantur, legem tuam et præcepta tua destruentes. Præcepta enim tua eaque perfecta conantur destruere. Vel hoc dicit, vel quod etiam sint legis transgressores. Jam vero hoc quoque est non parvum argumentum imbecillitatis, quod qui tua præcepta non custodierunt, in bellum proficiscuntur. Propterea enim et cum rectis bellum gerunt, et dolos struunt, quoniam tua præcepta non audiunt.

2. Postquam igitur narravit hostium imbecillitatem, eamque ostendit non ex iis ex quibus alii, sed ex iis quæ sibi conveniebant (non enim dixit, Pecunias non habent, non præsidia, nec socios, nec urbes, nec quod sint rei militaris imperiti, sed his omnibus prætermissis et repudiatis, ut quæ nihil essent, cum dixisset eos esse iniquos, et bellum gerere cum iis qui nullam fecerant injuriam, ac quæ Dei sunt destruere), narrat deinceps justorum aciem, ex eo ostendens quam sint hostes expugnati faciles. Ita nos etiam quis sit potens, et quis imbecillus, examinemus, sed non propter ea maxime timeamus, propter quæ

timent homines ridiculi. Quid enim dicunt? Est terribilis, improbus, ingenti pecunia et opibus pollens. Propterea cum maxime rideo. Hæc enim sunt genera imbecillitatis. At scit, inquit, tendere insidias. Rursus mihi aliud dicit genus imbecillitatis.

*Formula Christi agonis ineundi.* — Quid est ergo in causa quod multi, qui tales sunt, vincant? Quoniam tu recte pugnare nescis; quoniam tu quoque de eis decertas, ex quibus illi sunt imbecilliores, nempe de gloria et de potentia. Fuge causam certaminis, et alio modo feri eos qui te invadunt, arrogantem moderatione ac lenitate, avarum paupertate, incontinentem continentia, invidum humanitate: et ita eos facile vinces. Sed, sicut prius dixi, dum narrarem imbecillitatem hostium, vide quomodo justus quoque dicit armaturam. Subjungit enim: *Justus autem quid fecit?* Hoc dicit: Cum illi sic instruerent aciem, quæris undenam se justus armaverit? Audi: 5. *Dominus in templo sancto suo: Dominus in cælo sedes ejus.* Vides quam paucis ejus narravit auxilium. Quid fecerit rogas? Ad Dominum confugit qui est in cælis, qui est ubique præsens. Non arcum intendit, nec pharetram paravit sicut ille, nec aciem instruxit in occulto: sed his omnibus missis, spem in Deum contra omnes objecit, et eum illis opposuit<sup>1</sup>, qui nullo horum indiget, non loco, non tempore, non armis, non pecuniis, sed solo nutu omnia peragit. Vidisti inexpugnabile expeditumque et facile auxilium? *Oculi ejus in pauperem respiciunt, palpebræ ejus interrogant filios hominum.* 6. *Dominus interrogat justum et impium. Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.* Alius, *Palpebræ ejus probant.* Alius, *Dominus justus examinatur.* Alius, *Justum probat et impium, et eum qui amat injusta odit anima ejus.* Alius, *Qui amat injustitiam, odio habet animam suam.* Vidisti paratum adiutorem, promptum opitulatorem, ubique præsentem, omnia videntem, omnia respicientem: cujus hoc maxime munus est, etsi nullus eum rogat, providere, curam gerere, eos qui injuriam faciunt prohibere, iis quibus sit injuria succurrere, illorum recte facta remunerari, his pro peccatis supplicia infligere? Nihil ergo ignorat: oculi enim ejus orbem terræ respiciunt (2. *Paral. 16. 9*). Non solum autem hoc, sed etiam ea vult corrigere. Et ideo alius quoque ipsum significans dicebat, *Justus.* Si enim justus, non inducet in animum ut hæc temere fieri permittat. Aversatur malos, laudat justos. Deinde quod in priori Psalmo dicebat, ostendens satis esse vitium ad ipsos consumendos, hoc hic etiam significans subjunxit: *Qui autem amat injustitiam, odit animam suam.* Est enim animæ inimicum vitium, infestum, et perniciosum: quare vel ante supplicium dat pœnas improbus. Vidisti quomodo undique ostendit adversarios facile capi posse, cum et talem habeat adiutorem, et a propriis illi armis vincantur, per quæ muniuntur, per ea se consumentes, et seipsos læden-

<sup>1</sup> Hæc voces, et cum illis opposuit, desunt in Savil. et Colb.

tes? vidisti auxilii facilitatem? Neque enim aliquo cundum, nec currendum est, nec consumendæ pecuniæ, cum Deus sit ubique præsens, et omnia videat. 7. *Pisat super peccatores laqueos, ignis et sulphur, et spiritus procellarum, pars calicis eorum.* 8. *Quoniam justus Dominus, et justitias dilexit, æquitatem vidit vultus ejus.* Alius, *Pluet super iniquos carbones* (a). Alius, *Rectitudines videbit vultus eorum*, hoc est, justorum, vel etiam ipsius Dei. Postquam dixit supplicium quod ex vitio oritur, quoniam multi id contemnunt, ex plaga quæ superue infertur mentem deinceps improborum concutit, emphatica et rem exprimente oratione utens, et per nomina terribilia procedens. Ignem enim, et sulphur, et spiritum procellarum, et carbones, inquit, superne pluet, dictionum translatione pœnam inevitabilem, supplicii diversitatem, ferendi facilitatem, et consumendi vim volens ostendere.

3. Quid est, *Pars calicis eorum*? Hæc, inquit, est sors eorum, hæc possessio: in eo versabuntur, in eo consumentur. Deinde causam quoque asfert, quod qui omnia respicit non permittat ut hæc impune abeant. Quod alius etiam dicit propheta: *Purus oculus tuus, ne videat mala, et super labores respicere non poteris*: hoc quoque ostendit hic dicens: *Quoniam justus Dominus, et justitias dilexit* (Habac. 1. 13). Hoc Dei est eximium, quæ justa sunt admittere, æquitatem amplecti: nec quæ aliter fiunt, unquam sustinerit.

*Comparatio passeris cum divite.* — Propterea Psalmum incipiens, dicebat: *In Domino confido; quomodo dicitis animæ meæ: Transmigra in montes sicut passer?* Qui enim in rebus terrenis, et iis quæ ad hanc vitam pertinent, confidunt, nihilo melius afficiuntur quam passer qui fidens solitudini, facile capi potest ab omnibus. Talis est qui sperat in pecuniis. Quemadmodum passer et a pueris, et a visco capitur, a laqueis, et ab aliis innumerabilibus: ita etiam qui est dives, et suorum, et hostium petitur insidiis: et in majore quam ille versatur periculo, ut qui multos habeat, qui viscum adhibent, et ante illos, malas cupiditates; estque semper transmigrator, semper temporarij serviens, et lictorum iras pertimescens, et Imperatoris indignationem, et adulatorum insidias, et fraudes amicorum; et cum hostes irruerint, plus quam omnes contremiscit, et cum est pax, suspicatur insidiatores: neque enim habet divitias stabilem, et quæ auferri nequeunt. Ideo semper volat et transmigrat, montes et deserta persequens, versans in caligine, et in meridie crassas habens tenebras, dolosque struens. Sed non talis est justus. *Vivæ enim justorum resplendent instar lucis* (Prov. 4. 18). Neque enim insidias parare, neque injuriam facere constituunt, sed quietum habent animum. Illi autem dolos semper struentes, semper sunt in metu et in tenebris sicut latrones, murorum perfossores et adulteri: in-

(a) In Græco, *βου ήτι παραδρους άφρανας*. Cujus sit hæc interpretatio Græca ignoratur. Ille vero, quisquis fuerit, *כחם* verbit, *אפראנא*, carbones: nec fortasse male: nam ex radice *כחם* *inflammandi* verbum oritur in *היחיל* et *כחם* *temerem* significat. Vide Lexicæ nostrum in Hexapla.

terdiu vident tenebras, cum sit eorum anima timore conturbata. Quomodo ergo possunt hæc discuti tenebræ? Si te ab his omnibus sejunxeris, et a Dei spe pependerit, etsi sis millies peccator. *Respicite enim, inquit, ad antiquas generationes, et videte quis speravit in Dominum, et confusus est* (Eccli. 2. 41). Non dixit, Justus: sed, *Quis?* Etsi sit, inquit, peccator. Hoc enim admirabile, quod etiam peccatores ancoram hanc tenentes, sunt omnibus inexpugnabiles. Hoc est enim maxime in Deum affectionis, quando tot malis oppressus in ejus benignitate habuerit fiduciam. Sicut enim maledictus est qui sperat in homine, ita etiam beatus est qui sperat in Deo (Jer. 17. 5). Ab omnibus ergo te sejungens, hanc tene ancoram. Deus enim omnia intuetur, juste judicat, et non solum judicat, sed etiam ad opus deducit: et ideo postquam dixit de ejus justitia, ostendit etiam supplicium per ignem, per procellam: hoc autem facit illorum curam gerens, et per supplicium reddens modestiores. Omnibus ergo de causis ad eum accedamus, et perpetuo ad eum respiciamus. Ita enim etiam omnia bona consequemur in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

#### EXPOSITIO IN PSALMUM XI.

1. *In finem pro octava.* Alius, *Victoriæ auctori pro octava.* Hebræus autem, *Aseminitih*, inquit.

2. *Salvum me fac, Domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates a filiis hominum.* Alius, *Quoniam terminati sunt fideles a filiis hominum.*

1. Ardua quidem res est virtus, et per se difficilis; maxime autem, quando qui operatur cum magna honorum virorum paucitate versatur. Sicut enim iter agenti labor est, multo magis autem si solus sit viator, et sine viæ comite: ita hic etiam. Non parva enim res est fratrum societas et adhortatio. Et ideo dicit etiam Paulus, *Considerantes vos ipsos ad provocationem dilectionis et bonorum operum* (Hebr. 10. 24). Et ideo sunt vel maxime beati judicandi veteres, non quod recte et ex virtute se gesserint, sed quod tum, cum magna esset virtutis sterilitas, et nusquam apparerent qui se recte gererent. Hoc ergo significans quoque Scriptura dicebat: *Noë justus, perfectus in generatione sua* (Gen. 6. 9). Propterea admiramur Abraham, propterea Lot, propterea Moysen, quod veluti in profunda nocte stellæ apparerent, et tanquam rosæ inter spinas, et oves inter lupos innumerabiles, ut qui viam omnibus contrariam ingrederentur, cœptumque iter minime interrumperent. Si hoc ipsum enim est difficile in multitudine, et qui multis contrarium iter ingredientibus ipse solus contra tendit, magnis afficitur molestiis, et si in navigatione est difficile, cum fluctus et æstus contra feratur, navem in contrarium dirigere: multo magis in virtute. Propterea hic quoque justus, ut qui solus eam apprehendis-

<sup>1</sup> In Siracide seu Ecclesiastico legitur, *quis confidit in Domino?* (*τις άνπιστευτα Κυρίω;*)



τοὺς βλάπτοντες; εἶδες τῆς συμμαχίας τὴν εὐκολίαν; Οὐ γὰρ δεῖ βαδίσειν πού, καὶ δραμεῖν, οὐδὲ χρήματα ἀναλώσει, τοῦ Θεοῦ πανταχοῦ παρόντος, καὶ πάντα ὀρώντος. *Ἐπιθρέξει ἐπὶ ἀμαρτωλοῦς παγίδας, πῦρ, καὶ θεῖον, καὶ πνεῦμα καταγιγῶς, ἡ μερίς τοῦ ποτηρίου αὐτῶν.* Ὅτι δίκαιος Κύριος, καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησεν, εὐθύτητας εἶδε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Ἄλλος, Ἔσει ἐπὶ παρανόμους ἀνθρώπους. Ἄλλος, *Εὐθύτητας ὄψεται τὸ πρόσωπον αὐτῶν*, τούτέστι, τῶν δικαίων, ἢ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ. Εἰπὼν τὴν ἀπὸ τῆς κακίας δίκην, ἐπειδὴ ταύτης πολλοὶ καταφρονοῦσι, λοιπὸν κατασεῖει τὴν τῶν πονηρῶν διάνοιαν ἀπὸ τῆς ἀνωθεν φερομένης πληγῆς, ἐμφαντικῶς τῷ λόγῳ χρώμενος, καὶ διὰ φοβερῶν ὀνομάτων προῦν. Πῦρ γὰρ, καὶ θεῖον, καὶ πνεῦμα καταγιγῶς, καὶ ἀνθρώπων αὐτοῖς ἀνωθεν λέγει ὑεσθαι, τῇ μεταφορᾷ τῶν λέξεων τὸ ἀφικτοῦ τῆς τιμωρίας, τὸ θαυμάσιον τῆς κολάσεως, τὸ εὐκολον τῆς πληγῆς, τὸ δαπανητικὸν παραστῆσαι βουλόμενος.

· Τί ἐστίν, Ἡ μερίς τοῦ ποτηρίου αὐτῶν; Τοῦτο αὐτοῖς κλήρος, φησί, τοῦτο κτήμα, τοῦτ' ἐνδιατριψουσιν, ἐν τούτοις δαπανηθήσονται. Εἶτα καὶ ἡ αἰτία· ὅτι ὁ πάντα ἐφορῶν οὐκ ἀνέξεται ταῦτα ἀτιμωρητῆ παραδραμεῖν. Ὅπερ καὶ ἕτερος προφήτης φησί· *Κυθαρός ὁ ὀφθαλμός σου, τοῦ μὴ ὄραν πονηρὰ, καὶ ἐπιβλέπειν ἐπὶ πόνοους οὐ δυνήσῃ*· τοῦτο καὶ οὕτως παρίσται λέγων· Ὅτι δίκαιος Κύριος, καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησεν. Τοῦτο τοῦ Θεοῦ μάλιστα ἐξάρτεον, ἀποδέξασθαι τὰ δίκαια, τὴν ὀρθότητα· καὶ οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο εἰς τέλος τῶν ἐτέρω; γινόμενων.

Διὰ δὲ τοῦτο ἀρχόμενος τοῦ ψαλμοῦ ἔλεγεν· *Ἐπὶ τῷ Κυρίῳ πέποιθα· πῶς ἔρειτε τῇ ψυχῇ μου· Μεταναστεύου ἐπὶ τὰ ὄρη ὡς στρουθίον;* Οἱ μὲν γὰρ ἐν τοῖς βιωτικαῖς πεποιθότες, οὐδὲν ἄμεινον τοῦ στρουθίου διακείνται, ὃ τῇ ἐρημίᾳ θαρρῶν, εὐχείρωτον ἅπασι γίνεται. Τοιοῦτος ὁ ἐπὶ χρήμασι ἐλπίζων. Καθάπερ ὁ στρουθὸς καὶ ὑπὸ παιδιῶν ἀλίσκεται, καὶ ἰξοῦ, καὶ παγίδος, καὶ μυρρίοις ἐτέροις· οὕτω καὶ ὁ πλουτῆν, καὶ ὑπὸ οἰκείων, καὶ ὑπὸ πολεμίων· καὶ ἐκείνων [117] μᾶλλον ἐπισηφαλέστερον ζῆ, πολλοὺς ἔχων τοὺς ἰεζουοντας, καὶ πρὸ ἐκείνων<sup>b</sup>, πονηρὰς ἐπιθυμίας· καὶ μετανάστης ἐστίν, ἀεὶ μετὰ τῶν καιρῶν ἰστάμενος, καὶ δημίων ὑργὰς δεδοικῶς, καὶ βασιλέως θυμὸν, καὶ κολάκων ἐπιβουλάς, καὶ φίλων δόλους· καὶ πολεμίων ἐπιστάντων, μᾶλλον πάντων τρέμει, καὶ εἰρήνης οὐσης, ὑφορᾷται τοὺς ἐπιβούλους· οὐ γὰρ ἔχει πλοῦτον μόνον καὶ ἀναφαίρετον. Διὰ τοῦτο ἀεὶ πέτεται καὶ μετανίσταται, τὰς ἐρήμους διώκων καὶ τὰ ὄρη, ἐν σκοτομήνῃ διάγων, καὶ παχὺ σκότος ἐν μεσημβρίᾳ μέσῃ ἔχων, καὶ δόλους ῥάπτων. Ἄλλ' οὐχ ὁ δίκαιος τοιοῦτος. Αἱ γὰρ τῶν δικαίων ὁδοὶ ὁμοίως φωτὶ λάμπουσιν. Ὅτε γὰρ ἐπιβουλεύειν αἰροῦνται, οὔτε ἀδικεῖν, ἀλλ' ἀνειμένῃν ψυχὴν ἔχουσιν. Οὗτοι δὲ ἀεὶ δόλους ῥάπτοντες, ἀεὶ ἐν σκότῳ καὶ φόβῳ εἰσι, καθάπερ οἱ ληστὰς, καὶ οἱ τοιχωρῶχοι, καὶ οἱ μοιχοί· καὶ ἐν ἡμέρᾳ σκότος ὀρώσι, τῆς ψυχῆς αὐτῶν ὑπὸ δέους βαλλομένης. Πῶς οὖν ἂν διασχεδασθεῖ τὸ σκότος τοῦτο; Εἰ πάντων τούτων ἐαυτὸν ἀποστήσας, ἐκκρεμασθεῖς τῆς ἐλπίδος τοῦ Θεοῦ, κἂν μυριάκις

ἀμαρτωλὸς ᾗς. *Ἐμβλέψατε γὰρ, φησὶν, εἰς ἀρχαίας γενεάς, καὶ ἴδετε, τίς ἠλίπισεν ἐπὶ Κύριον, καὶ κατησχύνθη;* Οὐκ εἶπε, Δίκαιος, ἀλλὰ, Τίς; Κἂν ἀμαρτωλὸς, φησί. Τὸ γὰρ θαυμαστὸν τοῦτ' ἐστίν, ὅτι καὶ ἀμαρτωλὸι ταύτης ἐχόμενοι τῆς ἀγκύρας, πᾶσιν αἰσιν ἀχείρωτοι. Τοῦτο γὰρ μάλιστα διαθέσεως τῆς πρὸς τὸν Θεόν, ὅταν τοσοῦτοις κακοῖς βεδαρημένοις θαρρήσῃ αὐτοῦ τῇ φιλανθρωπίᾳ. Ὅσπερ γὰρ ἐπικατάρατος ὁ ἐλπίζων ἐπὶ ἀνθρώπων, οὕτω μακάριος ὁ ἐλπίζων ἐπὶ Θεόν. Πάντων τοίνυν ἀποστήσας αὐτὸν, ταύτης ἔχου τῆς ἀγκύρας. Καὶ γὰρ ἐφορᾷ πάντα ὁ Θεός, καὶ κρίνει τὰ δίκαια, καὶ οὐ κρίνει μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς ἔργον ἐξάγει. Διὰ τοῦτο εἰπὼν αὐτοῦ περὶ τῆς δικαιοσύνης, ἔδειξε καὶ τὴν τιμωρίαν, διὰ τοῦ πυρὸς, διὰ τῆς καταγιγῶς· καὶ τοῦτο δὲ ποιεῖ, κηρόμενος ἐκείνων, καὶ διὰ τῆς κολάσεως σωφρονεστέρουσι ποίων. Πάντων οὖν ἐνεκεν προσίωμεν αὐτῷ, καὶ διηνεκῶς μένωμεν πρὸς αὐτὸν ὀρώντες. Οὕτω γὰρ καὶ πάντων ἐπιτευξόμεθα τῶν ἀγαθῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

#### Εἰς τὸν ΙΑ΄ ΨΑΛΜΟΝ [118].

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῆς ὀρθότητος. Ἄλλος, *Τῷ νικοποίῳ ὑπὲρ τῆς ὀρθότητος*· Ὁ δὲ Ἑβραῖος, Ἄσεμιθ, φησί.

*Σώσον με, Κύριε, ὅτι ἐκλέλοιπεν ὄσιος, ὅτι ὠλιγόθησαν αἱ ἀλήθειαι ἀπὸ τῶν υἰῶν τῶν ἀνθρώπων.* Ἄλλος, Ὅτι ἐπεράνθησαν<sup>c</sup> πιστοὶ ἀπὸ υἰῶν ἀνθρώπων.

α'. Δύσκολον μὲν ἀρετῇ, καὶ δυσκατόρθωτον καὶ καθ' ἑαυτὸ, μάλιστα δὲ, ὅταν ἐν σπάνει τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁ ἐργαζόμενος ᾗ. Καθάπερ γὰρ φέρει μὲν ὄδοι πορταί πόνου, πολλῶν δὲ πλέον ὅταν μόνος ὁ ὁδοπορταίς ᾗ, καὶ μηδένα τὸν κοινωοῦντα τῆς ὁδοπορίας ἔχη· οὕτω δὲ καὶ ἐνταῦθα. Οὐδὲ γὰρ μικρὸν ἀδελφῶν κοινονία καὶ παράκλησις. Διὸ καὶ Παῦλος φησὶ· *Κατανοοῦντες ἑαυτοὺς εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης καὶ καλῶν ἔργων.* Διὰ δὲ τοῦτο μάλιστα τοὺς παλαιούς μακαρίζειν ἄξιον, οὐχ ὅτι κατώρθωσαν ἀρετὴν, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐχμοῦ πολλοῦ τῆς ἀρετῆς ὄντος, καὶ τῶν κατορθούτων οὐδαμῶ φαινομένων. Τοῦτο γοῦν καὶ ἡ Γραφή αἰνιττομένη ἔλεγε· *Νῶς δίκαιος, τέλειος ἐν τῇ γυνεᾷ αὐτοῦ.* Διὰ τοῦτο τὸν Ἀβραάμ θαυμάζομεν, διὰ τοῦτο τὸν Λώτ, διὰ τοῦτο τὸν Μωϋσέα, ὅτι καθάπερ ἐν βαθεῖᾳ νυκτὶ ἀστέρες ἐφαίνοντο, καὶ μεταξὺ τῶν ἀκανθῶν ῥόδα, καὶ ἐν μυρρίοις λύκοις πρόβατα, τὴν ἐναντίαν πᾶσιν ἰδεύοντες ὁδὸν, καὶ μὴ διασκοπόμενοι. Εἰ γὰρ ἐπὶ πλήθους αὐτὸ τοῦτο δυσκοιλαν φέρει, καὶ πολλῶν τὴν ἐναντίαν ποιουμένων, ὁ μόνος ἀπεναντίας τοῦ πλήθους βαδίζων παλλὰ ὑπομένει πράγματα, καὶ εἰ ἐν ναυτιλίᾳ δὲ χαλεπὸν, τοῦ ῥοθίου τὴν ἐναντίαν φερρέμενου, πρὸς τὴν ἐναντίαν τὸ πλοῖον ἰθύνει· πολλῶν μᾶλλον ἐπὶ τῆς ἀρετῆς. Διὰ δὲ τοῦτο καὶ ὁ δίκαιος οὕτος, ἅτε δὴ μόνος αὐτῆς ἐπιλημμένος, πάντων τὴν ἐναντίαν βαδίζόν-

<sup>a</sup> In hac lectione πρόσωπον αὐτῶν pro πρόσωπον αὐτοῦ positum videtur.

<sup>b</sup> Colb. καὶ ὑπὸ ἐκείνων.

των, ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν καταφεύγει, λέγων· *Σῶσόν με, Κύριε*. Οὐδὲν οὖν ἄλλο, ἢ τοῦτο ἐντεῦθεν δηλοῖ· Τῆς ἀνωθὲν μοι χρεῖα χειρὸς, τῆς ῥοπῆς τῆς ἐκ τῶν οὐρανῶν, τῆς συμμαχίας ἐκείνης. Τὴν γὰρ ἐναντίαν πᾶσιν ὀδεύων ὁδὸν, πολλῆς δέομαι τῆς προνοίας. Καὶ οὐκ εἶπε, Σῶσόν με, ὅτι οὐ γέγονεν ὁσιος, ἀλλ', *Ὅτι ἐκλέλοιπεν ὁσιος*, δεικνύς ὅτι καὶ οἱ ὄντες ἀπώλοντο, ἐπειδὴ ἐπεκράτησεν ἡ κακία, καὶ περιεγένετο ἡ νόσος. Τοῦτο καὶ Παῦλος φοβεῖται λέγων· *Οὐκ οἰδατε ὅτι μικρὰ ζύμη ὄλον τὸ φύραμα ζυμοῖ*; Καὶ πόλιν· *Φθελουσιν ἦθη χρηστὰ ὀμνίαι κακά*. Τί ἐστιν, *Ὀμνιῶθησαν αἱ ἀλήθειαι*; Πολλὰ εἰσὶν αἱ ἀλήθειαι. Καθάπερ ἐπὶ τῶν χρωμάτων, καὶ τῶν ἄλλων εἰδῶν, τὰ μὲν ἐστὶν ἀληθῆ, τὰ δὲ ψευδῆ, καὶ ἐστὶ πορφύρα [119] ἀληθῆς, καὶ πορφύρα ψευδῆς, καὶ ἐπὶ κρόκου <sup>a</sup>, καὶ ἐπὶ τῶν λίθων, καὶ ἐπὶ ἀρωμάτων, καὶ ἐπὶ ἐτέρων τοιούτων· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν. Ἀλήθεια γὰρ τὸ ὄντως ὄν, ψεῦδος δὲ τὸ μὴ ὄν. Ἐπεὶ οὖν ταῦτα διέστραπτο καὶ ἡμαῦρωτο, οὐ τὴν ὑπόστασιν ἀπολέσαντα ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων φυγαδευθέντα· διὰ τοῦτο οὐκ εἶπε μόνον, ὅτι *Ὀμνιῶθησαν αἱ ἀλήθειαι*, ἀλλ', *Ἀπὸ τῶν ὁσίων τῶν ἀνθρώπων*, προσέθηκε, τοῦτο αὐτὸ δηλώσαι βουλόμενος. Σκόπει δέ· Ἐστὶ κόσμος ἀληθῆς· ἐστὶ καὶ ψευδῆς. Τίς οὖν ὁ ἀληθῆς κόσμος; Ὁ περὶ ψυχῆν. Τίς δὲ ψευδῆς; Ὁ περὶ σῶμα. Ἐστὶ πλοῦτος ἀληθῆς· ἐστὶ καὶ ψευδῆς. Ψευδῆς ὁ τῶν χρημάτων, ἀληθῆς ὁ τῶν κατορθωμάτων. Ἐστὶν εὐ-προσύνη, ἢ μὲν ψευδῆς, ἢ δὲ ἀληθῆς, καὶ κάλλη, καὶ δυναστεία, καὶ δόξα. Ἄλλ' οἱ πλείους τῶν ἀνθρώπων, τὴν ἀλήθειαν τούτων ἀφέντες, τὰ ψευδῆ διώκουσιν. Ὅσπερ γὰρ ἐστὶν ἄνθρωπος ἀληθῆς, καὶ ψευδῆς· ἀληθῆς μὲν ὁ ζῶν καὶ ἐνεργῶν, ψευδῆς δὲ ὁ γεγραμμένος· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν ἐστὶν ἰεῖν.

β'. *Μάταια ἐλάλησεν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ. Χεῖλη δόλια ἐν καρδίᾳ καὶ ἐν καρδίᾳ ἐλάλησαν κακά*. Ἄλλος φησὶν, *Ἐν καρδίᾳ ἄλλη καὶ ἄλλη λαλεῖ*. Δύο κακίας λέγει ἐνταῦθα, καὶ ὅτι μάταια ἐλάλησαν, καὶ ὅτι πρὸς τὸν πλησίον· ἢ τὰ ψευδῆ μάταια φησὶν, ἢ τὰ περιττὰ καὶ ἀνόνητα. Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ Παῦλος φησὶ λέγων· *Μὴ ψεύδεσθε εἰς ἀλλήλους*. Καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι πάντες ἦσαν διεφθαρμένοι. Διὸ οὐκ εἶπεν, Ὁ δεῖνα, καὶ ὁ δεῖνα, ἀλλ', *Ἐκαστος*. Οὐδὲ γὰρ ἦν ἀπλῶς ἐπιτόλαιος ἢ κακία, ἀλλὰ κάτωθεν, καὶ ἀπὸ καρδίας. *Ἐν καρδίᾳ καὶ ἐν καρδίᾳ*, ὅπερ ἕτερος ἐρμηνευτῆς, *Ἐν καρδίᾳ ἄλλη καὶ ἄλλη*, εἶπε, διδάσκων ὅτι πολλῆ διπλῆ αὐτῶν ἐν καρδίᾳ. Τοῦτο πολεμίων πάντων πικρότερον. Οἱ μὲν γὰρ εἰσι φανεροὶ καὶ ὄηλοι <sup>b</sup>, ὄθεν καὶ εὐφύλακτοι γίνονται· οὗτοι δὲ ἕτερον προσωπεῖον προβαλλόμενοι, καὶ ἕτερον ὄντες, δυσφύρατοι τοῖς ἐπιβουλομένοις καθίστανται, τῶν τὰ ξίφη κρυπτόντων ὄντες πολλῶ χαλεπώτεροι. *Ἐξολοθρεύσει Κύριος πάντα τὰ χεῖλη τὰ δόλια, καὶ γλώσσας μεγαλορρήμονα, τοὺς εἰπόντας· Τὴν γλῶσσαν ἡμῶν μεγαλυνοῦμεν*. Ἄλλος, *Δυναστεύσομεν. Τὰ χεῖλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστὶν*. Ἄλλος, *Σὺν ἡμῖν πύρεσσι. Τίς ἡμῶν κύριος ἐστίν*; Ἄλλος, *Τίς κυριεύσει ἡμῶν*; Εἶδες κηδεμονίαν Προφῆτου, πῶς ὑπὲρ αὐτῶν εὐχεται; Οὐ γὰρ δὴ κατ' αὐτῶν ἐστὶ τὸ

εἰρημένον, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῶν. Οὐ γὰρ εἶπεν αὐτοὺς ἀπολέσθαι, ἀλλὰ τὴν κακίαν ἀφανισθῆναι. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐξολοθρεύσει Κύριος αὐτοὺς, ἀλλὰ, *Τὰ χεῖλη τὰ δόλια*.

γ'. Καὶ πάλιν οὐχὶ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ τὴν γλῶτταν, τὴν ἀπόνοιαν, τὴν δόλον ἀναιρεθῆναι ἀξιοῖ, τὴν ὑπερηφανίαν ἐκκοπήναι. Κωμωδῶν δὲ αὐτῶν τὴν ἄνοιαν, φησὶ· *Τὰ χεῖλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστὶ. Τίς ἡμῶν κύριος ἐστίν*; Μαινομένων καὶ παραφρόνων τὰ ῥήματα. Διὰ δὴ τοῦτο ὁ Παῦλος ἀπεναντίας αὐτοῖς φεγγόμενος παραινεῖ· *Οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν, τιμῆς ἠγοράσθητε*· καὶ κελεύει μὴδὲ ἑαυτοῖς ζῆν. Οὐ σά ἐστὶ τὰ χεῖλη, [120] φησὶν, ἀλλὰ τοῦ Δεσπότητος. Αὐτοὺς γὰρ ἐποίησεν αὐτὰ, αὐτὸς κατασκευάσεν, αὐτὸς ζῶν ἐν-ἐπνευσεν. Ἄλλὰ σὺ ἔχεις; Ἄλλ' οὐ πάνθ' ὅσα ἔχομεν <sup>c</sup>, ταῦτα ἡμέτερα· ἐπεὶ καὶ χρήματα ἔχομεν; ἐτέρων παρακαταθεμένων· καὶ γῆν μισθοῦμεθα, ἐτέρων ἡμῖν δωδωκότων. Οὕτω δὴ καὶ σοὶ ταῦτα ἐμισθωσεν ὁ Θεός, οὐχ ἵνα ἀκάνθας φέρῃς, ἀλλ' ἵνα σπέρματα εἰς τὸ χρῆσιμον μεταβάλῃς· οὐχ ἵνα ἀπόνοιαν, οὐχ ἵνα δόλον, ἀλλ' ἵνα ταπεινοφροσύνην, ἀλλ' ἵνα εὐφημίαν, ἀλλ' ἵνα ἀγάπην ποιήσῃς δι' αὐτῶν βλαστάνειν. Καὶ ὀφθαλμοὺς ἔδωκεν, οὐχ ἵνα ἀκόλαστα βλέπῃς, ἀλλ' ἵνα σωφροσύνη αὐτοὺς καλλωπίζης· καὶ χεῖρας, οὐχ ἵνα πλήττῃς, ἀλλ' ἵνα ἐλεῆς. Πῶς δὲ καὶ λέγεις, ὅτι *Τὰ χεῖλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστίν*, ὅταν τῆς ἀμαρτίας αὐτὰ ποιῆς δοῦλα, ὅταν τῆς πορνείας, ὅταν τῆς ἀκαθαρσίας; *Τίς ἡμῶν κύριος ἐστίν*; Ὁ διαβολικοῦ ῥήματος! ὦ ψυχῆς δαιμονώδους! Ὁρᾷς, ἄνθρωπε, τὴν φύσιν ἅπασαν ἀνακηρύττουσαν τοῦ Δεσπότητος σου τὴν ἰσχύν, τὴν σοφίαν, τὴν κηδεμονίαν, τὴν πρόνοιαν· τὸ σῶμά σου, τὴν ψυχὴν, τὴν ζῶν, τὰ ὀρώμενα, τὰ ἀόρατα, ἅπαντα σχεδὸν εἰπεῖν, φωνὴν ἀφιέντα καὶ ἀνακηρύττοντα τοῦ Δημιουργοῦ τὴν δύναμιν, καὶ λέγεις· *Τίς ἡμῶν κύριος ἐστίν*; Τοῦτο μανίας, τοῦτο παραπληξίας, τοῦτο διεφθαρμένης ψυχῆς. Διὰ τοῦτο τὰ μυρία κακά. Ἄλλ' οὗτοι μὲν λέγουσι· *Τίς ἡμῶν κύριος ἐστίν*, Ἄλλοι δὲ τὸν μὲν Δεσπότην ὁμολογοῦσι, τὸν δὲ περὶ τῆς κρίσεως ἀναιροῦσι λόγον καὶ τῆς κολάσεως, βραχείας χάριτος μεγάλην ὠνούμενοι κόλασιν, καὶ βουλόμενοι τῶ μὴ μεμνησθαι γέννης παραμυθεῖσθαι ἑαυτοὺς, λανθάνουσι διὰ τῆς ἀφοβίας ταύτης εἰς τὸ βάραθρον ἑαυτοὺς τῆς ἀπωλείας ἐμβάλλοντες. Διὸ παρακαλῶ καὶ μεμνησθαι γέννης, καὶ διαλέγεσθαι περὶ γέννης· οὕτω διάπλαττε εὐμορφίαν τὴν ψυχῆν. Πολὺ γὰρ τὸ χρῆσιμον τῶν λόγων τούτων. Οὐδὲ γὰρ ἀπλῶς ἠπειλήσεν αὐτὴν ὁ Θεός, καὶ ἐντεῦθεν ἦδη δὴλην ἐποίησεν; ἀλλ' ἵνα τῶ φόβῳ ποιήσῃ βελτίους. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ διάβολος πάντα ποιεῖ καὶ πραγματεύεται, ἐξαιρεῖν αὐτῆς τὴν μνήμην βουλόμενος. Μὴ τοίνυν ἐκβαλλε τὴν μνήμην, μὴδὲ λέγε· Τί λυπῶ ἑμαυτὸν παρὰ καιρὸν; Παρὰ καιρὸν λυπῆ; Ἐκεῖνό ἐστι παρὰ καιρὸν ἀλγεῖν, ὅταν ἐν τῇ γέννησι ἀλγῆς. Τοῦ λυπεῖσθαι καιρὸς οὗτος, οὐκ ἐκεῖνος. Καὶ τοῦτο δεῖκνυσὶν ὁ πλοῦσιος ὁ ἐπὶ Λαζάρου, ὃς μυρία λυπηθεὶς οὐδὲν ὠνησεν. Εἰ δὲ εὐκαιρῶς ἠλγήσεν, οὐκ ἂν ἔπαθεν ἄπερ ἔπαθεν. *Ἐνεκεν τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν, καὶ τοῦ στεναγμοῦ τῶν πενητῶν, νῦν ἀναστήσομαι, λέγει Κύριος. Θῆσομαι ἐν σω-*

<sup>a</sup> Sic Savil. et alii, atque ita legit Gennianus Hervetus. In edit. Morel. καὶ ἐπὶ κρόκου deest.

<sup>b</sup> Colb. et Savil. φοβεροὶ καὶ ὄηλοι. Paulo post Colb. καὶ ἴτεροι ὄντες. Editt καὶ ἴτεροι ὄντες, et sic legit Hervetus.

<sup>c</sup> Sic ex Barberino codice legendum indicat Henricus Savilius. Antea vero legebatur οὐ πάντως ἔχομεν, perperam.

set, cæteris contra tendentibus, confugit ad Dei providentiam, dicens: *Salvum me fac, Domine*. Nihil ergo hic aliud quam hoc significat: Superna mihi manu opus est, cælesti ope, et illo divino auxilio. Cum enim viam ingrediatur omnibus contrariam, magna mihi opus est providentia. Et non dixit: *Salvum me fac*, quoniam non est sanctus: sed, *Quoniam defecit sanctus*, ostendens eos etiam qui erant, periisse, postquam invaluit vitium, et morbus superior factus est. Hoc Paulus quoque timet dicens: *Nescitis quod parum fermenti totam massam fermentat* (1. Cor. 5. 6)? Et rursus: *Corrumpunt bonos mores colloquia prava* (Ibid. 15. 33). Quid est autem, *Diminutæ sunt veritates*? Multæ sunt veritates. Quemadmodum in coloribus, et aliis generibus, alia quidem sunt vera, alia falsa, et est purpura vera, et purpura falsa, et in croco (a), in lapidibus, in aromatibus, et aliis ejusmodi: ita etiam in virtutibus. Veritas enim est quod vere est: mendacium autem quod non est. Quoniam ergo hæc inversa et obscurata fuerant, non quod suam perdidissent substantiam, sed quod ab hominibus de medio sublata fuissent: propterea non dixit solum, *Diminutæ sunt*, sed adjecit, *A filiis hominum*, hoc ipsum volens significare. Considera autem. Est ornatus verus, est etiam falsus. Quis est ergo verus ornatus? Qui est in anima. Quis est autem falsus? Qui est in corpore. Sunt divitiæ veræ, sunt etiam falsæ. Falsæ, pecuniarum: veræ, recte factorum. Est lætitia hæc quidem vera, illa vero falsa, item pulchritudines, potentia, et gloria. Sed maxima pars hominum, horum veritate relicta, quæ falsa sunt persequitur: sicut enim est homo verus et falsus: verus quidem, qui vivit et operatur; falsus autem qui pictus est: ita etiam videre possumus in virtutibus.

*De cordis duplicitate.* — 3. *Vana loquuti sunt unusquisque ad proximum suum. Labia dolosa, in corde et corde loquuti sunt mala.* Alius dixit, *In corde alio et alio loquitur*. Duo hic dicit vitia, et quod vana loquuti sint, et quod proximo suo: vel ea quæ falsa sunt dicit vana, vel ea quæ sunt superflua et inutilia. Tale quid etiam dicit Paulus: *Ne mentimini ad invicem* (Coloss. 3. 9). Et quod est omnium gravissimum, omnes erant corrupti. Et ideo non dixit, hic, vel ille, sed, *Unusquisque*. Neque enim erat tantum vitium, quod nataret in superficie: sed erat in profundo, et in corde. *In corde et in corde*: quod alius interpretes dixit, *In corde alio et alio*: docens esse magnam in corde duplicitatem. Hoc est omnibus hostibus acerbis. Illi enim sunt aperti, unde etiam facile possunt cavari: hi vero cum aliam personam præ se ferant, et sint aliud, ab iis quibus tendunt insidias non facile deprehenduntur, multo graviores iis qui gladios abscondunt. 4. *Disperdet Dominus universa labia dolosa, linguam magniloquam, 5. qui dixerunt: Linguam nostram magnificabimus.* Alius, *Dominabimur. Labia nostra apud nos sunt.* Alius, *Adsunt vobiscum. Quis noster Dominus est?* Alius, *Quis no-*

*stri dominabitur?* Vidisti quomodo eorum curam gerit propheta, quomodo pro eis orat? Neque enim contra ipsos est, id quod dictum est, sed pro ipsis. Neque enim oravit ut perderentur, sed ut eorum vitium de medio tolleretur. Non dixit enim, *Perdet ipsos Dominus*, sed, *Labia dolosa*.

2. *Non nostri, sed Domini sumus. Domini potentiam universa creatura prædicat.* — Et rursus non substantiam, sed linguam, arrogantiam, fraudem vult auferri, superbiam excindi. Irridens autem eorum stultitiam, dicit, *Labia nostra apud nos sunt. Quis noster Dominus est?* Insanorum et mente captorum verba. Et ideo Paulus secus quam illo loquens, suadet: *Non exis vestri, pretio empti estis* (1. Cor. 6. 19. 20): et jubet eos non sibiipsis vivere. Non sunt tua labia, sed Domini (Rom. 14. 7). Ipse enim ea fecit, ipse construxit, ipse vitam inspiravit. At tu habes? Sed non omnia quæ habemus, nostra sunt: pecunias enim habemus, quas alii apud nos deposuerunt: et agros conductos habemus, quos alii nobis dederunt. Ita hæc etiam tibi locavit Christus, non ut feras spinas, sed ut convertas semina ad id quod est utile; non ut arrogantiam, non ut dolum, sed ut humilitatem, et laudem, ac benedictionem, dilectionemque per ea germinare cures. Et dedit oculos, non ut impudice aspicias: sed ut ipsos ornes temperantia: et manus, non ut ferias, sed ut eleemosynam largiaris. Quomodo autem dicit, *Labia nostra sunt apud nos*, quando ea peccati serva feceris, quando fornicationis, quando immunditiæ? *Quis est noster Dominus?* O verbum diabolicum! o animam dæmoniacam! Vides, o homo, universam creaturam prædicare Domini tui potentiam, sapientiam, curam, providentiam; corpus tuum, animam, vitam, quæ sub aspectum cadunt, et quæ non cadunt, omnia propemodum vocem emittentia laudare potentiam artificis, et dicit: *Quis Dominus noster est?* Hoc est furoris, hoc stuporis, hoc corrupti animi. Propterea sunt mala innumerabilia. Sed hi quidem dicunt: *Quis est noster Dominus?* Alii Dominum quidem confitentur, judicium autem et pœnas propositas auferunt, brevi jucunditate magnum sibi euentes supplicium, et dum volunt se recreare, quod gehennæ non meminerint, per hanc securitatem metusque vacuitatem in magnum interitus se barathrum imprudentes immittunt. Et ideo rogo ut gehennæ memineris, de gehenna loquaris: ita animam tuam compone, pulchramque ac decoram effice. Magna enim horum verborum utilitas. Non enim Deus eam temere minatus est, atque manifestam hinc reddidit: sed id fecit ut metu meliores redderet. Et ideo diabolus omnia facit et molitur, ejus volens auferre memoriam. Noli eam memoria ejicere: nec dicas: *Cur me importuna afficiam tristitia?* Importuna erit tristitia, quando angeris in gehenna; hoc est tempus tristitiæ, non illud. Et hoc ostendit ille Lazarum despiciens dives (Luc. 16. 23), cui nihil profuerunt innumerabiles, quibus afflicebatur, molestiæ. Si autem in tempore doluisset, non ea passus esset quæ passus est. 6. *Propter miseriam inopum et gemitum pauperum nunc ex-*

(a) Hæ voces, et in croco, desunt in Morel.

*urgam, dicit Dominus. Ponam in salutari, fiducialiter agam in ipso. Alius, Statuam salutare conspicuum (a).*

*Adhortatio ad patientiam. —* Disce quanta sit virtus humilitatis. Pauperum est potentia (pauperum, inquam, eorum qui sunt contriti corde), est in malis patrocinium. Non enim vitam, nec virtutem, sed malorum perpersionem dicit Deum excitare, et eum ad supplicium et vindictam evocare. Tanta res est, si tibi fiat injuria, eam ferre forti animo; tantum Deus curam gerit eorum qui afficiuntur contumeliis: maximæ defensionis loco est calamitas et aruma. Magna est vis ejulatus, quæ supernum evocat auxilium. Timeate, quicumque pauperes injuria afficitis. Habetis vos potentiam, opes, pecuniam, et judicium benevolentiam: sed habent illi arma omnium validissima, luctus, et ejulatus, ipsasque injurias quæ e carlis auxilium attrahunt. Hæc arma donos effodiunt, hæc fundamenta evertunt, hæc civitates destrunt, hæc integras gentes submergunt; gemitus dico eorum, qui afficiuntur injuria. Bonum eorum animum Deus reveretur, quando mala patientes, nullum malum verbum proferunt, sed tantum gemitus, et sua mala deplorant. Quid est autem, *Ponam in salutari, fiducialiter agam in ipso*? Cum fiducia, inquit, aperte et manifeste eos defendam, ut omnes intelligant. Et quandonam non conservat eos palam et manifeste? Nonnumquam id facit non manifeste, sed clam: neque enim opus habet ea quæ est ab hominibus gloria. Nunc autem, quoniam verisimile erat inimicos irruere, eis que insultare, et exprobrare quod Deum non haberent adiutorem, ut illi quoque emendarentur et meliores fierent, cum experientia didicissent Domini auxilium, Aperte, inquit, faciam pro eis salutem. 7. *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ.* Et quomodo sunt hæc ex iis quæ dicta sunt consequentia? Pulchre admodum. Ne hæc enim, inquit, existimetis temere dicta esse inanesque et supervacaneas esse minas: sunt enim pura ejus verba, a mendacio libera. Quemadmodum enim argentum ignitum nihil habet alienum et adulterinum, ita etiam Dei verba, quæ dixerit, omnino evenire oportet. Et ideo dicit: *Argentum igne examinatum, probatum terræ.* Alius, *Ignitum, cedens terræ.* Hebræus autem pro eo quod est, cedens terræ, dixit, *Baalil lares (b)*, hoc est, fusum, in terram fluens. *Purgatum septuplum.*

3. Vidisti quomodo quod verum est, et a mendacio alienum, per similitudinem materis ostenderit? quemadmodum enim illud fusum, ignitum, et hoc sæpe passum, est ab aliena materia alienum, accuratissime purgatum: ita etiam Dei prolata sententia. 8. *Tu, Domine, servabis nos, et custodies nos ab hac generatione et in sæculum.* Alius, *Custodies ipsos.* Alius,

(a) In Græco, τὸ εὐεργετικὸν ἰσχυρὸν. Hæc interpretatio Græca est *Symmachi*, qui videtur aliud legisse, quam in Hebræo hodie jaceat. Vide in Hexaplis nostris.

(b) In Græco, βααλιλ λάρες. Colb. et Savil. βααλιλ λάρες. Prima vox haud dubie sic legenda, βααλιλ, nam in Hebraico sic habetur, בעליל לארץ. Secundam vocem sic exprimit Savil. et Colb. λάρες pro λάρες. In antiquissimo Codice ex quo excerptimus opusculum Origenis in fronte Hexaplorum a nobis editum, p. 81, hæc vox בארץ sic Græce exprimitur, αρα.

*Custodies ipsa, et conservabis nos ab hac generatione et in sæculum.* Alius, *Cum generatione, quæ est in sæculum. 9. In circuitu impii ambulant.* Alius, *Ambulabunt.* Alius, *In circuitu impiorum ambulabunt.* Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Alius, *Quando exaltati fuerint viles filiorum hominum.* Alius, *Secundum altitudinem parvo empti filii hominum.* Hebræus autem, *Charm zolloth lebne Adam (a).* Tu, Domine, custodies nos, et conservabis nos. Vide eum frequenter, imo vero assidue ad Deum confugere, et ab eo auxilium petere: est enim potentissimum auxilium, quod nullo tempore interruptitur. Nulla res, inquit, humana opus habemus. Tu enim es, inquit, qui perpetuo custodis. Quid est autem, *In circuitu impii ambulant*? Secundum Septuaginta quidem ita dicendum est: Etiam si impii nos circumcirca obsideant, nihil grave patiemur: nos enim conservas, et extollis, clarosque et illustres reddis. Si alium autem interpretem sequamur, hoc dicendum est: Impii extrudentur, quando viles ex filiis hominum exaltaveris. Hoc est: Quando nos qui viles reputamur et contempti, humiliatos gloria affeceris, sejunges ipsos et expelles. Quid est autem, *Secundum altitudinem tuam*? Pro eo quod est, similes tui effecisti, quatenus fieri potest ut homo sit similis: *Faciamus enim, inquit, hominem ad imaginem et similitudinem nostram (Gen. 1. 26).* Quod ipse enim est in cælo, hoc nos in terra: et quemadmodum superne nullus est eo superior, ita nullus in terra est huic animali virtute similis. *Estote, inquit, similes Patris vestri, qui est in cælis (Matth. 5. 45).* Quinetiam nominis quoque sui nos fecit participes: *Ego dixi, inquit, Dii estis, et filii Excelsi omnes (Psal. 81. 6).* Et rursus, *Constitui te deum Pharaonis (Exod. 7. 1):* et fecit ut esset opifex corporeorum et incorporeorum. Et tunc quidem mutat Moses creaturam, nunc autem alii alia elementa: nobis vero præcepit nos ipsos Deo templum extruere. Etsi ergo non fabriceris cælum, Dei tamen templum fabricaris (1. Cor. 6. 19). Propterea enim cælum quoque est splendidum, quoniam habet Deum in ipso habitantem: imo vero et nos per Christum. *Conresuscitavit enim, et nos consedere fecit in dextris in cælis (Ephes. 2. 6),* et dedit, ut majora faceremus iis, quæ ipse fecit. *Signa enim, inquit, quæ ego facio, ipse quoque faciet, et majora his faciet (Joan. 14. 12).* Et in Veteri Testamento hic quidem mare mutavit (Exod. 14. 21), ille vero solem frenavit, alius lunam jussit manere (Josue 10. 13), alius rursus in se radios avertit (4. Reg. 20. 11): pueri autem in fornace elementi operationem alligarunt, et flamma insanians silebat, et alligata sibilabat (Dan. 3. 23. sqq.). Norunt etiam feræ revereri Dei amicos (Dan. 6. 22): et licet fames urgeat, modestiores tamen fiunt. Qui sunt gulæ dediti, revereantur ferarum abstinentiam. Leones videntur Daniele, et moderatiores effecti sunt: nos venientem ad nos Filium Dei videntes, sapientiores non reddimur. Maluerunt illi fame perire, quam sanctum corpus tangere: nos nudum Christum et fame confe-

(a) Voces Hebrææ sunt. כרם לתן לבני אדם

τηρίῳ, παρβησιάζομαι ἐν αὐτῷ. Ἄλλος, Τάξω σωτήριον ἐμφανέει.

Μάθε πόση τῆς ταπεινοφροσύνης ἡ ἰσχύς. Τῶν πενήτων ἡ δύναμις (πενήτων λέγω, τῶν τὴν διάνοιαν συντετριμμένων), τοῦ κακῶς πάσχειν ἐστὶν ἡ ἀντιληψίς. Οὐδὲ γὰρ βίον ἐνταυθα φησιν, οὐδὲ ἀρετὴν, ἀλλὰ τὸ πάσχειν κακῶς, φησὶ, τοῦτο ἀνίστησι τὸν Θεόν, [121] καὶ ἐκκαλεῖται πρὸς τιμωρίαν καὶ ἄμυναν. Τοσοῦτόν ἐστι τὸ ἀδικούμενον φέρειν γενναίως, τοσαύτη τὴν ἐπηρεαζομένην παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡ πρόνοια, ἀντὶ μεγίστης συνηγορίας ἡ συμφορὰ καὶ τῷ πάσχειν κακῶς γινομένην. Μεγάλη τοῦ στεναγμοῦ ἡ ἰσχύς, τὴν ἀνωθεν καλοῦσα βοήθην. Φοβήθητε ὅσοι τοὺς πένητας ἀδικεῖτε. Ἐχετε δύναμιν ὑμεῖς, καὶ πλοῦτον, καὶ χρήματα, καὶ δικαστῶν εὐνοίαν· ἀλλ' ἔχουσιν ἐκεῖνοι πάντων ἰσχυρότερον ὄπλον, τοὺς στεναγμοὺς καὶ τοὺς θρήνους, καὶ αὐτὸ τὸ ἀδικεῖσθαι, ἅπερ τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐπισπάται συμμαχίαν. Τοῦτο τὸ ὄπλον οἰκίας ἀνορθοῦτε, τοῦτο θεμελίους κατέσκαψε, τοῦτο πόλεις ἀνείλε, τοῦτο ὀλόκληρα ἔθνη κατεπόντισε· στεναγμοὺς ἀδικουμένων ἀνθρώπων λέγω. Αἰδεῖται τὴν εὐγνωμοσύνην αὐτῶν ὁ Θεός, ὅταν κακῶς πάσχοντες μηδὲν πονηρὸν ἐκφέρωσι βῆμα, στενάξωσι δὲ μόνον, καὶ ἀποδύρονται τὰ οικεῖα κακά. Τί δὲ ἐστὶ, Θήσομαι ἐν σωτηρίῳ, παρβησιάζομαι ἐν αὐτῷ; Μετὰ παρβησίας, φησὶν, αὐτῶν προσθήσομαι φανερώς καὶ δήλωως, ὥστε πάντας μαθεῖν. Καὶ τότε οὐ φανερώς σώζει; Ἔστιν ὅτε οὐ φανερώς, ἀλλὰ λάθρα· οὐδὲ γὰρ δεῖται τῆς παρὰ ἀνθρώπων δόξης. Νυνὶ δὲ, ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν τοὺς ἐχθροὺς τοὺς αὐτῶν ἐπεμβαίνειν, ἐνάλλεσθαι, ὀνειδιῶν αὐτοῖς, ὡς οὐκ ἔχουσι Θεὸν βοηθόν, ὥστε κάκεινους σωφρονισθῆναι, καὶ γενέσθαι βελτίους, τῇ πείρᾳ μαθόντας τοῦ Δεσπότης τὴν συμμαχίαν, φανερώς ποιήσομαι τὴν ὑπὲρ αὐτῶν σωτηρίαν, φησὶ. Τὰ λόγια Κυρίου, λόγια ἀγνά· ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῆ. Καὶ ποῖα αὕτη ἀκολουθία πρὸς τὰ εἰρημένα; Πολλὴ καὶ συνεχῆς. Μὴ γὰρ δὴ νομίσητε ταῦτα, φησὶν, ἀπλῶς εἰρησθαι, μηδὲ ἀπειλήν εἶναι περιττήν· καθαρὰ αὐτοῦ ἐστὶ τὰ βήματα, ἀπηλλαγμένα ψεύδους. Ὅσπερ γὰρ ὁ ἀργυρὸς ὁ πεπυρωμένος οὐδὲν ἀλλότριον ἔχει καὶ νόθον, οὕτω καὶ τοῦ Θεοῦ τὰ βήματα, ἅπερ ἂν εἴπη, πάντως ἐκδῆναι δεῖ. Διὸ φησὶν Ἄργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῆ. Ἄλλος, Πεπυρωμένον, χωροῦν τῇ γῆ. Ὁ δὲ Ἑβραῖος ἀντὶ τοῦ, Χωροῦν τῇ γῆ, Βαύλλι λάρες εἶπε, τουτέστι, τὸ χωνευόμενον, τὸ βέον ἐν τῇ γῆ. *Κεκαθαρισμένον ἑπταπλασίως.*

δ'. Ἐδες πῶς δεικνύσι τὸ ἀψευδές, τὸ ἀληθεῖον, τῇ εἰκόνι τῆς ὕλης; ὡσπερ γὰρ ἐκεῖνο τὸ χωνευθὲν, τὸ πυρωθὲν, τὸ πολλὰκις τοῦτο παθόν, ἀλλότριόν ἐστὶν ἀλλοτρίως ὕλης, ἐκκεκαθαρισμένον μετὰ ἀκριβείας· οὕτως ἡ ἀπόφασις τοῦ Θεοῦ. Σὺ, Κύριε, φυλάξεις ἡμᾶς, καὶ διατηρήσεις ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα. Ἄλλος, Φυλάξεις αὐτούς. Ἄλλος, Φυλάξεις αὐτὴν, καὶ διατηρήσεις ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα. Ἄλλος, Ἄμα τῇ γενεᾷ τῇ αἰωνία. Κύκλι οἱ ἀσεβεῖς περι-

πατοῦσιν. Ἄλλος, Περιπατήσουσιν. Ἄλλος, Κί· κ· λ· φ· ἀσεβῶν ἐμπεριπατήσουσι. Κατὰ τὸ ὕψος σου ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ἄλλος, Ὅταν ὑψωθῶσιν οἱ εὐτελεῖς τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων. Ἄλλος, Κατὰ τὸ ὕψος [122] εὐνοισμένοι τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Ὁ δὲ Ἑβραῖος, Χάρμ ζολλῶ, φησὶ, Λεβη Ἄδάμ. Σὺ, Κύριε, φυλάξεις ἡμᾶς, καὶ διατηρήσεις ἡμᾶς. Ὅρα συνεχῶς, μᾶλλον δὲ διηνεκῶς ἐπὶ τὸν Θεὸν καταφεύγοντα, κάκειθεν ζητοῦντα τὴν συμμαχίαν· καὶ γὰρ πανακτῆς ἡ βοήθεια, οὐδενὶ διακοπτομένη χρόνῳ. Οὐδενὸς τῶν ἀνθρωπίνων δεόμεθα, φησὶ· σὺ γὰρ ὁ φυλάττων εἶ διηνεκῶς. Τί ἐστι, Κύκλι οἱ ἀσεβεῖς περιπατοῦσι; Κατὰ μὲν τοὺς Ἑβδομήκοντα οὕτω λεκτέον, ὅτι Κἂν κυκλώσωσιν οἱ ἀσεβεῖς, οὐδὲν πεισόμεθα· καὶ γὰρ φυλάττει ἡμᾶς, καὶ μετεωρίζεις, καὶ ἐνδόξους ποιεῖς. Κατὰ δὲ τὸν ἕτερον ἑρμηνευτὴν τοῦτο βρῆτέον· Οἱ ἀσεβεῖς ἐξωσθήσονται, ὅταν τοὺς εὐτελεῖς τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων ὑψώσῃς· τουτέστιν, ὅταν ἡμᾶς τοὺς νομιζομένους εἶναι εὐκαταφρονήτους, τοὺς τεταπεινωμένους δοξάσῃς, ἀποστήσεις αὐτοὺς καὶ διακρούσῃ. Τί δὲ ἐστὶ, Κατὰ τὸ ὕψος σου; Ἀντὶ τοῦ, Ὅμοιους σου ἐποίησας, ὡς ἀνθρώπων δυνατὸν εἶναι ὅμοιον· *Ποιήσωμεν γὰρ ἀνθρώπων κατ' εἰκόνα*, φησὶν, *ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν.* Ὅπερ γὰρ ἐστὶν αὐτὸς ἐν οὐρανῷ, τοῦτο ἡμεῖς ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ὡσπερ οὐδεὶς αὐτοῦ ἀνώτερος ἄνθρωπος, οὕτως οὐδεὶς ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ ζώου τούτου κατὰ ἀρετὴν ὅμοιος. *Πνεῦθε*, φησὶν, *ὅμοιοι τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Καὶ τοῦ ὀνόματος δὲ ἡμῖν μετέδωκεν· *Ἐγὼ εἶπα, Θεοὶ ἐστε*, φησὶ, *καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες.* Καὶ πάλιν· *Τέθεικά σε Θεὸν Φαραῶ.* Καὶ δημιουργὸν εἶναι ἐποίησε καὶ σωματικῶν καὶ ἀσωμάτων. Καὶ νῦν μὲν τὴν κτίσιν ὁ Μωϋσῆς μεταβάλλει, νῦν δὲ ἕτεροι ἕτερα στοιχεῖα· ἡμῖν δὲ ἐπέταξε ναδὸν αὐτῷ κτίσειν ἡμᾶς αὐτούς. Κἂν τοίνυν οὐ δημιουργῆς οὐρανῶν, ἀλλὰ δημιουργεῖς ναδὸν Θεοῦ. Ἐπεὶ καὶ οὐρανὸς διὰ τοῦτο λαμπρὸς, ἐπειδὴ Θεὸν ἔχει κατοικοῦντα ἐν αὐτῷ· μᾶλλον δὲ διὰ Χριστοῦ καὶ ἡμᾶς. *Συνηήριε* γὰρ, φησὶ, *καὶ συνεκάθισεν ἡμᾶς ἐν δεξιᾷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*· καὶ μείζονα ἔδωκε ποιεῖν ὧν αὐτὸς ἐποίησε. *Τὰ γὰρ σημεῖα*, φησὶν, *ἃ ἐγὼ ποιῶ, κάκεινός ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει.* Καὶ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς ὁ μὲν τὴν θάλασσαν μετέβαλεν, ὁ δὲ τὸν ἥλιον ἐχαλίον, ὁ δὲ τὴν σελήνην μένειν ἐκέλευσεν, ὁ δὲ πάλιν εἰς ἑαυτὸν τὰς ἀκτίνας ἀπέστρεφεν· οἱ δὲ παῖδες ἐν τῇ καμίνῳ τοῦ στοιχείου τὴν ἐνέργειαν ἐπέδησαν, καὶ μαινομένην ἡ φλόξ ἐσίγα, καὶ δεδεμένη ἐσύριξεν. Οἶδε καὶ θηρία αἰδεῖσθαι Θεοῦ φίλους· κἂν λιμὸς ἀναγκάζῃ, φιλοσοφώτερα γίνεται. Αἰδεῖσθωσαν οἱ γαστρίμαργοι τὴν ἐγκράτειαν τῶν θηρίων. Λέοντες εἶδον τὸν Δανιὴλ, καὶ ἐφιλοσόφησαν· ἡμεῖς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ βλέποντες ἐρχόμενον πρὸς ἡμᾶς, οὐ φιλοσοφοῦμεν. Εἶλοντο ἐκεῖνοι διαφθάρηναι λιμῷ, καὶ μὴ ἄψασθαι τοῦ σώματος τοῦ ἁγίου· ἡμεῖς ὄρωντες γυμνὸν τὸν Χριστὸν περιερχόμενον καὶ λιμῷ τηκόμε-

\* Στοιχεῖα deest in Colb. et Savil.

νον, οὐδὲ τὰ περιττὰ προϊέμεθα, ἀλλ' ἐν περιουσίᾳ ζῶντες, περιοριζόμενους τοὺς [123] ἀγίους. Ἡ γῆ πάλιν ἐτέρῳ Θεοῦ φίλῳ, τοσαύτην προσήνεγκε δῶρα ἐκ τῶν οικειῶν κόλπων, τοσαύτην φορὰν, ὅσην οὐδέποτε ἔμπροσθεν. Καὶ τί θαυμάζεις, εἰ αὐτοὶ αἰδέσιμοι ἦσαν, ὅπου γε καὶ τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ αἱ σκιά δαίμοσιν ἦσαν φοβεραὶ, καὶ θανάτῳ, καὶ νοσήματι; Καὶ ἄγγελοι ἠδέσθησαν ἀνθρώπους, καὶ ἐτίμησαν μεθ' ὑπερβολῆς. Πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλον, οὐς ὁ Δεσπότης αὐτῶν ἐτίμη; Καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ καὶ ἐν τῇ Καινῇ τοῦτο ἔστιν ἰδεῖν. Διὰ τοῦτο λέγει· *Κατὰ τὸ ὕψος σου ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων*. Ἐνοήσαντες τοίνυν τὸ μέγεθος τῆς τιμῆς, ἀξίαν παρὰσχωμεν τὴν ὑπὲρ ταύτης ἀμοιβὴν, ἵνα μὴ τῆς τιμῆς ἢ ὑπερβολῆ ἐφόδιον ἡμῖν τιμωρίας γένηται· ἥς βυθθεῖν ἄπαντες οἱ τε διδάσκοντες ταῦτα καὶ οἱ μαθητάνοντες, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

### ΕΙΣ ΤΟΝ ΙΒ' ΨΑΛΜΟΝ.

*Εἰς τὸ τέλος ψαλμοῦ τῷ Δαυὶδ*. "Ἄλλος, *Ἐπιτικός ὡδὴ τοῦ Δαυὶδ* α. "Ἄλλος, *Εἰς νίκος*.

"*Ἐως πότε, Κύριε, ἐπιλήθη μου εἰς τέλος; Ἄλλος, Ἐκλανθάνη μου τέλος*". "*Ἐως πότε ἀποστρέψεις τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ; Ἄλλος, Κρύπτεις*.

"*Ἐως τίνας θήσομαι βουλὰς ἐν ψυχῇ μου, Ἄλλος, Τάξω γνώμας*". "*Ὁδύνας ἐν καρδίᾳ μου ἡμέρας καὶ νυκτός*". Ἄλλος, *Μέριμναν ἐν τῇ διατοίᾳ μου καθ' ἡμέραν*.

α'. Οὐ μικρὸν καὶ τοῦτο ἀγαθόν, τὸ λαμβάνειν ἀσθησίν τῆς τοῦ Θεοῦ λήθης. Λήθην δὲ μὴ πάθος εἶναι νόμιζε, ἀλλὰ τὴν ἐγκατάλειψιν. Πολλοὶ γοῦν τοῦτο παθόντες, οὐδὲ αὐτὸ τοῦτο ἴσασιν, οὐδὲ ὀδύρονται· οὗτος δὲ ὁ μακάριος οὐ μόνον αὐτὸ ἤδει, ἀλλὰ καὶ τὸν χρόνον ἀνελογίζετο. Τὸ γὰρ, "*Ἐως πότε*", δεικνύντος ἐστὶ μακρὸν ὄντα τὸν χρόνον· διὰ τοῦτο καὶ ὀδύρεται καὶ θρηνεῖ. Σὺ δὲ μοι σκόπει πῶς οὐδαμοῦ βιωτικοῦ τίνος ἔνεκεν ἀλγεῖ, οὐχ ὑπὲρ χρημάτων, οὐχ ὑπὲρ δόξης, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς εὐνοίας πανταχοῦ. Καὶ πόθεν, φησὶν, ἔγνω ὅτι ἐπελάθετο αὐτοῦ ὁ Θεός; Ἐπειδὴ ἤδει καὶ πότε ἐμνήμητο, καὶ σαφῶς ἠπίστατο τί μὲν λήθη, τί δὲ μνήμη· οὐ καθάπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ὅταν πλουτήσιν, ὅταν εὐδοκίμῳσι παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, ὅταν αὐτοὶ κατὰ ῥοὴν ἅπαντα φέρηται, ὅταν τῶν ἐχθρῶν κρατῶσι, τότε νομίζουσι μεμνησθαι αὐτῶν τὸν Θεόν· διὰ τοῦτο οὔτε πότε [124] αὐτῶν ἐπιλανθάνεται ἴσασιν. Οἱ γὰρ τῆς μνήμης τὸ σημεῖον οὐκ εἰδότες, οὐδὲ τὸ τῆς λήθης ἐπίστανται. Εἰ γὰρ τὰ τῆς φιλίας σύμβολα οὐκ ἐπίστανται, οὐδὲ τὰ τῆς ἐχθρας γινώσκουσι. Πολλῶν γὰρ τῶν ταῦτα ἐχόντων ἐπιλανθάνεται ὁ Θεός, καὶ μάλιστα τούτων· τῶν δὲ

ἐν τοῖς ἐναντίοις ὄντων μέμνηται πολλάκις. Μνήμην γὰρ οὐδὲν οὕτω ποιεῖ παρὰ τῷ Θεῷ, ὡς τὸ ἀγαθὸν τι ποιεῖν, τὸ νῆφειν, τὸ ἐργηγορναί, τὸ ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι· ὥστε οὖν λήθην οὐδὲν ἕτερον, ὡς τὸ ἐν ἀμαρτίαις εἶναι καὶ πλεονεξίας καὶ ἀρπαγαῖς. Καὶ σὺ τοίνυν, ἀγαπητὲ, ὅταν ἐν συμφοραῖς ἦς, μὴ λέγε, ὅτι Ἐπελάθετό μου ὁ Θεός· ἀλλ' ὅταν ἐν ἀμαρτίαις ἦς, καὶ πάντα σοι κατὰ ῥοὴν φέρηται. "*Ἄν γὰρ τοῦτο ἦς εἰδώς, ταχέως ἀποστήτη τῶν πονηρῶν πραγμάτων*". "*Ἐως πότε ἀποστρέψεις τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ; Τοῦτο ἐπιτεταμένη λήθη*". Ἀπὸ γὰρ τῶν ἀνθρωπίνων σχημάτων τοῦ Θεοῦ τὰς ἐνεργείας δεικνύσι, καὶ τὴν ὀργὴν αὐτοῦ καὶ τὴν κόλασιν χαρακτηρίζει. Ἀποστρέψει δὲ πάλιν ὁ Θεός τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ὅταν ἀνάξια πράττωμεν τῶν ἐπιταγμάτων αὐτοῦ. "*Ὅταν γὰρ ἐκτεινήτε, φησὶ, τὰς χεῖρας ὑμῶν, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπ' ὑμῶν*". Ἔϊτα καὶ ἡ αἰτία. *Αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις*. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο πάλιν κηδεμονίας πολλῆς, καὶ ἡ ἐγκατάλειψις, καὶ ἡ ἀποστροφή τοῦ προσώπου· ποιεῖ δὲ τοῦτο, ἵνα σφοδρότερον ἡμᾶς ἐπισπάσῃται. Ἐπεὶ καὶ ἐραστῆς μανικὸς τὸν ἐρώμενον ὑπερορῶντα ἀφίησι καὶ ἐγκαταλιμπάνει, οὐκ ἐκβάλλων αὐτὸν τῆς διανοίας, ἀλλὰ ἐπιστρέφει αὐτὸν βουλόμενος, καὶ ἐαυτῷ συνάψαι. Εἰπὼν δὲ τὴν ἀποστροφήν, λέγει καὶ τὴν λήθην, καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς αὐτῷ προσγεγόμενα. Τίνα δὲ ταῦτά ἐστιν; "*Ἄ ἐπάγει λέγων· Ἐως τίνας θήσομαι βουλὰς ἐν ψυχῇ μου; Ὅσπερ γὰρ ὁ τοῦ λιμένος ἐξεληθὴν πανταχοῦ πλανᾶται, καὶ ὁ τοῦ φωτός ἀποστερηθεὶς πολλοὺς προσπταλεῖ· οὕτω δὲ καὶ ὁ εἰς λήθην ἐμπεσὼν τοῦ Θεοῦ, φροντίσι, καὶ μερίμναις, καὶ ὀδύνας ἐκδίδεται διηνεκῶς*". Οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο εἰς τὸ τὸν Θεὸν ἐπιστρέφαι πρὸς ἑαυτὸν, τὸ μερ:μνᾶν, τὸ φροντίζειν, τὸ τήκεσθαι, τὸ ὀδυνᾶσθαι, τὸ λόγον ποιεῖσθαι αὐτοῦ τῆς ἀποστροφῆς. "*Ὁ καὶ Παῦλος Κορινθίοις γράφων περὶ ἑαυτοῦ φησὶ· Καὶ τίς ἐστὶν ὁ εὐφραίνων με, εἰ μὴ ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ; Οὐ μικρὸν γὰρ τοῦτο, ἀγαπητὲ, κέρδος, τὸ αἰσθάνεσθαι τῆς ἀποστροφῆς τοῦ Θεοῦ, τὸ ἀλγεῖν, τὸ ὀδυνᾶσθαι*". Οὕτω γὰρ αὐτὸν ταχέως πρὸς ἡμᾶς ἐπιστρέψομεν. "*Ἐως πότε ὑψωθήσεται ὁ ἐχθρός μου ἐπ' ἐμέ; Ἐπίβλεψον, εἰσάκουσόν μου, Κύριε ὁ Θεός μου*". *Φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, μὴ ποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον*". Ὅσπερ γὰρ ἀνετοχόμενος τοῦ Θεοῦ, καὶ μεθ' ἡμῶν ὄντος, τὰ λυπούμενα ἐκποδῶν ἅπαντα γίνεται· οὕτως ἀποστάντος καὶ ἐπιλαθομένου, καὶ ψυχῆ διακόπτεται, καὶ καρδία ὀδυνᾶται, καὶ οἱ λυπούντες ἐπεμβαίνουσι, καὶ πάντα κρημνοὶ καὶ σκόπελοι. Συγχαρεῖται δὲ ταῦτα συμπερόντως, ὥστε διὰ πάντων δακνομένους τοὺς βραθυμοτέρους σπουδαιότερον ἐπανελεθεῖν, ὅθεν [125] ἐξέπεσον. *Παιδεύσει γὰρ σε, φησὶν, ἡ ἀποστασία σου, καὶ ἡ κακία σου ἐλέγξει σε*". Ὅσπερ καὶ ἡ ἐγκατάλειψις τοῦ Θεοῦ προνοίας εἰδὸς ἐστίν. Ὅταν γὰρ προνοῶν καὶ κηδόμενος καταφρονῆται, ἀφίησι μικρὸν καὶ ἐγκαταλιμπάνει, ἵνα τότε τῆς βραθυμίας ἐκδηληθείς, σπουδαιότεροι οἱ ὀλιγωροὶ γένωνται. Ἐπίβλεψον, φησὶν, ἴδε τὸν ἐχθρὸν ὑψούμενον ἐπ' ἐμέ· καὶ εἰ μὴ διὰ τὴν ἐμὴν τάλαιπωρίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐκεῖνου ἀλαζονείαν καὶ ἀπόνοιαν εἰς-

α. Hæc interpretatio est Symmachi, ut videas in Hexaplis nostris. Ibid. Ἄλλος, Εἰς νίκος. Hæc est Theodotionis lectio, quæ in prius editis perperam posita fuerat post τέλος nam respicit vocem primam Hebraicam קַרְבָּן, Mox Ἄλλος, Ἐκλανθάνη, est interpretatio Symmachi. Paulo post pro κρύπτεις Aquila, Symmachus et Theodotus κρύπτεις habent. Infra μέριμναν, etc. hæc interpret. est Symmachi.

etiam circuire videntes, ne ea quidem quæ sunt supervacanea dimittimus, sed in summa rerum affluentia viventes, sanctos despiciamus. Terra rursus alii Dei amico tanta dona ex suo sinu protulit, et tantam fertilitatem, quantam numquam antea (*Job. 42. 10*). Et quid miraris, si ipsi erant venerabiles, cum vestes eorum, et umbræ daemonibus, morti et morbis essent formidabiles (*Act. 19. 11. 12. et 5. 15*)? Quinciam angeli quoque reveriti sunt, et insigniter honorarunt homines (*Gen. 18. 5. et 19. 3*). Quidni enim honorarent, quos ipse Dominus honorabat (*Exod. 14. 19*)? Hoc autem videri potest et in Novo et in Veteri Testamento (*Jud. 2. 4. Marc. 16. 5. Act. 8. 26. et 10. 3. et 12. 7*). Et ideo dicit: *Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum*. Cum ergo consideraverimus honoris magnitudinem, quam par est præbeamus pro ea remunerationem, ne nobis habitus honor insignis sit nobis vaticum futuri supplicii: a quo utinam (a) liberemur omnes et qui docemus ista et qui discimus, in Christo Jesu Domino nostro, quem decet omnis gloria, honor et adoratio in sæcula sæculorum. Amen.

#### EXPOSITIO IN PSALMUM XII.

1. *In finem Psalmus David. Alius, Pro victoria canticum David. Alius, In victoriam.*

*Usquequo, Domine, oblivisceris me in finem? Alius, Oblivisceris me penitus. Usquequo avertis faciem tuam a me? Alius, Abscondis.*

2. *Quamdiu ponam consilia in anima mea? Alius, Statuam sententias. Dolores in corde meo per diem et noctem. Alius, Sollicitudinem in cogitatione mea per diem.*

1. Non est hoc parvum bonum, sentire Dei oblivionem. Oblivionem autem ne existimes esse affectum, sed derelictionem. Multi certe quibus hoc accidit hoc ipsum neque norunt, neque deflent: hic autem beatus non solum hoc noverat, sed tempus etiam animo reputabat. Illud enim *Usquequo*, est ejus qui magnum tempus ostendit: et ideo deflet ac luget. Tu autem considera quomodo de nulla re terrena, et quæ ad hanc vitam pertineat, angatur, non de pecuniis, non de gloria, sed ubique de Dei benevolentia. Et undenam novit, inquires, Deum esse sui oblitum? Quoniam noverat etiam quando meminerat, et aperte sciebat quid sit oblivio, quid memoria: non quemadmodum vulgus hominum quando sunt divites, quando apud homines gloriam assequuntur, quando eis omnia feliciter succedunt, quando vincunt inimicos, tunc existimant Deum eorum meminisse; et ideo nec sciunt, quando Deus eorum obliviscatur. Qui enim signum memoriæ nesciunt, nec norunt etiam signum oblivionis. Si enim non norunt signa amicitiae, nec inimicitiarum etiam signa norunt. Multorum enim qui hæc habent, Deus obliviscitur, atque adeo eorum ma-

remanserit macula, ea extracta puram mensam ostendant: ita nos quoque faciamus pro balsamo os implentes melodia spirituali: ut si ex saturitate, ulla in anima macula remanserit, eam per illam modulationem abstergamus, et simul omnes stantes dicamus: *Delectasti nos, Domine, in factura tua, et in operibus manuum tuarum exsultabimus (Psal. 91. 5).* Post psalmodiam autem addatur etiam oratio, ut cum anima ipsam quoque domum sanctificemus. Sicut enim qui mimos, et saltatores, et mulieres meretrices introducunt in convivia, dæmones et diabolum illic vocant, et domos suas implent bestis innumeris (hinc certe zelotypiæ, adulteria, stupra, et alia innumera): ita qui vocant David cum cithara, intus Christum per ipsum vocant. Ubi autem est Christus, nullus dæmon quidem ingredi, vel potius ne obiter quidem inspicere ausus fuerit: pax autem, et dilectio, et omnia tamquam ex fontibus bona promanabunt. Illi domum suam faciant theatrum; tu ecclesiam fac tuam domunculam. Ubi enim est psalmus, et oratio, et chorea prophetarum, et pius canentium animus, non aberraverit quisquam qui hunc cœtum dixerit ecclesiam. Etiam si vim verborum non noveris, doce interea ipsum os verba dicere. Sanctificatur enim etiam lingua per verba, quando ea dicuntur prompto et alacri animo. Si nos ipsos deduxerimus ad hanc consuetudinem, nec nostra sponte, nec per socordiam potesturum hoc prætermittemus ministerium, more vel invito nos cogente hunc Dei cultum quotidie peragere. In hac modulatione, seu quis fuerit senio confectus, seu juvenis, seu voce aspera, seu omnis penitus numeri ignarus, nihil ei vitio dabitur. Quod enim hic quaeritur, est sobria anima, mens vigilans, cor compunctum, valida ratio, expurgata conscientia. Si hæc habens, ingressus fueris in sanctum Dei chorum, juxta ipsum David stare poteris. Hic non est opus cithara, neque nervis extensis, neque plectro, nec arte, nec ullis instrumentis: sed si velis, teipsam efficies citharam, cum carnis membra mortificaveris, et animæ cum corpore pulchrum concentum effeceris. Quando enim non concupierit caro adversus Spiritum (*Galat. 5. 17*), sed illius jussis cesserit, et eam tandem duxerit<sup>1</sup> in viam optimam et maxime admirabilem, ita melodiam efficies spiritualem. Non hic opus est arte, quæ longo tempore perficitur: sed bona tantum voluntate, et generoso animi instituto opus est, ac brevi tempore periti evademus. Non opus est loco, non opus est tempore, sed in omni loco, et omni tempore, licet mente canere. Nam sive in foro ambules, sive iter ingrediaris, sive cum amicis consideas, licet excitare animum, licet vel tacenti clamare. Ita etiam Moses clamabat, et Deus audiebat (*Exod. 14. 15*). Et si fueris opifex, poteris in officina sedens et operans psallere. Et si miles sis, aut sedeas in iudicio, poteris hoc ipsum facere.

<sup>1</sup> Si Savilii conjecturæ fides adhibeatur, legendum erit, in secunda persona, *duxeris*.

3. *Gemitus spiritus quis sit.* — Licet etiam sine voce psallere, cum mens intus resonet. Non enim hominibus canimus, sed Deo, qui potest vel corda audire, et in mentis nostræ arcana ingredi. Hoc quoque Paulus ostendens vociferatur, dicens: *Ipse Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus, quod secundum Deum postulet pro sanctis* (Rom. 8. 26. 27). Hoc autem dicebat, non quod Spiritus gerneret, sed quod viri spirituales, qui habent dona Spiritus, pro propinquis orantes, et supplicationes offerentes, hoc facerent cum compunctione et gemitibus. Hoc nos quoque faciamus, et quotidie Deum interpellemus per psalmos et orationes. Ne autem verba solum offeramus, sed ipsam etiam sciamus vim dictionum, agnoscimus ipsum hujus Psalmi proœmium in medium adducamus. Quod est ergo proœmium? *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus.* Hic est mos amantium, amorem silentio non relare, sed enuntiare vicinis, et dicere se amare. Ardens enim res est natura dilectionis, nec potest anima sustinere, ut eam silentio teneat. Et ideo amans quoque Paulus dicebat Corinthiis: *Os nostrum ad vos apertum est, Corinthii* (1. Cor. 6. 11): hoc est, Non possum continere, et silentio premere dilectionem, sed vos semper et ubique, et in mente et in lingua circumfero. Ita etiam hic beatus Deum amans, et ardens amore, non potest in animum inducere ut lateat, sed aliquando quidem dicit: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus.* Aliquando autem *Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo. Sicut ad te anima mea, sicut terra inaccessa, sine aqua, et deserta* (Psal. 62. 1). Ita enim dixit alius interpres. Quoniam enim non potest oratione amorem ostendere, huc et illuc obit quærens exemplum, ut vel ea ratione nobis suum amorem indicet, et amoris nos faciat participes. Ei ergo credamus, et sic amare ediscamus.

*Amare Deum possumus, etsi non videamus.* — Nec dicat mihi quispiam: Et quomodo possumus amare Deum, quem non video? Multos enim amamus, licet eos non videamus, quemadmodum amicos nostros peregre profectos, vel filios, vel parentes, vel cognatos necessarios: nec ad id ullum affert nobis impedimentum quod eos non videamus, imo vero hoc ipsum magis accendit amorem, et auget desiderium. Et ideo de Mose quoque dicens Paulus, quod relictis thesauris et opibus, regni que claritate, et omni alio in Ægypto splendore, maluit cum Judæis affligi: deinde nos causam docens, quod hæc omnia faceret propter Deum, adjecit: *Invisibilem enim tamquam videns sustinuit* (Hebr. 11. 25 - 27). Non vides Deum, sed vides ejus creaturas, vides ejus opera, cælum, terram, et mare. Qui autem diligit, si dilecti opus viderit, si calceum, si vestem, si quodvis aliud, accenditur. Non vides Deum, sed vides ejus fantulos, amicos, viros, inquam, sanctos, et qui habent apud eum fiduciam. Illos nunc observa et cole, et habebis non leve solatium tui desiderii. Etenim in hominibus non so-

lum nostros amicos, sed eos etiam qui ab illis amantur, amare consuevimus. Et si dixerit quispiam ex iis qui amantur a nobis, Hunc vel illum diligo, et si is beneficio aliquo fuerit affectus, ego me beneficium accepisse existimo: omnia facimus et procuramus, ut perinde ac si dilectum videremus, ita omne in eum studium ostendamus. Hoc ipsum in Christo quoque præclare facere possumus. Dixit: Diligo pauperes: et si ii boni aliquid acceperint, perinde ac si ipse recepissem, reddo remunerationem (Math. 19. 21). Pro eis colendis et sublevandis nihil non faciamus: imo vero in ipsos omnes nostras facultates effundamus, credentes per ipsos Deum alere. Quod enim dum ii aluntur, ipse alitur, audi quid dicat Christus: *Esuriens me vidistis, inquit, et aluistis: sitientem, et potum dedistis: nudum, et me operuistis* (Math. 25. 35. 36): multasque dedit nobis rationes quibus possimus nostrum solari desiderium.

*Amorem tria conciliant. Pulchritudo Dei.* — Jam vero alias quoque tria sunt quæ amorem apud nos efflicere consueverunt, forma corporis, magnitudo beneficii, vel quod ab eo amemur. Unumquodque enim eorum per se potest in nobis amorem procreare. Etsi enim nullum beneficium ab aliquo acceperimus, solum autem audiamus, eum nos perpetuo amare, ut qui nos laudet et admiretur, ei confestim conglutinamur, et eum tamquam benefactorem diligimus: in Deo autem non hoc solum, sed hæc etiam tria videre licet tanta, et tam insignia, ut nulla ea possit explicare oratio. Et primum pulchritudo illius beatæ, et ab interitu alienæ naturæ, res est quædam infinita, et nulla ratione superabilis<sup>2</sup>, quæ omnem excedit rationem, et omnem effugit cogitationem. Quando autem pulchritudinem audiveris, nihil corporeum suspiceris, o dilecte, sed gloriam quamdam incorpoream, et magnificentiam ineffabilem.

4. Hanc itaque declarans propheta dicebat: *Et Seraphim stabant in circuitu ejus, et duabus quidem pennis vultum tegebant, duabus vero tegebant pedes, duabus autem volabant et clamabant, Sanctus, Sanctus, Sanctus* (Isai. 6. 2. 3), ex stupore, ex admiratione, ex illo decore, ex gloria. Et rursus David cum mente apprehendisset hanc ipsam beatæ illius naturæ pulchritudinem, et gloriam obstupisset, dicebat: *Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime, specie tua et pulchritudine tua* (Psal. 44. 4. 5). Propterea Moses illum sæpe cupiebat videre, hoc amore sauciatus, et illam amans gloriam (Exod. 33. 13). Quocirca dicebat quoque Philippus: *Ostende nobis Patrem, et sufficit nobis* (Joan. 14. 3). Vel potius quæcumque dixerimus, ne parvum quidem, imo ne exile quidem vestigium illius decoris poterimus explicare. Sed vis beneficia enumeremus? Ne ea quidem poterit oratio consequi. Et ideo dicebat Paulus: *Gratia autem Domino propter donum ejus inenarrabile* (2. Cor. 9. 15). Et rursus: *Quæ oculus non vidit, et auris non au-*

<sup>2</sup> Hæc voces, et nulla ratione superabilis, desunt in uno Codice apud Savil.



γ'. Ἐξεστι καὶ χωρὶς φωνῆς ψάλλειν, τῆς διανοίας ἔνδον ἠχοῦσης. Οὐ γὰρ ἀνθρώποις ψάλλομεν, ἀλλὰ Θεῷ τῷ δυναμένῳ καὶ καρδίας ἀκοῦσαι, καὶ εἰς τὰ ἀπόρρητα τῆς διανοίας ἡμῶν εἰσελθεῖν. Καὶ ταῦτα Παῦλος ἐνδεικνύμενος βοᾷ, λέγων· *Αὐτὸ τὸ Πνεῦμα ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμαῖς ἀλαλήτοις. Ὁ δὲ ἐρευνῶν τὰς καρδίας, εἶδε τί τὸ φρόνημα τοῦ Πνεύματος, ὅτι κατὰ Θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἁγίων.* Τοῦτο δὲ ἔλεγεν, οὐκ ἐπειδὴ τὸ Πνεῦμα ἐστέναζεν, ἀλλ' ἐπειδὴ οἱ πνευματικοὶ ἄνδρες, οἱ τὰ χαρίσματα τοῦ Πνεύματος ἔχοντες, ὑπὲρ τῶν πλησίων εὐχόμενοι, καὶ τὰς ἱκετηρίας ἀναφέροντες, μετὰ κατανύξεως καὶ στεναγμῶν τοῦτο ἐποίουν. Τοῦτο καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐντυγχάνομεν τῷ Θεῷ διὰ τῶν ψαλμῶν καὶ εὐχῶν. Ἴνα δὲ μὴ τὰ ῥήματα μόνον προσφέρωμεν, ἀλλὰ τὴν δύναμιν αὐτὴν εἰδῶμεν τῶν βήσεων, φέρε, τὸ προοίμιον αὐτὸ τοῦ ψαλμοῦ εἰς μέσον ἀγάτωμεν. Τί οὖν ἐστὶ τὸ προοίμιον; *Ὁν τρόπον ἐπιποθεὶ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεὶ ἡ ψυχὴ μου πρὸς σέ, ὁ Θεός.* Τοιοῦτον τῶν ἐρώντων τὸ ἔθος, μὴ κατέχειν σιγῇ τὸν ἔρωτα, ἀλλ' εἰς τοὺς πλησίον ἐκφέρειν, καὶ λέγειν ὅτι φιλοῦσι. Θερμὸν γὰρ τι πρᾶγμα τῆς ἀγάπης ἢ φύσις, καὶ σιγῇ στέγειν αὐτὴν οὐκ ἂν ἀνεχόμην ἢ ψυχῇ. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἔλεγε Κορινθίους φιλῶν· *Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέφηε πρὸς ὑμᾶς, Κορινθιοί·* τούτέστι, Στέγειν καὶ σιγῇ κατέχειν τὴν ἀγάπην οὐ δύναμαι, ἀλλὰ διὰ παντὸς ὑμᾶς, καὶ πανταχοῦ, καὶ ἐπὶ τῆς διανοίας, καὶ ἐπὶ τῆς γλώττης περιφέρω. Οὕτω καὶ ὁ μακάριος οὗτος φιλῶν τὸν Θεόν, καὶ καιόμενος ἐν τῷ φιλεῖν, οὐκ ἀνέχεται σιγᾷ, ἀλλὰ ποτὲ μὲν φησιν· *Ὁν τρόπον ἐπιποθεὶ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεὶ ἡ ψυχὴ μου πρὸς σέ, ὁ Θεός·* ποτὲ δὲ· *Ὁ Θεός, ὁ Θεός μου, πρὸς σέ ἐρρηρίζω.* Ἐδίψησέ σε ἡ ψυχὴ μου, ὡς γῆ ἄβατος καὶ ἄρυστρος καὶ ἔρημος<sup>α</sup>. Οὕτω γὰρ ἕτερος τῶν ἐρμηνευτῶν εἶπεν. Ἐπειδὴ γὰρ λόγος παραστήσαι τὸν ἔρωτα οὐκ ἰσχύει, περιέρχεται ζητῶν ὑπόδειγμα, ἵνα καὶ οὕτω τὸ φίλτρον ἡμῖν ἐνδείξηται, καὶ κοινωνοῦς ποιήσῃ τοῦ ἔρωτος. Πειθόμεθα τοίνυν αὐτῷ, καὶ μάθωμεν οὕτως ἔρᾶν.

Καὶ μὴ μοι λεγέτω τις· Καὶ πῶς δύναμαι φιλεῖν τὸν Θεόν ὃν οὐ βλέπω; Καὶ γὰρ πολλοὺς οὐχ ὁρῶντας φιλοῦμεν, οἷον τοὺς ἐν ἀποδημίᾳ φίλους ὄντας ἡμῖν, ἢ πατέρας καὶ πατέρας, ἢ συγγενεῖς καὶ οἰκεῖους· καὶ οὐδὲν γίνεται κώλυμα ἐκ τοῦ μὴ ὁρᾶν, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο μάλιστα ἐκκαίει τὸ φίλτρον, αὔξει τὸν πόθον. Διὰ τοῦτο καὶ περὶ Μωϋσέως λέγων ὁ Παῦλος, ὅτι καταλιπὼν θησαυροὺς, καὶ πλοῦτον, καὶ βασιλείας περιφάνειαν, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν λαμπρότητα τὴν ἐν Αἰγύπτῳ, εἴλετο μετὰ τῶν Ἰουδαίων κακοῦχεῖσθαι· εἶτα τὴν αἰτίαν ἡμᾶς διδάσκων, ὅτι δὴ ταῦτα πάντα ἐποίησε διὰ τὸν Θεόν, προσέθηκε· *Τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρει.* Οὐχ ὁρᾶς τὸν Θεόν, ἀλλ' [135] ὁρᾶς τὰ δημιουργήματα, ὁρᾶς αὐτοῦ τὰ ἔργα, οὐρανόν, καὶ γῆν, καὶ θάλατταν. Ὁ δὲ φιλῶν, καὶ ἔργον ἴδῃ τοῦ φιλομένου, καὶ ὑπόδημα, καὶ νημάτιον, καὶ ὅτι οὖν ἕτερον, διαθερμαίνεται. Οὐχ ὁρᾶς τὸν Θεόν, ἀλλ' ὁρᾶς αὐτοῦ τοὺς οἰκέτας, τοὺς φίλους, τοὺς ἁγίους

ἄνδρας λέγω καὶ παῖδας ἔχοντας. Θεράπευσον ἐκείνους νῦν, καὶ ἔξεις τοῦ πόθου παραμυθίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν. Καὶ γὰρ ἐπ' ἀνθρώπων. οὐχὶ τοὺς φίλους ἡμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπ' ἐκείνων φιλομένους φιλεῖν ἐκίθημεν. Κἂν εἴπη τις τῶν ἐρωμένων τῶν ἡμετέρων, ὅτι τὸν δεῖνα φιλῶ, καὶ ἐκείνός τι πάθῃ χρηστὸν, ἐγὼ τῆς εὐεργεσίας ἀπολαύειν νομίζω πάντα ποιούμεν καὶ πραγματευόμεθα, ὥσπερ αὐτὸν τὸν ἐρώμενον ὁρῶντες, οὕτω πᾶσαν περὶ ἐκείνου ἐπιδείξασθαι σπουδὴν. Ἐξεστι τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ κατορθῶσαι νῦν. Εἶπεν, ὅτι τοὺς πένητας φιλῶ· καὶ οὗτοί τι πάθωσιν ἀγαθόν, ὡς αὐτὸς ἀπολελαυκῶς, οὕτως ἀποδίδωμι τὴν ἀμοιβήν. Πάντα ποιήσωμεν ὑπὲρ τῆς εἰς αὐτοὺς θεραπείας· μᾶλλον δὲ πάντα τὰ ὄντα κενώσωμεν εἰς αὐτοὺς, πιστεύοντες διὰ τοῦτον τὸν Θεὸν τρέφειν. Ὅτι γὰρ αὐτὸς τρέφεται τοῦτων τρεφομένων, ἀκουσον τοῦ Χριστοῦ τί φησι· *Παιῶντά με γὰρ εἶδετε, φησι, καὶ ἐθρῆψατε· διψῶντα, καὶ ἐποτίσατε· γυμνόν, καὶ περιεβάλετε·* καὶ πολλὰς ἡμῖν ἔδωκεν ἀφορμὰς τοῦ παραμυθεῖσθαι τὸν πόθον τὸν ἡμέτερον.

Ἄλλως δὲ τὸν ἔρωτα τὸν παρ' ἡμῖν τρία ταῦτα ποιεῖν εἴθωεν, ἢ εὐμορφία σώματος, ἢ εὐεργεσίας μέγεθος, ἢ τὸ φιλεῖσθαι παρ' αὐτοῦ. Τοῦτων γὰρ ἕκαστον αὐτὸ καθ' ἑαυτοῦ δύναται ἐμποιεῖν φίλτρον ἡμῖν. Κἂν γὰρ μηδὲν ὦμεν εὐ παθόντες παρά τινος, ἀκούομεν δὲ, ὅτι φιλῶν ἡμᾶς διατελεῖ, ἐπαινῶν ἡμᾶς, καὶ θαυμάζων, εὐθέως αὐτῷ συγχολώμεθα, καὶ στέργομεν ὡς εὐεργέτην· ἐπὶ τοῦ Θεοῦ δὲ οὐχὶ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τρία ταῦτα ἔστιν ἰδεῖν μεθ' ὑπερβολῆς τοσαύτης, ὅσην οὐδὲ λόγος παραστήσαι δύνησεται. Καὶ πρῶτον, τὸ κάλλος τῆς μακαρίας ἐκείνης καὶ ἀκηράτου φύσεως, ὅτι ἀμήχανον οὕτω πῶς ἐστὶ καὶ ἀμαχον<sup>β</sup>, καὶ πάντα ὑπερβαῖνον λόγον, καὶ πᾶσαν ἐκφεύγον διάνοιαν. Κάλλος δὲ ὅταν ἀκούσης, μηδὲν σωματικὸν ὑποπτεύσης, ἀγαπητὲ, ἀλλὰ ἀσώματόν τινα δόξαν καὶ μεγαλοπρέπειαν ἄφραστον.

δ. Ταύτην οὖν ὁ προφήτης ἐκφαίνειν ἔλεγε· *Καὶ τὰ Σεραφείμ εἰστήκεισαν κύκλω αὐτοῦ, καὶ ταῖς μὲν δυοῖ πετέριξι κατεκάλυπτον τὸ πρόσωπον, ταῖς δὲ δυοῖν ἐπέτορτο, καὶ ἔκραζον<sup>γ</sup>, Ἄγιος, ἄγιος, ἄγιος, ἀπὸ τῆς ἐκπλήξεως, ἀπὸ τοῦ θαύματος, ἀπὸ τῆς εὐπρεπείας ἐκείνης, ἀπὸ τῆς δόξης. Καὶ πάλιν ὁ Δαυὶδ κατανοήσας αὐτὸ τοῦτο τὸ κάλλος, καὶ τὴν δόξαν ἐκπλαγῆς τῆς μακαρίας ἐκείνης φύσεως, ἔλεγε· *Περίξωσαι τὴν ρομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρὸν σου, δυνατὲ, τῇ ὠραιότητί σου καὶ τῷ κάλλει σου.* Διὰ τοῦτο καὶ Μωϋσῆς ἐπεθύμει πολλάκις αὐτὸν ἰδεῖν, τῷ φίλτρῳ τρωθεὶς τούτῳ, καὶ τῆς δόξης ἐκείνης ἔρων. Διὰ τοῦτο καὶ Φίλιππος ἔλεγε· *Δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα, καὶ [136] ἀρκεῖ ἡμῖν.* Μᾶλλον δὲ ὅσα ἂν εἴπωμεν, οὐδὲ μικρὸν, οὐδὲ ἀμυδρὸν ἔχοντες τι τῆς εὐπρεπείας ἐκείνης παραστήσαι δύνησόμεθα. Ἄλλ' οὐδὲ ταῦτας λόγος παραστήσαι δύνησεται. Διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος ἔλεγε· *Χάρις δὲ τῷ Κυρίῳ ἐπὶ τῇ ἀνεκδιηγήτῳ αὐτοῦ δωρεᾷ.* Καὶ πάλιν· *Ἄ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὐς οὐκ ἤκουσε,**

<sup>α</sup> Ὡς γῆ ἄβατος... ἔρημος. Quis interpres ita verterit ignoratur.

<sup>β</sup> Καὶ ἀμαχον deest in uno cod. apud Savil.

<sup>γ</sup> In editionibus τῶν Ὁ' ἐπέταντο, καὶ ἐκέκραγεν legitur.

καὶ ἐπὶ καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἀ ἠτολμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Καὶ πάλιν· Ὁ βάθος πλούτου, καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως Θεοῦ! ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρῖματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ! Ἄλλα τὸ φίλον δὲ περὶ ἡμᾶς ἐπεδείξατο ποῖος παραστήσει λόγος; Τοῦτο γοῦν ἐκπληττόμενος ὁ Ἰωάννης ἔλεγεν· Οὔτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὅτι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν. Εἰ δὲ βούλλι καὶ ἀκοῦσαι αὐτοῦ τῶν βρῦμάτων, καὶ τὸν πόθον μαθεῖν, ἀκουσον τί φησι διὰ τοῦ προφήτου· Μὴ ἐπιλήσεται γυνὴ τοῦ ἐλεῆσαι τὰ ἐκγόνα τῆς κοιλίας αὐτῆς; Εἰ δὲ καὶ ἐπιλάθοιτο ταῦτα γυνή, ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐπιλήσομαι σου. Καὶ καθάπερ οὗτος ἔλεγεν· Ὁν τρόπον ἐπιποθεὶ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεὶ ἡ ψυχὴ μου πρὸς σέ, ὁ Θεός· οὔτω καὶ ὁ Χριστός φησι· Ὁν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ ἑαυτῆς νεοσσία, οὕτως ἐθέλησα ἐπισυνάξει τὰ τέκνα ὑμῶν, καὶ οὐκ ἐθελήσατε. Καὶ πάλιν, Καθὼς οἰκτερεῖ πατὴρ υἱούς, οὕτως ᾤκτειρῆσε Κύριος τοὺς φοβουμένους αὐτόν· καὶ πάλιν, Ὅτι κατὰ τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τῆς γῆς ἐκρυπταίωσεν Κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν. Καὶ καθάπερ ὁ προφήτης ὑπόδειγμα ζητεῖ, ἵνα τὸν πόθον ἐνδείξηται τὸν ἑαυτοῦ· οὔτω καὶ ὁ Θεὸς ὑποδείγμασι τοῖς κέχρηται, ἵνα ἡμῖν δηλώσῃ τὸν ἔρωτα, ὃν περὶ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἔχει. Καὶ ὁ μὲν προφήτης ἔλαφον εἶπε διψῶσαν, καὶ γῆν ἐκκεκαυμένην· ὁ δὲ Θεὸς ὄρνιθον περὶ νεοττοὺς φιλοστοργίαν, καὶ πατέρων κηδεμονίαν, καὶ ὕψος οὐρανοῦ ἀπὸ γῆς, καὶ εὐσπλαγχνίαν μητέρων, οὐκ ἐπαίδῃ τοσοῦτον φιλεῖ μόνον, ὅσον μήτηρ παῖδα, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτων τῶν βρωμ, καὶ τῶν κανόνων καὶ ὑποδείγματων οὐκ ἔστι παρ' ἡμῖν ἕτερα μείζονα φιλίας τεκμηρία. Ἐπεὶ οὐ τοσοῦτον φιλεῖ ἡμᾶς μόνον, ὅσον παιδία μήτηρ φιλόστοργος, ἀλλὰ πολλῶ πλεον, ἀκουσον τί φησι· Εἰ γὰρ καὶ ἐπιλάθοιτο, φησί, γυνὴ τῶν ἐκγόνων αὐτῆς, ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐπιλήσομαι σου. Τοῦτο δὲ ἔλεγε δεῖκνύς, ὅτι πάσης φιλοστοργίας θερμότερος ὁ περὶ ἡμᾶς αὐτοῦ πόθος ἐστίν. Ταῦτα δὲ πάντα συλλέγων ἀναλογίζου πρὸς ἑαυτὸν, καὶ θερμὸν ἐργάση τὸν ἔρωτα, καὶ λαμπρὰν ἀνάψεις τὴν φλόγα. Ἐπεὶ οὖν τὰς φιλίας καὶ ἐφ' ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν οὕτως ἔκκαλειν εἶωθεν, ὡς τὸ μεμνησθαὶ τῶν εὐεργεσιῶν, ὧν ἀπελαύσαμεν· καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τοῦτο ποιῶμεν.

Ἀναλογισώμεθα πόσα δι' ἡμᾶς ἐποίησεν, αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, τὴν γῆν, τὴν θάλατταν, τὸν ἀέρα, τὰ ἐν τῇ γῆ φυτὰ, καὶ ἄνθη τὰ ποικίλα, καὶ κτήνη, καὶ ἔρπετά, τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ, τὰ ἐν ἀέρι μέσφ, τὰ ἄστρα εἰς τὸν οὐρανῶ, τὸν ἥλιον, τὴν σελήνην, τὰ ὀρώμενα ἀπλῶς ἅπαντα, τὰς ἀστραπάς, τῶν ὠρῶν τὴν εὐταξίαν, ἡμέρας καὶ νυκτὸς διαδοχὴν, τὰς [137] ἐτησίους τροπὰς. Ψυχὴν ἐνέπνευσε, λόγον ἐχαρίσατο, ἀρχὴν τετίμηκε μεγίστην. Ἀγγέλους ἀπέστειλε, πρῶφητας ἐπεμψεν, ὑπερον τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ. Καὶ μετ' ἐκείνα πάλιν καὶ οὕτως παρακαλεῖ καὶ δι' ἑαυτοῦ καὶ διὰ τοῦ μονογενοῦς Πατρὸς, ἵνα σὺ σωθῆς· καὶ οὐ παύεται Παῦλος πρεσβεύων, Ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν, δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλα-

λήγητε τῷ Θεῷ. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἴστη, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς φύσεως τῆς σῆς; λαβίων ἀπαρχὴν, Ἐκάθισεν ἄνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. Ἀληθῶς εὐχαιρον γύνειπει· Τίς λαλήσει τὰς δυνατείας τοῦ Κυρίου, ἀκουστάς ποιήσει πάσας τὰς αἰτέσεις αὐτοῦ; Κάκεινο πάλιν· Τί ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων, ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; Τί γὰρ ταύτης ἴσον γένοιτ' ἂν τῆς τιμῆς, ἀλλ' ἢ ὅταν ἡ ἀπαρχὴ τοῦ γένους ἡμῶν τοῦ τοσαῦτα προσκεκροκότος, τοῦ ἠτιμωμένου, ἐν ὕψει τοσοῦτῳ κἀθήται, καὶ τοσαύτης ἀπολαύῃ τιμῆς; Μὴ τὰς κοινὰς δὲ μόνον εὐεργεσίας, ἀλλὰ καὶ τὰς ἰδίας ἀνάλεγε, ὅλον εἴ ποτε συκοφαντιᾷ περιπεσὼν ἀπληθύνῃ τῆς κατηγορίας· εἴ ποτε ἄωρῃ καὶ μεσουκτιῶ λησταῖς περιτυχῶν, διέφυγες ἐκείνων τὰς ἐπιβουλὰς· εἴ ποτε ζημίαν ἐπινεχθεῖσαν ἀπεδώσω· εἴ νοσήματι περιπεσὼν χυλεπῶ παραμυθίας ἔτυχες.

ε'. Πάντα ἀνάλεγε τὰ παρὰ πᾶσαν σου τὴν ζωὴν γινόμενα εὐεργετήματα τοῦ Θεοῦ, καὶ πολλὰ πάντως; ἐρρήσεις, οὐ παρὰ πᾶσαν τὴν ζωὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ· καὶ εἰ ἐβούλετο ὁ Θεὸς πάσας τὰς καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐεργεσίας, ἃς ἡμᾶς εὐεργετεῖ, ἀγνωσῶντων ἡμῶν καὶ οὐκ εἰδόντων, εἰς μέσον τιθέναι, οὐδ' ἂν ἀριθμῆσαι αὐτὰς δύνηθεῖμεν. Πόσοι δαίμονες εἰς τὸν ἀέρα φέρονται τοῦτον; πόσοι ἐναντία δυνάμεις; Εἰ μόνον ἐπέτρεψεν αὐτοῖς τὴν ὄψιν τὴν ἑαυτῶν δεῖξαι τὴν φοβερὰν ἐκείνην καὶ ἀτερπῆ, οὐκ ἂν ἐξέστημεν; οὐκ ἂν ἀπολώμεθα; οὐκ ἂν διεφθάρημεν; Ταῦτα δὴ πάντα ἀναλογιζόμενοι, καὶ τὰ ἀμαρτήματα ἑαυτῶν, ὅσα ἐκόντες, ὅσα ἀγνωσῶντες σφαλλόμεθα <sup>a</sup> (καὶ γὰρ καὶ τοῦτο οὐ μικρὸν εἰς εὐεργεσίας λόγον, μὴ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπεξίεναι τὸν Θεὸν τοῖς πλημμελήμασι τοῖς ἡμετέροις), δυνησώμεθα φιλεῖν τὸν Θεόν. Ὅταν γὰρ ἐνοήσης, ὅσα καθ' ἑκάστην ἀμαρτάνεις τὴν ἡμέραν, ὅσα καθ' ἑκάστην εὐεργετῆ τὴν ἡμέραν, ὅσα ἀπολαύεις μακροθυμίας, ὅσα ἀνέσεως, καὶ ὅτι εἰ καθ' ἑκάστην ὁ Θεὸς ἐπέσθῃ <sup>b</sup>, οὐδὲ βραχύν ἂν ἔξῃσας χρόνον (κατὰ τὸν Προφήτην τὸν λέγοντα· Ἐὐν ἀνομίας παρατηρήσης, Κύριε, Κύριε, τίς ὑποστήσεται); αὐτῷ χάριτας εἰση, καὶ ἐπ' οὐδενὶ δυσχερανεῖς τῶν προσπιπτόντων· ἀλλ' ὄψῃ, ὅτι κἂν μυρία πάθῃς, οὐδέποτε τὴν ἀξίαν ἀπέδωκας [138] δίκην, καὶ οὔτω διακείμενος πολὺν τὸν πόθον ἀνάψεις, καὶ δυνησῇ κατὰ τὸν προφήτην λέγειν· Ὁν τρόπον ἐπιποθεὶ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεὶ ἡ ψυχὴ μου πρὸς σέ, ὁ Θεός. Ἄξιον δὲ ἐξετάσαι, τί δὴποτε τοῦτο τὸ ζῶον εἰς μέσον παρήγαγε. Διψάλεον πῶς ἐστὶν ἡ ἔλαφος, καὶ διὰ τοῦτο συνεχῶς τρέχει ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων. Διψάλεον δὲ γίνεται καὶ ἀπὸ τῆς φύσεως καὶ ἀπὸ τοῦ τοῦς ὄφεις κατεσθίειν, καὶ τοῖς ἐκείνων ἐρέφεσθαι σώμασι. Καὶ σὺ τοίνυν τοῦτο ποιήσον· τὸν νοσητὸν ὄψιν κατάφαγε· ἐδάρισον τὴν ἀμαρτίαν, καὶ δυνησῇ διψᾶν τὸν τοῦ Θεοῦ πόθον. Καθάπερ γὰρ τὸ πονηρὸν συνείδος βυπαροῦς ἡμᾶς ἐργάζεται, καὶ εἰς ἀπόγκωσιν ἡμᾶς ἐμβάλλει· οὔτως, ἂν ἐσαφίσωμεν

<sup>a</sup> Cod. Reg. Paris., — εἰ ὅσα ἐκόντες, ὅσα ἀγνωσῶντες τὸ πάσχοντες, καὶ τὰ ἀμαρτήματα ἑαυτῶν.

<sup>b</sup> Morel. et Montf. ἐπέσθῃ. E Savil. dedimus ἐπέσθῃ, Εθ.

divit, et in cor hominis non ascenderunt, quæ Deus præparavit iis qui ipsum diligunt (1. Cor. 2. 9). Et rursus : *O altitudo divitiarum, et sapientiæ, et scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt judicia ejus, et imperestigabiles viæ ejus (Rom. 11. 33)!* Ejus autem in nos amorem quam explicavit oratio? Eum certe admirans dicebat Joannes : *Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum daret unigenitum (Joan. 3. 16).* Quod si vis ejus verba audire, et cognoscere desiderium, audi quid dicat per prophetam : *Numquid obliviscetur mulier misereri natorum uteri sui? Quod si eorum etiam obliviscatur mulier, ego tamen non obliviscar tui (Isai. 49. 15).* Et sicut hic dicebat : *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus : ita etiam dicit Christus : Quemadmodum congregat gallina pullos suos, ita volui congregare filios vestros, et nolulistis (Math. 23. 37).* Et rursus : *Sicut miseretur pater filiorum suorum, misertus est Dominus eorum qui ipsum timent (Psal. 102. 13).* Et rursus : *Quoniam secundum altitudinem cæli a terra confirmavit Dominus misericordiam suam super timentes ipsum (Ibid. v. 11).* Et quemadmodum propheta exemplum quærit ut suum ostendat desiderium : ita etiam Deus utitur quibusdam exemplis, ut significet nobis suum amorem nostræ salutis. Et propheta quidem dixit cervam sitiientem, et terram adustam : Deus autem gallinarum in pullos caritatem, et patrum curam ac sollicitudinem, et cæli a terra altitudinem, et matrum viscera, non quod solum tantum amet, quantum mater filium, sed quoniam his definitionibus, regulis, et exemplis non sunt apud nos alia majora signa et argumenta amicitæ. Nam quod nos non solum tantum amet, quantum mater pia filios, sed etiam multo magis, audi quid dicit : *Quod si etiam oblita fuerit mater filiorum suorum, ego tamen tui non obliviscar (Isai. 49. 15).* Hoc autem dicebat significans, suam in nos desiderium esse omni caritate naturali ardentius. Hæc autem omnia apud teipsum considera, et amorem vehementem accendes, clamorque flammam resplendentem caritatis efficies. Quoniam ergo nihil apud nos homines æque solet accendere amicitiam, ut assidue meminisse beneficiorum quæ accepimus : hoc etiam in Deo faciamus.

*Beneficia Dei in nos.* — Apud nos consideremus quæcumque fecit propter nos, ipsum cælum, terram, mare, aerem : quæ in terra sunt, arbores, varios flores, jumenta, reptilia : ea quæ sunt in mari : quæ in aere medio : astra quæ sunt in cælo, solem, lunam, et ut semel dicam, omnia quæ videntur, fulgura, temporum pulchrum ordinem, diei et noctis successionem, annuas conversiones. Animam inspiravit, rationem donavit, maximo honoravit imperio. Misit angelos, misit prophetas, postea Filium suum unigenitum. Et post illa rursus ipse quoque et per se et per Filium unigenitum hortatur ut tu serveris; nec cessat Paulus in hodiernum usque diem dicere : *Pro Christo legatione fungimur, neque Deo per nos hortante, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo (2. Cor. 5. 20).* Et ne hic quidem constitit, sed ex tua natura

acceptas primitias *Considerare fecit super omnem principatum, potestatem, et dominatum, et omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro (Ephes. 1. 21).* Nunc vero est opportunum dicere : *Quis loquetur potentias Domini, et auditas nectet omnes laudationes ejus (Psal. 105. 2)?* Et illud rursus : *Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi (Psal. 115. 12)?* Quid enim potest cum hoc honore conferri, nisi quando primitiæ generis nostri, quod in tam multis offendit, quod ignominia et dedecore est affectum, in tanta sedent altitudine, tantoque honore nunc fruuntur? Nec vero communia solum beneficia, sed etiam propria et privata apud te reputa, quemadmodum si quando fuisses delatus per calumniam, absolutus esses ab accusatione: si quando cum media et intempesta nocte incidisses in latrones, effugisses illorum insidias: si quando ex damno tibi illato te expeditivisses: si cum in morbum gravem incidisses, recreatus esses.

5. Reputa quæ per totam tuam vitam accepisti a Deo beneficia, omnino ea permulta invenies, non solum in tota vita, sed vel in uno die: si vellet Deus omnia beneficia, quibus nos quotidie afficit, imprudentibus nobis et nescientibus, in medium afferre, ne ea quidem enumerare possemus. Quot demones feruntur per hunc aerem? quot adversæ potestates? Si ergo eis solum permetteret terribilem illum suum et horrendum aspectum nobis ostendere, annon mente dimoveremur? annon periremus? annon omnino interiremus? Hæc omnia reputantes, nec non peccata quæcumque vel sponte, vel inscientes admittimus<sup>1</sup> (nam hoc quoque non est parvum reputandum beneficium, quod non singulis diebus Deus nostra ulciscatur delicta), poterimus Deum diligere. Quando enim cogitaveris quot peccata quotidie committis, et quot singulis diebus beneficia accipis, quanta Dei lenitate et clementia frueris, et quod si Deus voluisset quotidie de tuis peccatis pœnas sumere, ne brevi quidem tempore vixisses, (prout dicit propheta : *Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit [Psal. 129. 3]?*) ei ages gratias, et nihil erit tibi grave ac molestum eorum quæ acciderint: sed videbis, te etiamsi innumera longe graviora accidissent, nondum tamen dedisse pœnas quas merueras: et ita affectus magnum accendes desiderium, et poteris dicere cum propheta : *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus.* Est autem operæ pretium quærere, quamvis de causa hoc animal in medium adduxerit. Cervus est sitibundus, et ideo frequenter currit ad fontes aquarum. Efficitur autem sitibundus et a natura, et ex eo quod serpentes comedat, et illorum alatur corporibus. Ergo tu hoc quoque fac: serpentem intelligibilem comede; peccatum humi prosterne, et poteris sitire Dei desiderio. Quemadmodum enim mala conscientia efficit nos sordidos, et adducit nos ad desperationem: ita, si nostra

<sup>1</sup> Hic, teste Savilio, in Codice Regio Paris. legitur, *quæcumque sponte, quæcumque ignorantes beneficii uccipimus, et peccata nostra.*

peccata humi prostraverimus, si improbitatem expurgaverimus, poterimus respicere ad spirituale desiderium, cum magna animi alacritate Deum vocare, et vehementiorem amorem accendere, nec verbis solum, sed etiam factis hoc responsum succinere. Propterea enim psalmos nobis cecinit ille beatus, vel potius gratia Spiritus, non ut verba tantum dicamus, sed eos factis quoque meditemur. Ne ergo existimes te propterea huc ingredi, ut verba tantum dicas, sed ut quando succinis, responsum illud pacta conventa esse arbitraris. Quando enim dixeris: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus*: cum Deo pactum fecisti, scripsisti syngrapham absque charta et atramento, voce professus te ipsum diligere plus omnibus, et nihil ei præferre, ejusque amore ardere. Si ergo egressus videris formosam aliquam et impudicam mulierem te inescantem, et ad sui amorem pellicientem, dic ei: Non possum te sequi, cum Deo pactum feci, et præsentibus fratribus, sacerdotibus, doctoribus, professus sum et promisi per responsum illud, me eum ita diligere, *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum*. Vereor pacta conventa transgredi, illum unum deinceps amorem meditor. Si videris argentum in foro situm, aut vestes aureas, alios gloriose incedentes, stipatos famulis, et habentes equos frenis auratis, ne te moveat illa pompa, sed tibi rursus cane, et dicitur animæ: Paulo ante cecinimus, *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus*; et quod scriptum est nobis attribuimus, idque nostrum esse fecimus. Nihil ergo amemus eorum quæ ad hanc vitam pertinent, ut ille amor nobis purus maneat et integer, et ne divisus fiat imbecillior. Hæc divitiæ omnes divitias, omnem thesaurum, omnem gloriam, omnem existimationem, omnem claritatem nobis largiri poterunt. Eas obtineamus, et nulla re alia egebimus. Si enim qui turpi amore tenentur, et alicujus puellæ, sæpe etiam deformis, ardore incenduntur, nec parentum minas, nec amicorum convicia, nec aliorum multorum quidpiam curant reprehensionem, sed ad illam tamquam ad scopum tendentes, et domum despiciunt, et paternam hereditatem, gloriam et existimationem, amicorumque adhortationes contemnuunt, æstimantes se magnam habere circa hæc omnia consolationem, si apud amicam tantum in pretio et honore fuerint, licet vilis, famosa, et quæcumque ea fuerit: qui Deum ut oportet diligunt, sentientne umquam quæ sunt inter homines aut præclara, aut molesta? Nec præsentis quidem vitæ pompam apprehendent, ut qui ad illum amorem dirigantur, sed omnem ridebunt prosperitatem, et res omnes adversas contemnent, ut qui sint alligati Dei desiderio, et nihil aliud cernant præterquam illum solum, et cum semper cogitent, et se esse omnibus heatiores existiment. Licet in paupertate, licet in ignominia, licet in vinculis, licet in afflictionibus, licet sint in extremis malis: in omnibus quæ patiuntur existimabunt se melioris esse conditionis, quam reges, admirabilem quamdam habentes consolationem, quod

ea patiantur propter eum quem diligunt.

6. Quocirca Paulus quoque, cum esset in quotidianis mortibus, in carceribus, in naufragiis, in solitudinibus, in flagellis, in innumerabilibus aliis suppliciis, gaudebat, exsultabat et gloriabatur (2. Cor. 11. 23-27): et nunc quidem dicebat: *Non solum autem in spe gloriæ Dei, sed etiam gloriamur in afflictionibus* (Rom. 5. 2. 3); nunc autem rursus: *Gaudeo in passionibus, et adimpleo quæ desunt afflictionibus Christi in carne mea* (Coloss. 1. 24); et gratiam eam rem vocat, ita consistens et dicens: *Nobis ita gratis a Christo donatum est, ut non solum in ipsum credamus, sed ut etiam pro ipso patiamur* (Philipp. 1. 29). Nos quoque studeamus esse eodem animo, et omnes quæ incidunt molestias, placide et lubenter feramus. Ferre autem poterimus, si Deum ita amaverimus, ut amavit propheta. Non solum enim ex responso illo ejus amorem videre possumus, sed etiam ex eis quæ consequuntur. Cum enim dixisset: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus*, subjunxit dicens: 3. *Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum: quando veniam et apparebo ante faciem Dei?* Non dixit: Amavit anima mea Deum vivum, neque, Dilixit anima mea Deum vivum: sed ut ostenderet affectum, amorem situm vocavit, ambo nobis significans, et ardorem amoris, et ejusdem perpetuitatem. Quemadmodum enim qui sitiunt, non hoc in uno die patiuntur, et duobus, et tribus, sed per totam vitam, ad hoc nos ducente natura: ita etiam beatus ille, et omnes sancti, non uno solum die fuerunt in compunctione, sicut multi homines, nec duobus, nec tribus (hoc enim non esset mirandum), sed assidue et singulis diebus religiose amare perseverabant, et amorem augebant. Quod quidem ipse quoque significans dicebat: *Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum*, simul et causam volens dicere, ut per te ostendat, quomodo quis Deum sic amare possit. Hoc enim declaravit per ea quæ sequuntur, cum dixit: *Sitivit anima mea ad Deum*, et subjungit *Vivum*: propemodum suadens et vociferans omnibus qui rebus hujus vitæ inhiant: Quid in corpora insanitis? quid corpora amatis? quid gloriam desideratis? quid concupiscitis voluptatem? Nihil eorum manet et vivit perpetuo, sed diffluit et præterit, et est umbra inanius, somniisque fallacius, ac citius quam verni flores corrumpitur et interit. Quidni enim citius corrumpi dicam et interire, cum alia quidem nos relinquunt simul cum vita præsentis, alia etiam ante dissolvantur? Incerta est eorum possessio, instabilis eorum usus et fructio, velox est mutatio: in Deo autem nihil est ejusmodi, sed vivit quidem et manet perpetuo, nullam mutationem, nec ullam conversionem suscipiens. Caducis ergo et momentaneis relictis, eum qui est æternus et perpetuus amemus. Neque enim fieri potest, ut qui illum amat, pudore umquam afficiatur: fieri non potest ut ab eo excidat: fieri non potest ut eo quem amat, destituatur. Qui amat pecunias, vel morte adveniente, vel etiam ante mortem nudatur iis quæ desiderat. Ei quoque qui præsentem amat gloriam, idipsum sæpe

ἱμῶν τὰς ἀμαρτίας, ἂν ἐκκαθάρωμεν τὴν ποιηρίαν  
 ἐνηργήθησα διαδέξαι εἰς τὸν πνευματικὸν πόνον, καὶ  
 μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας καλεῖν τὸν Θεόν, καὶ τὸ  
 φίλτρον σφοδρότερον ἀνάπτειν, καὶ μὴ διὰ βημάτων  
 μένουν. ἀλλὰ καὶ δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ταύτων ὑποψάλλειν  
 τὴν ὑπακοήν. Καὶ γὰρ διὰ τοῦτο τοὺς ψαλμοὺς  
 ἡμῖν ἤσεν ὁ μακάριος ἐκεῖνος, μᾶλλον δὲ ἢ τοῦ  
 Πνεύματος χάρις, οὐχ ἵνα τὰ βήματα λέγωμεν μόνον,  
 ἀλλ' ἵνα καὶ δι' αὐτῶν τῶν ἔργων αὐτοὺς μελε-  
 τώμεν. Μὴ τοίνυν οἰηθῆς διὰ τοῦτο ἐνταῦθα εἰπέ-  
 ναι, ἵνα τὰ βήματα εἴπῃς μόνον, ἀλλ' ἵνα ὅταν ὑποψάλλῃς,  
 συνθήκας εἶναι νομίσης τὴν ὑπακοήν. Ὅταν  
 γὰρ εἴπῃς Ὅν τρόπον ἐπιποθεὶ ἡ ἔλαφος ἐπὶ  
 τὰς πηγὰς τῶν ὕδατων, οὕτως ἐπιποθεὶ ἡ ψυχὴ  
 μου πρὸς σέ, ὁ Θεός· συνθέου τῷ Θεῷ, γραμματεῖον  
 ἔγραψας ἔνευ χάριτος καὶ μέλανος, διὰ τῆς φωνῆς ὡμο-  
 λόγησας πάντων αὐτὸν μᾶλλον φιλεῖν, καὶ οὐδὲν αὐ-  
 τοῦ προκορνεῖσθαι, καὶ καλεῖσθαι τῷ περὶ αὐτὸν ἔρωτι.  
 Ἄν τοίνυν ἐξεληθῶν ἰδῆς γυναῖκα εὐμορφὸν τινα καὶ  
 ἀκρίβαστον δελεάζουσάν σε καὶ πρὸς τὸν ἔρωτα τὸν  
 ἐκυτῆς καλοῦσαν, εἰπέ πρὸς αὐτήν· Οὐ δύναμαί σοι  
 ἀκολουθήσαι, συνθήκας ἐθέμιμν πρὸς τὸν Θεόν, παρ-  
 ὀσιων τῶν ἀδελφῶν, τῶν ἱερέων, τῶν διδασκάλων,  
 ὡμολόγησα καὶ ὑποσχόμην διὰ τῆς ὑπακοῆς οὕτως  
 αὐτὸν φιλεῖν, Ὅν τρόπον ἐπιποθεὶ ἡ ἔλαφος ἐπὶ  
 τὰς πηγὰς τῶν ὕδατων. Δέδοικα παραβῆναι τὰς  
 συνθήκας, ἐκείνου λοιπὸν μελετῶ τὸν ἔρωτα. Ἐάν  
 ἰδῆς ἀργύριον ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς κείμενον, ἢ ἱμάτια  
 χρυσοῦ, ἑτέρους σοδοῦντας, οἰκίτας ἔχοντας καὶ  
 ἵππους χρυσοχαλίνους, μηδὲν πάθῃς ὑπὲρ τῆς φαν-  
 τασίας ἐκείνης, ἀλλὰ πάλιν ἔπαυε σεαυτῷ, καὶ εἰπέ  
 πρὸς τὴν ψυχὴν τὴν σὴν· Πρὸ μικροῦ ὑπεψάλαμεν,  
 Ὅν τρόπον ἐπιποθεὶ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς  
 τῶν ὕδατων, οὕτως ἐπιποθεὶ ἡ ψυχὴ μου πρὸς  
 σέ, ὁ Θεός· καὶ οἰκειωσάμεθα τὸ γράμμα, καὶ  
 ἡμῶν αὐτὸ ἐποητήσαμεν εἶναι. Μηδὲν οὖν φιλοῦμεν  
 τῶν βιωτικῶν τούτων, ἵνα ἀκρατος ἡμῖν ὁ ἔριος  
 ἐκαίῃς μένη, καὶ μὴ συζύμενος ἀσθενέστερος γέ-  
 νηται. Ὅστις ὁ πλοῦτος ἅπαντα πλοῦτον, ἅπαντα θη-  
 σαυρον, πᾶσαν εὐδοκίμῃσιν, πᾶσαν ὀδῶν, πᾶσαν  
 περιφάνειαν ἡμῖν χαρίσασθαι δυνήσεται. Τούτων κα-  
 τέχουμεν, καὶ οὐδενὸς ἑτέρου δεησόμεθα. Εἰ γὰρ οἱ  
 τὴν αἰσχρὴν τούτων ἔρωτα φιλοῦντες, καὶ κόρης πε-  
 ρικαυόμενοι· πολλάκις εὐμόρφου [139] τινός, καὶ πα-  
 τέριον ἀπειλοῦντων, καὶ φίλων ὀνειδιζόντων, καὶ ἑτέ-  
 ρων πολλῶν διαβαλλόντων, οὐδὲ ἐπιστρέφονται, ἀλλὰ  
 πρὸς ἐκείνην εἰσι τετραμέννοι, καὶ οἰκίας καταφρο-  
 νεῖσι, καὶ κληρῶν πατρῴου, καὶ δόξης, καὶ εὐδοκι-  
 μίῃσιν, καὶ φίλων παραινέσει, μεγάλην νομί-  
 ζοντες ἔχειν παραμυθίαν τούτων ἁπάντων, ἂν εὐδο-  
 κιωῦσι παρὰ τῇ ἐρωμένῃ μόνῃ, κἂν εὐτέλης ἦ,  
 κἂν ἀτιμος, κἂν ἥτισόν ἢ ἐκείνη· οἱ τὸν Θεὸν φι-  
 λούντες, ὡς χρῆ, ποτε αἰσθησονται τῶν ἀνθρωπίνων,  
 ἢ τῶν λαμπρῶν, ἢ τῶν λυπηρῶν· Οὐδὲ εἴσονται μὲν  
 οὖν τὰς φαντασίας τοῦ παρόντος βίου, πρὸς ἐκείνοι·  
 τετραμέννοι τὸν ἔρωτα, ἀλλὰ πάσης μὲν καταγέλα-  
 σους τῆς εὐμερίας, πάσης δὲ ὑπερόψοντα δυσπρα-  
 γίας, προσοδεμένοι τῷ πόθῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐδὲν  
 ἄλλο ὀρώντες, ἀλλ' ἢ ἐκείνον μόνον, καὶ πανταχοῦ  
 αὐτὸν φανταζόμενοι, καὶ πάντων μακαριωτέρους  
 ἐκυστοὺς εἶναι νομίζοντες. Κἂν ἐν πενία, κἂν ἐν ἀτι-  
 μίᾳ, κἂν ἐν δεσμοῖς, κἂν ἐν θλίψει, κἂν ἐν τοῖς  
 ἐσχάτοις ὡς κακοῖς, τῶν βασιλευόντων αὐτῶν ἄμει-  
 νον ἠγῆσονται διακαίεσθαι, ἐν πᾶσιν οἷς ἂν πάχως  
 θαυμαστὴν τινα παραμυθίαν ἔχοντες, τὸ διὰ τὴν πο-  
 θύμενον ταῦτα πάσχειν.

ς'. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἐν καθημερινοῖς θανάτοις  
 ὢν, ἐν δεσμητηρίοις, ἐν ναυαγίοις, ἐν ἐρημίαις, ἐν  
 μάστιξιν, ἐν μυρίαῖς ἑτέραις κολάσεσιν, ἔχαιρε καὶ  
 ἠγαλλιάτο, καὶ ἐσπίρα καὶ ἐκλυχάτο· καὶ νῦν μὲν  
 ἔλεγεν, ὅτι Οὐ μόνον δὲ ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ  
 Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς θλίψεσι καυχώμεθα· νῦν  
 δὲ πάλιν, ὅτι Χαίρω ἐν τοῖς παθήμασι, καὶ ἀντα-  
 ναπλήρω τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χρι-  
 στοῦ ἐν τῇ σαρκί μου· καὶ χάριν τὸ πρᾶγμα καλεῖ,  
 ὁμολογῶν οὕτω καὶ λέγων, ὅτι Ἡμῖν οὕτως ἐχα-  
 ρίσθη ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν  
 πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν.  
 Τοιαύτην οὖν καὶ ἡμεῖς σπουδάζομεν γνώμην ἔχειν,  
 καὶ μεθ' ἡδονῆς πάντα φέρομεν τὰ προσπίπτοντα  
 λυπηρά. Δυνησόμεθα δὲ φέρειν, ἂν τὸν Θεὸν φιλήσω-  
 μεν, ὡς ὁ προφήτης ἐφίλησεν. Οὐ γὰρ δὴ μόνον ἀπὸ  
 τῆς ὑπακοῆς ταύτης ἔστιν ἰδεῖν αὐτοῦ τὸ φίλετον,  
 ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ἐξῆς βημάτων. Εἰπὼν γὰρ, Ὅν  
 τρόπον ἐπιποθεὶ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν  
 ὕδατων, οὕτως ἐπιποθεὶ ἡ ψυχὴ μου πρὸς σέ,  
 ὁ Θεός μου, ἐπήγαγε λέγων· Ἐδίψησεν ἡ ψυχὴ  
 μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρόν, τὸν ζῶντα· ποτε  
 ἤξω καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ· Οὐκ  
 εἶπεν, Ἐφίλησεν ἡ ψυχὴ μου τὸν Θεὸν τὸν ζῶντα, οὐδ',  
 Ἠγάπησεν ἡ ψυχὴ μου τὸν Θεὸν τὸν ζῶντα, ἀλλ' ἵνα  
 τὴν διάθεσιν ἐνδείξῃται, δῆλος ἐκάλεισε τὸ φίλετον,  
 ἀμφοτέρα ἡμῖν δηλῶν, τὸ τε διακαὲς τῆς ἀγάπης,  
 καὶ τὸ διηνεκὲς τοῦ ἔρωτος. Καθάπερ γὰρ οἱ διψῶν-  
 τες οὐκ ἐν μιᾷ τούτου πάσχουσιν ἡμέρα καὶ δύο καὶ  
 τρισὶν, ἀλλὰ καὶ διὰ παντὸς τοῦ βίου, τῆς φύσεως  
 ἐπὶ τοῦτο αὐτοὺς ἀγούσης· οὕτω δὲ καὶ ὁ μακάριος  
 ἐκεῖνος, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι, οὐκ ἐν μιᾷ μόνον ἡμέρᾳ  
 ἐν κατανοῦσι ἐγένοντο, καθάπερ πολλοὶ τῶν ἀνθρω-  
 πῶν, οὐδὲ ἐν δυοὶ καὶ τρισὶ (τοῦτο γὰρ οὐδὲν θαυ-  
 μαστόν), [140] ἀλλὰ καὶ διηνεκῶς καὶ καθ' ἑκάστην  
 ἡμέραν ἐρῶντες διετέλουν μετ' εὐλαβείας, καὶ τὴν  
 ἀγάπην ἐπέτεινον. Ἄπερ οὖν καὶ αὐτὸς ἐμαρτυροῦν  
 ἔλεγεν· Ἐδίψησεν ἡ ψυχὴ μου πρὸς τὸν Θεὸν  
 τὸν ἰσχυρόν, τὸν ζῶντα, ὁμοῦ καὶ τὴν αἰτίαν θέλων  
 εἰπεῖν, καὶ διὰ τὸ βουλόμενος δεῖξαι, πῶς ἂν τις τὸν  
 Θεὸν οὕτως φιλήσει. Διὰ γὰρ τῶν ἐξῆς τοῦτο ἐδή-  
 λωσεν, εἰπὼν, ὅτι Ἐδίψησεν ἡ ψυχὴ μου πρὸς  
 τὸν Θεόν, καὶ ἐπαγαθὸν, τὸν ζῶντα· μονουσιχί  
 παραινῶν καὶ ἐμβῶν πᾶσι τοῖς πρὸς τὰ βιωτικὰ  
 πράγματα κερηνοῖσι· Τί περὶ σίμωτα μαίνεσθε; τί  
 δόξης ἐπιθυμεῖτε; τί τροφῆς ἐψέσθε; Οὐδὲν τού-  
 των μένει καὶ ζῆ διηνεκῶς, ἀλλὰ διαβῆται καὶ παρέρ-  
 χεται, καὶ σκιᾶ εἰσὶν οὐδαμίνωτέρα, καὶ ὀνειρῶν  
 ἀπατηλότερα, καὶ τῶν ἐαρινῶν ἀνθῶν εὐφραρτότερα,  
 ἢ τὰ μὲν μετὰ τῆς παρουσίας καταλιμπάνοντα ζωῆς,  
 τὰ δὲ καὶ πρὸ τῶν ἐνταῦθα καταλυόμενα. Ἄπιστος  
 αὐτῶν ἡ κτήσις, ἀθέβαιος ἡ ἀπόλαυσις, δειρῆστος  
 ἡ μεταβολή· ἐπὶ τοῦ Θεοῦ δὲ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν,  
 ἀλλὰ ζῆ καὶ μένει διηνεκῶς ἐκεῖνος, οὔτε ἀλλοίωσιν,  
 οὔτε τροπὴν τινα δεσχόμενος. Ἀφέντες τοίνυν τὰ  
 πρόσκαιρα καὶ ἐφήμερα, τὸν αἰώνιον καὶ διηνεχῆ  
 φιλοῦμεν. Οὐ γὰρ ἔστιν ἐκείνον φιλοῦντα καταστρυ-  
 θῆναι ποτε· οὐκ ἔστιν ἐκπεσεῖν· οὐκ ἔστιν ἐρημν  
 γενέσθαι τοῦ φιλομένου. Χρήματα μὲν ὁ φίλων, ἢ  
 τελευτῆς ἐπειθούσης, ἢ καὶ πρὸ τῆς τελευτῆς γυ-  
 μνοῦνται τῶν ποθουμένων· καὶ δόξης τις ἐρῶν τῆς

b Hic quaedam desiderari suadet hoc add lamentum in  
 Latina interpretatione Herveti: Quidni enim cunctis cor-  
 ruptum dicam et interire? Puto autem haec verba de omio-  
 telentron in Greco ommissa fuisse; sicque Graecam seriem  
 primitus habuisse, καὶ τῶν ἐαρινῶν ἀνθῶν εὐφραρτότερα.  
 Διὰ τὸ οὐκ εἰσῆμι εὐφραρτότερα, vel quid simile. Savil.  
 εὐφραρτότερα. Πῶς γὰρ οὐκ εὐφραρτότερα τὰ μὲν.

\* Sic recte Savil. Mor. et Montf. et τις οὖν

παρούσης τὸ αὐτὸ πάσχει· πολλάκις δὲ καὶ τὸ τῶν σωματῶν κάλλος πολὺ τῶν εἰρημένων κατασθέννυται· ὁρῶν, καὶ πάντα ἀπλῶς τὰ βιωτικά, πρόσκαιρα καὶ ἐφήμερα, καὶ πρὶν ἢ παραγεῖσθαι καὶ φανῆναι, εὐθέως ἀποπηδᾷ. Ὁ δὲ τῶν πνευματικῶν ἔρωσ τὸ ναντίον ἅπαν, ἀκμάζει διηνεκῶς καὶ ἀνθεῖ, καὶ γῆρας οὐκ οἶδεν, οὐδὲ παλαιότητά δέχεται, οὐδὲ μεταβολὴν τινὴ καὶ τροπὴν καὶ ἀδηλίαν τοῦ μέλλοντος· ἐστὶν ὑπεύθυνος· ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα τοὺς κεκτημένους ὠφελεῖ, καὶ περιβάλλει πάντοθεν, καὶ ἀπελθόντας ἐντεῦθεν οὐκ ἀφίησιν, ἀλλὰ καὶ συναποδρμει καὶ συμμεθίσταται τούτοις, καὶ τῶν φωστῆρων αὐτῶν λαμπροτέρους· αὐτοὺς ἀποφαίνει κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην. Ἄπερ οὖν εἰδὼς καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ, φίλων διατέλει, καὶ τὸν ἔρωτα οὐκ ἠνέσχετο κατέχειν ἔδον, ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ δεῖξαι τοῖς ἀκούουσιν ἠπειγέον τὸ πῦρ, ὅπερ ἔδον αὐτὸν συνείχεν. Εἰπὼν γάρ, Ἐδίψησεν ἡ ψυχὴ μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρόν, τὸν ὠντα, ἐπιγαγε, Πότε ἤξω καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ; Ὅρα καιόμενον τὸν ἄνθρωπον· ὄρα ἐμπιπράμενον. Εἰδὼς ὅτι· ἐντεῦθεν ἀπελθὼν αὐτὸν βλέπει, οὐδὲ τὴν ἀναβολὴν ἀναμένει· οὐ στέγει τὴν ὑπέρθεσιν ἢ, ἀλλὰ ἀποστολικὴν ἡμῖν ἐνταῦθα δεικνύσει φρόνημα. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔστεινεν ἐπὶ τῇ μελλήσει [141] τῆς ἐντεῦθεν ἀποδημίας· καὶ οὗτος τὸ αὐτὸ τούτῳ ἔπασχε. Διὰ τοῦτο ἔλεγε, Πότε ἤξω καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ; Καὶ εἰ μὲν ἰδιώτης τις ἦν καὶ εὐτελής, καὶ ἐν πενίᾳ ζῶν, μέγα μὲν καὶ οὕτως τὸ τῆς παρουσίας καταπρηνῆσαι ζήτησ· πλὴν οὐχ οὕτω μέγα καθάπερ οὖν τὴν βασιλεύοντα καὶ τοσαύτης ἀπολαύοντα τρυφῆς, τοσαύτης μετέχοντα δόξης, νίκας ἀνηρημένον μυρίας, καὶ πολλοῦς νικῆσαντα πολέμους, καὶ λαμπρὸν ὄντα καὶ ἐπιδοῦντα πανταγῶς, πάντων μὲν καταγελῶν τούτων, καὶ πλοῦτου καὶ δόξης καὶ τρυφῆς ἀπάσης, κεχηγνέναι δὲ πρὸς τὰ μέλλοντα· τοῦτο μεγαλοψύχου τινὸς ἐστὶ διανοίας, τοῦτο φιλοσόφου ψυχῆς καὶ πρὸς τὸν οὐράνιον ἐπερωμένης ἔρωτα ε.

ζ'. Τούτου δὴ καὶ ἡμεῖς μιμησόμεθα, καὶ μὴ θαυμάσωμεν τὰ παρόντα, ἵνα θαυμάσωμεν τὰ μέλλοντα· μάλλον δὲ θαυμάσωμεν τὰ μέλλοντα, ἵνα μὴ θαυμάσωμεν τὰ παρόντα. Ἄν γὰρ διηνεκῶς ταῖς περὶ ἐκείνων ἐνοήσῃς ἐνδιατρίβουμεν, καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, τὴν ἀθανασίαν, τὴν ζωὴν τὴν ἀτελεύτητον, τὴν μετὰ ἀγγέλων χορείαν, τὴν μετὰ Χριστοῦ διατριβὴν, τὴν ἀκήρατον δόξαν ἐκείνην, τὴν πίστην ἀπηλλαγμένην ὀδύνης ζωῆν ἀναλογισώμεθα πρὸς ἑαυτοὺς, καὶ ἐνορῶμεν, ὅτι καὶ δάκρυα, καὶ ὄνειδη, καὶ λοιδορίαι, καὶ θάνατος, καὶ ἀθυμίας, καὶ πόνος, καὶ γῆρας, καὶ νόσος, καὶ ἀβρωστία, καὶ πενία, καὶ συκοφαντία, καὶ χηρεία, καὶ ἁμαρτία, καὶ κατάγνωσις, καὶ κόλασις, καὶ τιμωρία, καὶ εἴ τι ἕτερον κατὰ τὸν παρόντα βίον ἐστὶ λυπηρὸν καὶ ἀηδὲς δ, ταῦτα πάντα ἀπελήλαται, ἀντίεισενήνεχται δὲ ἀντὶ τούτων εἰρήνη, πρᾶξις, ἐπιείκεια, ἀγάπη, χαρὰ, δόξα, τιμὴ, λαμπρότης, τὰ ἄλλα, ὅσα οὐδὲ λόγος παραστήσαι δύνησται, οὐδὲν ἡμᾶς τῶν παρόντων αἰρήσεται, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς δυνήσομεθα λέγειν κατὰ τὸν Προφήτην· Πότε ἤξω καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ; καὶ οὕτω διακειμενοί, οὔτε εἰς ἀπύνοιαν ἀπὸ τῶν τοῦ βίου λαμπρῶν, οὔτε εἰς ἀθυμίαν ἀπὸ τῶν λυπηρῶν ἐμπεσοῦμεθα, οὐ φθόνος, οὐ

καιοδοξία, οὐκ ἄλλο τι τῶν τοιούτων ἡμᾶς αἰρήσεται ποτε. Μὴ τοίνυν ἀπλῶς ἐνταῦθα εἰσώμεν, μηδὲ τὰς ὑπακοὰς ἀφωσιωμένοι ὑπακοῦμεν ε, ἀλλὰ ἀντὶ βακτηρίας αὐτὰς λαβόντες ἐξέλθωμεν. Ἄρκει δὲ ἕκατος στίχος· πολλὴν ἡμῖν ἐνθεῖναι φιλοσοφίαν, καὶ εἰς τὰ τὰ δόγματα διορθῶσαι, καὶ εἰς τὸ βίον ὠφελῆσαι τὰ μέγιστα· κἂν μετὰ ἀκριβείας ἐκάστην διερευνησώμεν ῥῆσιν, μεγάλα καρπωσόμεθα ἀγαθὰ. Οὔτε γὰρ πενίαν, οὔτε ἀσχολίαν, οὔτε ὀκητριαν δεῖ ἐνταῦθα προβάλλεσθαι. Κἂν γὰρ πένης ἦς, καὶ διὰ τὴν πενίαν ἀπορῆς βιβλίον, ἢ βιβλία μὲν ἔχης, σχολῆς δὲ μὴ ἀπολαύσης, τὰς ὑπακοὰς μόνον διατήρησόν μοι τῶν ψαλμῶν, ἃς ἐνταῦθα ὑποψάλλεις οὐχ ἅπας, ὡς δις, οὐ τρίς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, καὶ μεγάλην ἀπελθὼν λήψῃ τὴν παραμυθίαν. Ὅρα γοῦν, ἡ ὑπακοὴ αὐτῆ πόσον ἡμῖν ἠνέφεξε θησαυρόν. Καὶ μή μοι λεγέτω τις, ὅτι πρὸ τῆς ἐρμηνείας οὐκ εἶδεν αὐτῆς τὴν δύναμιν. Καὶ γὰρ πρὸ τῆς ἐρμηνείας παντὶ τῷ ἀκούοντι καὶ ὀπωσοῦν [142] βουλομένῳ προσέχειν εὐσύνοπτος ἢ ὑπακοή. Εἰ γὰρ μόνον ἐπαίδευτας σαυτὸν λέγειν· Ὅν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὕδατων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχὴ μου πρὸς σὲ, ὁ ἕσος· ἐδίψησεν ἡ ψυχὴ μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρόν, τὸν ὠντα· πότε ἤξω καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ; καὶ πρὸ τῆς ἐρμηνείας δύνασαι πᾶσαν φιλοσοφίαν ἐνθεῖναι. Οὐχ αὕτη δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκάστη ὑπακοὴ τὸν αὐτὸν ἡμῖν παρέξεται πλοῦτον. Κἂν εἴπῃς πάλιν· Μακάριος ἄνθρωπος ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, καὶ δυνήσῃ· ἴδειν τί ἐστὶν ὁ λέγεις· οὐ τὸν πλουτοῦντα, οὐ τὸν ἀρχοντα, οὐ τὸν εὐμορφον, οὐ τὸν βώμῃ κεκοσμημένον, οὐ τὸν οἰκίας ἔχοντα λαμπράς, οὐ τὸν ἐν δυναστείαις ὄντα, οὐ τὸν ἐν βασιλείαις τρεφόμενον, οὐκ ἄλλο οὐδένα· ἀλλὰ τὸν ἐν εὐλαβείᾳ, τὸν ἐν φιλοσοφίᾳ, τὸν ἐν φόβῳ Θεοῦ ζῶντα ζηλώσει, οὐ μόνον διὰ τὰ μέλλοντα, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτὰ τὰ παρόντα. Καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα οὗτος ἐκείνου δυνατώτερος. Εἰ γὰρ δὴ ποτε νόσος ἐπιστῇ, ὁ μὲν τὴν ἀλουργίδα ἔχῃν οὐδὲν ἀπὸ τῶν δορυφῶρων καὶ τῆς πολλῆς φαντασίας εἰς τὴν παραμυθίαν ὠφελεῖται τῆς ἀβρωστίας, ἀλλὰ καὶ οἰκείων, καὶ πατέρων, καὶ πάντων παρόντων, καὶ χρυσοῦν ἱματίων ἐπικειμένων καὶ ὑποκειμένων, ὡσπερ ἐν κελίῳ κεῖται καιόμενος· ὁ δὲ ἐν εὐλαβείᾳ ζῶν, καὶ τὸν Θεὸν φοβούμενος, οὐ πατέρος, οὐκ οἰκέτου, οὐκ ἄλλου τινὸς παρόντος, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν οὐ πολλάκις, ἀλλὰ καὶ δις καὶ τρίς, πᾶσαν τὴν κάμινον ἐκείνην ἔσθεον. Τοῦτο δὲ καὶ ἐν ταῖς περιστάσεσι καὶ ἐν ταῖς ἀδοκῆτοις πᾶσι συμβαῖνον ἴδοι τις ἂν, τοὺς ἐν πλοῦτι καὶ περιφανείᾳ θορυβουμένους, τοὺς δὲ ἐν εὐλαβείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ ἀταραχῶς ἅπαντα φέροντας. Καὶ πρὸ τούτων δὲ πάντων, κἂν μηδὲν συμπέση δεινὸν, πλείονος τὸ συνείδῃς τοῦ φοβουμένου τὸν Θεὸν καὶ καθαρωτέρως ἡδονῆς γέμει τῆς τοῦ πλουτοῦντος ψυχῆς. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ, εἰ καὶ τῆς ἐξωθεν ἀπολαύει τρυφῆς ε, τῶν ἐν λιμῷ ζῶντων ἀπάντων χαλεπώτερον διακίσειται, τὰ οἰκεία ἑαυτὸν ἀναμιμνήσκων κακὰ καὶ πονηρῶν συζῶν συνεῖδοι· οὗτος δὲ, κἂν τῆς ἀναγκαίας ἀπορῆς τρυφῆς, τὸν πόσος ἀπολαύοντων τρυφῆς εὐθυμότερος ἴσται, ἐλπίσι χρησταί· συνευφρόμενος, καὶ τὰς ἀμοιβὰς τῶν οἰκείων κατορθωμάτων καθ' ἐκάστην προσδοκᾷ τὴν ἡμέραν. Ἴνα δὲ μὴ μακρῶν τὸν λόγον δόξω ἐνσχέειν, τοῖς φιλο-

ε Hæc pessime vertit Herveus: Neque perfunctorie audimus, sed ea que audita fuerint pro baculo numeramus, egredimur. Perperam sequentia similiter transtulit, eo quod voces ὑπακοίαν, ὑπακοή, et ὑποψάλλει non intelligeret.

ζ Savil. conjicit τρυφῆς.

accidit. Corporum autem pulchritudo sæpe iis, quæ prædicta sunt, multo citius extinguitur: et omnia quæ ad hanc vitam, ut semel dicam, pertinent, sunt caduca et momentanea, ac priusquam adsint et appareant, protinus resiliunt. Spiritualium autem amor contra se habet, assidue viget et floret, non novit senium, non suscipit vetustatem, nec ulli mutationi, conversioni, et ignorantia futurorum est obnoxius; æd hic etiam juvat eos qui possident, eos undique vallat, eosque qui ex vita excesserint, non dimittit, sed una cum illis peregrinatur, et una cum illis recedit, et ipsis luminaribus eos reddit illo die clariores. Quæ quidem sciens quoque beatus David, in Dei amore perseveravit, amoremque intus continere non sustinuit, sed audientibus omni ratione ignem ostendere contendit, quo intus ardebat. Cum enim dixisset: *Sitit anima mea ad Deum fortem vivum*, subjunxit: *Quando veniam et apparebo ante faciem Dei?* Vide ardentem hominem, vide inflammatum. Sciens enim se cum hinc recesserit, eum esse visurum, ne exspectat quidem dilationem: moramque non patitur, sed hic nobis spiritum ostendit apostolicum. Etenim ille quoque ingemiscebat propter diuturnitatem hujus peregrinationis. Id ipsum huic quoque usurenit. Et ideo dicebat, *Quando veniam et apparebo ante faciem Dei* (2. Cor. 5. 2)? Et si esset quidem privatus aliquis, humilisque et abjectus, et vivens in paupertate, magnum quidem esset vel sic vitam præsentem contemnere: sed non esset ita magnum, ut nunc regem videre tantis fræntem deliciis, tantæque gloriæ consortem, innumerabiles victorias consequutum, in multis bellis victorem omni ex parte clarum, insignem et illustrem; hæc omnia irridere, divitias, gloriam, et omnes delicias, ad futura autem aspirare et inhiare: hoc est magni cujusdam et excelsi animi, hoc est animæ quæ tenetur studio sapientiæ, et cælesti amore vere capta est.

7. Eum nos quoque imitemur, ne præsentia admiremur, ut admiremur futura: vel potius admiremur futura, ne admiremur præsentia. Si enim in illis cogitandis perpetuo versemur, et regnum cælorum, immortalitatem, vitam quæ nunquam desinet, ducendam cum angelis choream, futuram cum Christo conversationem, gloriam illam quæ nunquam interit aut corrumpitur; vitam autem ab omni dolore liberam apud nos ipsos consideremus, et quod lacrymæ, præbra, maledicta, mors, tristitia, labor, senectus, morbus, ægrotudo, paupertas et calumnia, viduitas, peccatum et condemnatio, poena et supplicium, et si quid est aliud in vita præsentia molestum et acerbum, ea omnia expulsa sint: loco autem eorum introducta sunt pax, lenitas, mansuetudo, dilectio, lætitia, gloria, honor, splendor, et alia, quæ ne posset quidem oratio consequi, nihil nos rerum capiet præsentium, sed poterimus nos quoque dicere cum propheta, *Quando veniam et apparebo ante faciem Dei?* et ita affectos nec res splendide et secundæ nos efferent, nec insolentes efficiant; nec quæ sunt molesta ac gravia, tristitia afficient; non invidia, non sana gloria, non

que et illum jubet adhibere animum iis qui dicuntur. *Auribus percipite, omnes qui habitatis orbem.* Etiam si qui, inquit, non referuntur in numerum gentium, sed sunt misti, et dispersi nomades, eos quoque voco ad audiendum. Vide concionatoris prudentiam<sup>1</sup>. Primum eorum animum excitavit, et erexit ad audiendum, eo quod omnes simul vocaverit. Deinde postquam vocavit, fastum eorum comprimit, ne propter multitudinem in arrogantiam efferantur. Talibus enim maxime auditoribus opus est, quando quis est verba factururus quæ ad studium sapientiæ pertineant, nempe contritis, compositis et ab omni fastu ac tumore liberis. Quomodo ergo serocem eorum animum compevit? Naturam in memoriam revocans. Postquam enim dixit, *Gentes*, subjunxit, *Quique terrigenæ et filii hominum.* Dixit substantiam ex qua est principium nostræ generationis, communem omnium matrem revocavit in memoriam. Et quare dixit, *Filii hominum?* Quia dixerat terrigenas, ne quis existimaret, ut volunt mythologi, homines ab initio e terra pullulasse, quemadmodum nonnulli fabulati sunt, quosdam satu editos introducentes, propterea subjunxit, *Filii hominum.* Patres enim vobis sunt homines: principium autem generationis vobis et illis terra est. *Quid ergo superbit terra et cinis (Eccli. 10. 9)?* Cogita apud te quænam sit mater tua, et fastum comprime: altos spiritus conculca ac deprime: considera *Quod terra es, et in terram reverteris (Gen. 3. 19)*, et omnem arrogantiam expelle. Tali enim mihi auditore opus est. Ideo te sedatum reddo ac compositum, ut te accipiam aptum ad ea quæ dicuntur suscipienda. *Simul in unum dives et pauper.* Vidisti nobilitatem Ecclesiæ. Quidni enim nobilitatem, quando ob conditionis differentiam non arcet auditorem, sed universa doctrina ex æquo profunditur, et pauperi, et diviti mensa communis exhibetur? Postquam enim dixit id quod omnes unit, eos videlicet esse terrigenas, et filios hominum, et communem esse naturam ostendit: tunc quæ ex rebus sæcularibus videbatur esse, differentiam et inæqualitatem oratione ejicit communiter omnes vocans: est enim communis nostra natura: Communiter omnes voco; communis enim nostra civitas est orbis terrarum (*Act. 17. 26*). Sed ex paupertate et divitiis differentiam aliquam excogitastis, et inæqualitatem introduxistis. Atqui eam quoque rursus ejicio, non divites quidem admittens, pauperes autem habens despiciatui, nec pauperes quidem vocans, divites autem expellens, sed et hos et illos, et non solummodo hos et illos, verbi gratia, hos quidem priores, illos vero posteriores, vel illos quidem posteriores, hos vero priores, sed simul. Sit communis conventus, communis concio, communis auditorum cœtus. Licet sis dives, ex eodem luto natus es: idem fuit tibi cum paupere ingressus, idem ortus. Et tu hominis filius es, et ille.

<sup>1</sup> Cod. 655, *prudentiam defensoris, aut potius concionatoris*: quæ forsitan est vera lectio: nam illud additamentum nec lapsu, nec consilio inductum fuisse videtur. Nihil tamen minus auctoritate Codicis addere ausi sumus.

2. Cum ergo quæ sunt præcipua, et magis opportuna, et honore æqualia, ex æquo habeatis, cur propter umbras et somnia intumescis, ex iis quæ nihil sunt communia distinguens? Communia naturæ, communia ortus, communia affinitatis et necessitudinis. Cur amictum exteriorem adducis, ut distinctionem ex eo efficias? Non fero, non patior. Et ideo voco te cum paupere, dicens: *Simul in unum dives et pauper.* In aliis enim non possunt simul videri dives et pauper; non in judiciis, non in aulis regii, non in foris, non in mensis: sed illum quidem honoratum, hunc vero contemptum et abjectum; illum libere et confidenter agentem, hunc pudore et ignominia affectum videas: *Sapientia enim pauperis nihili ducitur, et verba ejus non audiuntur (Eccli. 9. 16).* Loquutus est dives, et eum pulchre ac recte dixisse aiunt; pauper loquutus est, et non est datus ei locus (*Eccli. 13. 27. 28*). At non hic. Neque enim in hac Ecclesia ac concione stultam illam ambitionem honorisque cupiditatem patior, sed communem omnibus doctrinam propono. Vide doctoris prudentiam, quomodo etiam antequam incipiat concionem, ex ipsa sola vocatione maximum doctrinæ decretum protulerit. Qui enim omnes simul vocavit, neque illum sivit intumescere, nec hunc vilem et abjectum esse, sed ostendit, nec divitias esse bonum, sicut nec paupertatem malum, sed ea esse supervacanea et externa. Quare nihil mea refert an hoc sis, vel illud: neque enim si sis dives, video tibi aliquid accedere; nec si sis pauper, decedere. Sed forte dixerit aliquis: Et cur cum homo sis ejusdemque naturæ particeps, teipsum tanti facis, ut putes te esse idoneum orbis terrarum magistrum, et eos qui sunt in extremis finibus orbis convocas? quid potes dicere quod sit tanto dignum theatro? Possum, inquit. Postquam enim vocavit orbem terræ, credibilem ac fide dignam reddens orationem, audi quid dicat: 4. *Os meum loquetur sapientiam, et meditatio cordis mei prudentiam.* Alius, *Et cantillabit cor meum prudentiam.* Hebræus autem hoc dixit *Ovagith.* Vides quomodo statim extulit orationem. Non dicam, inquit, de pecuniis, non de dignitatibus, non de potentia, non de robore corporis, non de aliqua alia re fluxa: de sapientia sum exacte dicturus, quæ non temere mihi accessit ex tempore. 5. *Inclinabo in parabolam aurem meam.* Alius, *Inclinabo parabolam aurem meam.* Hebræus dicit, *Lamasal Aperiam in pallerio problema meum.* Alius, *Ænigma meum.* Hebræus autem, *Idathi.* Et quomodo sunt hæc supra dictis consequentia? Pro doctore enim nunc video auditorem. Nos enim vocasti tamquam aliquid boni et utilis audituros; postquam autem omnes adsunt et convenerunt, et te aliquid doctum et præclarum dicturum es pollicitus, nihil adhuc loquutus, relicto loco doctoris, auditoris partes suscipis. *Inclinabo enim, inquit, in parabolam aurem meam.* Quare hoc facit? Valde prudenter, et consequenter iis quæ dicta sunt. Quoniam enim dixit, *Loquar sapientiam, ne quis existimaret esse humanum quod dicitur, et meditationem cordis, ne haberet suspectam ejus inventionem*



λέγεται κυρίως, όταν τις οὐς πρὸς οὐς διαλέγεται, συντείνων τε αὐτὸν, καὶ ἐκείνον κελύων προσέχειν τοὺς λεγομένους. Ἐρωτίσασθε, πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην. Καὶ εἰ τινες οὐκ εἰς ἔθνη καταλέγονται, ἀλλ' εἰσὶ μιγάδες, ἢ νομάδες διασπαρμένοι, καὶ τούτους ἐπὶ τὴν ἀκρόσιν καλῶ. Καὶ θέα σύνεσιν δημηγόρου. Πρῶτον αὐτῶν διανέστησε τὴν δianoian, καὶ μετεώρους ἐποίησε πρὸς τὴν ἀκρόσιν, τῷ πάντας ἀθρόον καλέσαι. Ἐἶτα καλέσας, καταστέλλει τὸν τύφον αὐτῶν, ἵνα μὴ τῷ πληθῆι πρὸς ἀπόνοιαν αἴρυνται. Τοιούτων γὰρ μάλιστα ἀκραστῶν χρεία, όταν φιλόσοφά τις μέλλῃ φθέγγεσθαι ῥήματα, συντετριμμένων, καὶ κατεσταλμένων, ἀπονοίας καὶ φουσηματος ἀπηλλαγμένων. Πῶς οὖν αὐτῶν κατέστειλε τὴν δianoian; Ἐνανθίσας τῆς φύσεως. Εἰπὼν γὰρ, Ἔθνη, ἐπήγαγεν. *Οἱ τε γηγενεῖς καὶ οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων.* Εἶπε τὴν οὐσίαν, ἐξ ἧς ἡ ἀρχὴ τῆς γενέσεως ἡμῶν, ἀνέμνησε τῆς κοινῆς ἀπάντων ἡμῶν μητρὸς. Καὶ τίνος ἕνεκεν εἶπεν, *Οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων;* Ἐπειδὴ εἶπε, *Γηγενεῖς*, ἵνα μὴ τις νομίσῃ κατὰ τοὺς ἔξω μυθολόγους, ἀπὸ γῆς ἐξ ἀρχῆς βλαστῆσαι τοὺς ἀνθρώπους, καθάπερ τινὲς ἐμυθολόγησαν, σπαρτοὺς τινὰς ἐπεισάγοντες, διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν. *Οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων.* Πατέρας γὰρ ὑμῖν εἰσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀρχὴ δὲ ὑμῖν κάκεινους γενέσεως ἡ γῆ. *Τί τοίνυν ὑπερφηρανεύεται γῆ καὶ σποδός;* Ἐνώησον σου τὴν μητέρα, καὶ κατάστειλον τὸν τύφον καταπάτησον τὸ φρόνημα ἔνώησον, *Ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ,* καὶ πᾶσαν ἀπόνοιαν ἐκβάλε. Τοιούτου γὰρ ἀκραστοῦ δέομαι. Διὰ τοῦτο σε περιστέλλω, ἵνα σε ἐπιτήδειον λάβω πρὸς τὴν τῶν λεγομένων ὑποδοχὴν. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ πλούσιος καὶ πέννης. Εἶδες Ἐκκλησίας εὐγένειαν. Πῶς γὰρ οὐκ εὐγένειαν, όταν μὴ τοῖς ἀξιώμασι διαίρηγῃ τὸν ἀκρατὴν, ἀλλ' ἐξ ἰσοῦ τῆς διδασκαλίας τὸ πᾶν προχέται, καὶ τῷ πλουσίῳ καὶ τῷ πέννητι κοινὴν παρέχῃ τὴν τράπεζαν; Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε τὸ πάντας ἐνοῦν, τὸ γηγενεῖς εἶναι, καὶ υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸ κοινὸν τῆς φύσεως ἔδειξε ἰσότητος καὶ τὴν ἐκ τῶν βιωτικῶν δοκοῦσαν διαφορὰν εἶναι καὶ ἀνωμαλίαν εἰσάγων, καὶ ταύτην ἐκβάλλει τῷ λόγῳ, κοινῇ πάντας καλῶν (κοινὴ γὰρ ἡμῶν ἡ φύσις), κοινῇ πάντας καλῶ κοινὴ γὰρ ἡμῶν πόλις ἡ οἰκουμένη. Ἄλλ' ἐπενοήσατέ τινα διαφορὰν ἀπὸ πλοῦτος καὶ πενίας, καὶ ἀνωμαλίαν εἰσηγάγετε. Ἄλλὰ καὶ ταύτην ἐκβάλλω πάλιν, οὐχὶ πλουσίους μὲν προσιέμενος, πέννητας δὲ ἀτιμάζων, οὐδὲ πέννητας μὲν καλῶν, πλουσίους δὲ ἐκβάλλων, ἀλλὰ καὶ τούτους κάκεινους, καὶ οὐκ ἀπλῶς τούτους [205] κάκεινους, τοὺς μὲν πρώτους, τοὺς δὲ ὑστέρους, ἢ τοὺς μὲν ὑστέρους, τοὺς δὲ πρώτους· ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτό. Κοινὸς ὁ σύλλογος ἔστω, κοινὸς ὁ λόγος, καὶ κοινὴ ἡ ἀκρόσιν. Κἂν πλούσιος ἦς, ἐκ τοῦ αὐτοῦ γέγονας πηλοῦ, τὴν αὐτὴν εἰσδοὺν ἔσχεις τῷ πέννητι, τὴν αὐτὴν γένειν. Καὶ σὺ ἀνθρώπου υἱός, κάκεινος.

\* Cod. 635 σύνεσιν συνηγόρου, μάλλον δὲ δημηγόρου.

β'. Όταν τοίνυν τὰ καίρια καὶ κύρια ἴσα ὑμῖν ἢ καὶ ὁμοτίμα, τί διὰ τὰς σικὰς καὶ δνεῖρατα σεαυτὸν φουσεῖς, ἐκ τῶν οὐδὲν ὄντων τὰ κοινὰ διαιρῶν; Κοινὰ τὰ τῆς φύσεως, κοινὰ τὰ τῆς γενέσεως, τὰ τῆς οἰκείωσης. Τί τοίνυν τὴν ἔξωθεν περιβολὴν ἐπεισάγεις εἰς διαιρέσεως ἀφορμὴν; Οὐκ ἀνέχομαι. Διὰ τοῦτο καλῶ σε μετὰ τοῦ πέννητος, λέγων· Ἐπὶ τὸ αὐτὸ πλούσιος καὶ πέννης. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις οὐκ ἔστιν ἰδεῖν ἐπὶ τὸ αὐτὸ πλούσιον καὶ πέννητα· οὐκ ἐν δικαστηρίοις, οὐκ ἐν βασιλικαῖς αὐλαῖς, οὐκ ἐν ἀγοραῖς, οὐκ ἐν τραπέζαις· ἀλλὰ τὸν μὲν ἐν τιμῇ, τὸν δὲ ἐν καταφρονήσει· τὸν μὲν ἐν παρρησίᾳ, τὸν δὲ ἐν αἰσχύνῃ· ἡ γὰρ σοφία τοῦ πέννητος ἐξουθενημένη, καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ οὐκ εἰσακουόμενοι. Ἐλάλησε πλούσιος, καὶ ἐδικαίωσαν αὐτόν· πτωχὸς ἐλάλησε, καὶ οὐκ ἔδωθε αὐτῷ τόπος. Ἄλλ' οὐκ ἐνταῦθα. Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας ἀνέχομαι τῆς πλεονεξίας καὶ τῆς ἀλογίας, ἀλλὰ κοινὴν ἅπασι προσιθίμη τὴν διδασκαλίαν. Ὅρα σύνεσιν διδασκάλου, πῶς καὶ πρὶν ἢ τῆς δημηγορίας ἀρξασθαι, ἀπὸ τῆς κλήσεως μόνης μέγιστον ὄρον διδασκαλίας ἐξήνεγκεν. Ὅμοι γὰρ πάντας καλέσας, οὐτε ἐκείνον ἀφήκε φουσηθῆναι, οὐτε τοῦτον ἐξευτελιζεσθαι, ἀλλ' ἔδειξε, ὅτι οὐδὲ ὁ πλοῦτος καλὸν, ὡς περὶ οὐδὲ ἡ πενία κακὸν, ἀλλὰ τῶν περιττῶν ἔστι, καὶ ἔξωθεν προσκειμένων. Ὅστε οὐδὲν μοι διαφέρει, κἂν τοῦτο ἦς, κἂν ἐκεῖνο· οὐτε γὰρ πλούσιον ὄρω σε δυνάμιτι πλείον ἔχειν, οὐτε πέννητα ἐλαττον. Ἄλλ' ἴσως εἶπαι τίς ἄν· Καὶ τί δὴποτε ἄνθρωπος ὢν, καὶ τῆς αὐτῆς μετέχων φύσεως, τοσοῦτον σεαυτὸν ἀξιοῖς, ὡς νομίζειν τῆς οἰκουμένης ἐπιτήδειον εἶναι γενέσθαι διδάσκαλον, καὶ τοὺς ἐκ τῶν τερμάτων τῆς γῆς συγκαλεῖν; τί τοῦ τηλικούτου θεάτρου ἀξίον ἔχων εἰπεῖν; Ναί, φησίν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκάλεσε τὴν οἰκουμένην, ποιῶν ἀξιοπίστον τὸν λόγον, ἄκουσον τί λέγει· *Τὸ στόμα μου λαλήσει σοφίαν, καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδίας μου σύνεσιν.* Ἄλλος, *Καὶ μυρρίσει ἢ ἡ καρδία μου σύνεσιν.* Ὁ δὲ Ἑβραῖος *Ὁυαγθ* τοῦτο εἶπεν. Εἶδες πῶς εὐθέως ἀνήγαγε τὸν λόγον; Οὐ περὶ χρημάτων διαλέξομαι, φησίν, οὐ περὶ ἀξιωμάτων, οὐ περὶ δυναστείας [206] οὐ περὶ ῥώμης σώματος, ἀφ' ἑλλοῦ τινὸς τῶν ἐπικλήρων· σοφίαν μέλλω λέγειν μετὰ ἀκριβείας, οὐκ ἀπλῶς ἐκ τοῦ παραρημα ἐπελθοῦσάν μοι. *Κλιτῶ εἰς παραβολὴν τὸ οὐς μου.* Ἄλλος, *Κλιτῶ παραβολὴ τὸ οὐς μου.* Ὁ δὲ Ἑβραῖος *Λαμασᾶλ* φησιν. *Ἀνοιξω ἐν ψαλτηρίῳ τὸ πρόσλημά μου.* Ἄλλος, *Αἰνιγμά μου.* Ὁ δὲ Ἑβραῖος *Ἰδαθ* τοῦτο εἶπε. Καὶ ποῖα αὐτὴ πρὸς τὰ εἰρημένα ἀκολουθία; Ἄντι

ἢ Hic in Morel. legitur μῆνῃσι, infra vero his μυρρίσει. Savilius autem constantiter habet μῆνῃσι. Si igitur stemus lectioni Savilli, et hic et infra unius ejusdemque interpretis lectio affertur: nam utrobique μῆνῃσι legitur, id est, indicabit: lectio Hebraica est ΓΛΩΤΤΗ quam sic in Hexapllis expressam refert Chrysostomus οὐαγθ, mutato γ in θ, ut saepe contingebat. At Morel. hic μῆνῃσι, infra μυρρίσει habet: vixque crediderim tamen esse duorum interpretationem diversam: sed eandem ob similitudinem vocum ab aliquibus libraribus vitiatam fuisse putaverim. Malim autem postremam lectionem retinere, quia facilius librarum vocem usitatiorē μῆνῃσι, pro alia infrequentiore μυρρίσει, mendose substituerint.

γάρ διδασκάλου ἀκροατῆν ὁρῶ νῦν. Ἐκάλεσας μὲν γάρ ὡς ἀκουσομένους τί χρῆσιμον· μετὰ δὲ τὸ παραγενέσθαι καὶ συναγαγεῖν ἅπαντας, καὶ ἐπαγγελιασθαι τι σοφὸν εἶναι, οὐδὲν οὐδέ τι· φθεγγῆσθαι, ἀφαιρῶ τοῦ διδασκάλου τὴν τάξιν, εἰς τοῦ ἀκροατοῦ μεταβαίνεις χώραν. *Κλειῶ γάρ, φησὶν, εἰς παραβολὴν τὸ οὗς μου. Τίνος ἔνεκεν τοῦτο ποιεῖ; Σφόδρα συνेतῶς, καὶ ἀπολούθως τοῖς εἰρημένοις.* Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, λαλήσω σοφίαν, ἵνα μὴ τις ἀνθρώπινον τὸ λεγόμενον εἶναι νομίσῃ, καὶ μελέτην καρδίας, ἵνα μὴ αὐτοῦ εὐρημα ὑποπτεύσῃ, δείκνυσσι διὰ τούτων, ὅτι θεῖα τὰ λεγόμενα, καὶ ὅτι οὐδὲν ἴδιον φθέγγεται, ἀλλ' ἄπερ ἤκουσε, ταῦτα λέγει. Ἐκλίνα γὰρ, φησὶ, τὸ οὗς μου τῷ θεῷ, ἤκουσα παρ' ἐκείνου, καὶ τὰ ἀνωθεν κατενεχθέντα εἰς τὴν διάνοιαν τὴν ἐμὴν, ταῦτα λέγω. Διόπερ καὶ ὁ Ἡσαΐας εἶπε· *Κύριος ἐδίδωσί μοι γλώσσαις καιδείας τοῦ γνῶσθαι, ἥτις αἰεὶ εἰσπῶ λόγους· προσέθηκέ μοι ὡτίον ἀκούειν.* Καὶ ὁ Παῦλος πάλιν· *Ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς, ἢ δὲ ἀκοῆ διὰ ῥήματος Θεοῦ.* Ὁρᾷ καὶ ἐκεῖνον ἀκροατῆν γινόμενον πρότερον, καὶ τότε διδάσκειν· *Διὰ καὶ ἕτερος ἐρμηνευτὴς εἶλεγε, Καὶ μυνηροῖσι ἡ καρδία μου.* Τί ἐστὶ, *Μυνηροῖσι;* Ἄσεται, ψαλμὸν τινα ἐρεῖ πνευματικόν. Εἰ δὲ μελέτην λέγει, μὴ θορυβηθῆς· ἃ γὰρ ἔλαθεν ἀπὸ τοῦ Πνεύματος, ταῦτα διηγεκῶς ἐμελέτα, καὶ παρ' ἑαυτῷ ἀνεκίει, καὶ τότε ἀνακινήσας, εἰς τοὺς ἄλλους ἐξέφερε. Τί δὲ ἐστίν, *Εἰς παραβολὴν;* Πολυτήμαντόν τι ἐστὶ τὸ ὄνομα. Ἔστι γὰρ παραβολὴ λάλημα, καὶ ὑπόδειγμα, καὶ ὄνειδισμὸς, ὡς δταν λέγῃ· *Ἔθου ἡμῶς εἰς παραβολὴν ἐν τοῖς ἔθνεσι, κίνησιν κερφαλῆς ἐν τοῖς λαοῖς.* Ἔστι παραβολὴ καὶ αἰνιγματώδης λόγος, ὃ πολλοὶ λέγουσι ζήτημα, ἐμφαίνων μὲν τὴν, οὐκ αὐτόθεν δὲ ὄληαν ἢ ἀπὸ τῶν ῥημάτων, ἀλλ' ἔχον ἐν τῷ κεκρυμμένῳ διάνοιαν, ὅσα τὰ τοῦ Σαμφῶν, ἃ εἶλεγεν· *Ἐξῆλθεν ἀπὸ ἐσθλοῦτος βρώσις, καὶ ἀπὸ ἰσχυροῦ γλυκὺ· καὶ ὁ Σολομῶν, Νοήσῃ τε παραβολὴν, καὶ σκοτεινὸν λόγον.* Λέγεται παραβολὴ καὶ ἡ ὁμοίωσις· *Ἄλλην παραβολὴν παρέθην αὐτοῖς λέγων· Ὅμοιος ἐστὶν ἡ βασιλεῖα τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπων σπεῖροντι καλὸν σπέρμα.* Παραβολὴ λέγεται καὶ τροπολογία· *Υἱὰ ἀνθρώπου, εἰπέ τὴν παραβολὴν ταύτην αὐτοῖς.* Ὁ δὲ τοῦ δ μέγας, ὁ μεγαλοπύργος· ἀετὸν λέγων τὸν βασιλεῖα. Παραβολὴ λέγεται καὶ τύπος, καὶ εἰκὼν, καθάπερ δείκνυσσι καὶ ὁ Παῦλος λέγων· *Πιστεῖ προετήνοχε τὸν Ἰσαὰκ, πειραζόμενος, καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν ὁ τὰς ἐπαγγελίας δεξάμενος· ὅθεν καὶ ἐν παραβολῇ αὐτὸν ἐνομίσατο· τούτῃστιν, ἐν τύπῳ καὶ ἐν εἰκόνι.*

γ'. [287] Τί αὐν ἐναυθα βούλεται αὐτῷ ἡ παραβολή; Ἔμοι δοκεῖ τὸ διήγημα λέγειν. Εἰ δὲ αἰνιγματώδη ποιεῖ τὸν λόγον καὶ πολλὴν ἔχοντα τὴν δυσκολίαν, μὴδὲ οὕτως θορυβηθῆς· ἵνα γὰρ διεγείρῃ τὸν ἀκροατῆν, τοῦτο ποιεῖ, ἄλλως δὲ καὶ ἐπειδὴ πολλοὺς ἡ εὐκολία εἰς βῆθυμίαν ἀγει, διὰ τοῦτο ἐν παραβολῇ φθέγγεται. Ἐπει καὶ ὁ Χριστὸς πολλὰ ἐν παραβολαῖς ἐλάλει, κατ' ἴδιαν δὲ τοῖς μαθηταῖς ἐπέλυσε ταῦτας. Ἡ γὰρ παραβολὴ τὸν ἀξίον καὶ οὐκ ἀξίον διαιρεῖ· ὁ μὲν γὰρ ἀξίος ἐκζητεῖ· τὰ λεγόμενα εὐρεῖν, ὁ δὲ ἀνάξιος παρατρέχει· ὅπερ καὶ τότε ἐγένετο. Οἱ μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι εὐδὲ ὑπὸ τῆς δυσκολίας διεγειρόμενοι πρὸς τὴν ἐρω-

τησιν ἐβλῆσαν· οὕτω καθάπαξ οὐ προσείχον τοῖς λεγομένοις. Ἰκανὸν δὲ ἔ τούτο πρὸς ζήτησιν διεγείραι, ἔταν ἢ τι συνεσκιαζόμενον. Διὰ καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησε τότε τοῦτο, καὶ ἐν παραβολαῖς ἐλάλει, ἐρεβίζων καὶ διεγείρων αὐτοὺς πρὸς ἐπιθυμίαν ἀκροάσεως ἀναπεινωκτάς καὶ καθεύδοντας· ἀλλ' οὐδὲ οὕτω προσείχον· οἱ δὲ μαθηταὶ προσέκειντο, καὶ ἀγνοοῦντες ἐνέμενον δι' αὐτὸ τοῦτο μάλιστα, ὅτι ἠγνόουν. Διὰ καὶ κατ' ἴδιαν ἔλυεν αὐτοὺς τὰς παραβολὰς. Διὰ τοῦτο καὶ οὕτως φησὶ· *Κλειῶ εἰς παραβολὴν τὸ οὗς μου, ἀφείλω ἐν ψαλιτηρῷ τὸ πρόβλημα μου.* Πρόβλημα δὲ ἐστὶ λόγος συνεσκιασμένος καὶ αἰνιγματώδης, διὰ καὶ ἀλλαχοῦ φησὶ· *Φθέγγομαι προβλήματα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.* Διὰ τοῦτο καὶ σοφίαν ἐτόλμησε καλεῖσαι, θαρδῶν τῇ θεῷ ἀποκαλύψει· διὰ τοῦτο καὶ *Ἐν ψαλιτηρῷ φησὶ, τὸ πνευματικὸν ἐμφαίνων τῆς διδασκαλίας, τὴν ἀνωθεν κατοχὴν αὐτοῦ γενομένην, καὶ ἐν ἄσματος τάξει ποιεῖται τὴν συμβουλήν, ἡβύων τὸν λόγον.* Εἶδες εἶον τὸ προοίμιον κατεσκευάσεν· Ἐκάλεσε τὴν οἰκουμένην, ἐξέβαλε τὴν ἀνωμαλίαν τὴν ἐν τῷ βίῳ, ἀνέμησε τῆς φύσεως, κατέστειλε τὰ φρονήματα, ὁπέσχετο μέγα τι καὶ γενναῖον εἶναι, εἶπε μὴδὲν εὐκθερὸν φθέγγεσθαι, ἀλλ' ἃ παρ' ἐκείνου ἤκουσε, πολλὴν ἠνίκατο ἐν τῷ λόγῳ τὴν ἀσάφειαν εἶναι, προσεκτικωτέρους ποίωεν· πνευματικὴν ὑπέσχετο σοφίαν ἡμῶς διδάξαι, ἦν διὰ παντὸς ἐμελέτα. Προσέχωμεν τοίνυν, καὶ μὴ παρατρέχωμεν. Εἰ γὰρ σοφὸς ὁ λόγος, καὶ παραβολὴ, καὶ πρόβλημα, διεγερμένους χρεῖα διανοίας. Τίς οὖν ἐστὶν ἡ συμβουλή, καὶ τί τὸ πρόβλημα, καὶ τίς ἡ παραβολή, καὶ τίς ἡ σοφία, ἦν ἀνωθεν ἤκουσεν; *Ἰνα τί φασοῦμαι, φησὶν, ἐν ἡμέρῃ πονηρᾷ;* Ἄλλος, *Ἐν ἡμέρῃ πονηροῦ.* Ἄλλος, *Κακοῦ.* Ὁ Σύρος, *Ρᾶ. Ἡ ἀνομίᾳ τῆς πτέρυγος μου κυκλώσει με.* Ἄλλος, *Τῶν ἰχθύων μου.* Ὁ δὲ Ἑβραῖος, *Ἄων ἀκουσθε εἰς ἰουσουβουεῖ.* Εἶδες πῶς πρόβλημα, καὶ αἰνίγμα, καὶ σκοτεινὸς ὁ λόγος, καὶ πολλὴ ἡ ἀσάφεια; Ἄλλ', εἰ δοκεῖ, πρότερον [208] μάθωμεν, ποῖαν λέγει πονηρὰν ἡμέραν. Ποῖαν τοίνυν εἶθε καλεῖν ἡ Γραφὴ ἡμέραν πονηρὰν; Τὴν τῶν συμφορῶν, τὴν τῶν κολάσεων, τὴν τῶν περιστάσεων. Ὁ καὶ ἀλλαχοῦ φησὶ· *Μακάριος ὁ σπυρῶν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα· ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ Κύριος.* Τοιαύτη δὲ ἐστὶν ἡ μέλλουσα τοῖς ἁμαρτωλοῖς, ἡ φοβερὰ ἐκείνη, καὶ ἀφόρητος. Εἶδες πῶς τὸν φιλοσοφίας ἄρον τῆς ἀνωτάτω, καὶ πῶς διευκρινεῖ σοὶ ὁ λόγος, ποῖα μὲν ἀξία φόβου, ποῖα δὲ καταγνώσεως; Ἄν γὰρ μὴ ταύτην τις τὴν ἀρίστην ποιήσῃται διαίρεσιν, καθάπερ ἐν σκότῳ βαθεῖ καὶ συγγύσει πραγμάτων περιφερόμενος, ἀπορρίπται.

Ἄν μὴ διέλωμεν τίνα μὲν φοβεῖσθαι δεῖ, τίνα δὲ διαπτύειν, πολλὴ κατὰ τὸν βίον ἐστὶν ἡ πλάνη, πάλιν ὁ κίνδυνος. Καὶ γὰρ ἐσχάτης ἀνοίας φοβεῖσθαι τὰ μὴ ἀξία φόβου, καταγέλλει δὲ ἃ φοβεῖσθαι δίκαιον. Τοῦτω καὶ οἱ ἄνδρες τῶν παιδῶν ἠεστῆκασι, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ὅτε ἐν ἀτελεῖ διανοίᾳ ὄντες, προσωπεῖα δεδολκασί, καὶ ἀνθρώπους σάκκων περιχειμένους· τὸ δὲ ὑβρίσας πατέρα ἢ μητέρα, οὐδὲν εἶναι ἠγνούσαν· καὶ πυρὶ μὲν ἐπιτιπῶσαι, καὶ λύχνους κειομένους, φόβους δὲ τινὰς δεδιττονται, οὐδὲν ἔχοντας δεῖνόν· οἱ δὲ ἀν-

\* Morel. οὐδέποτε. Savil. et alii οὐδέπω.  
 \* Savil. et alii ἐκζητεῖ. Infra quaedam desunt in editto, quae ex mss. restituta.

b Sic mss. recte. Edit. Morel. ἰκανὸν γάρ. Mox post ἐποίησε τότε, haec τοῦτο... ἐρεβίζων, desunt in Morel., sed habentur in mss. et Savil.  
 c Πρῶτον δεεστ in Savil. et in uno codice. Infra alius cod. φόβου, ποῖα δὲ καταγνώσεως.

non, per hæc ostendit divina ea esse quæ dicuntur, neque vili loqui propria, sed ea dicere, quæ audit. Inclinaui enim, inquit, Deo aurem meam, audiui ab illa, et quæ in mentem meam a supernis demissa sunt, ea dico. Et ideo dicebat Isaïas: *Dominus dat mihi linguam doctrinæ, ut sciam, quando sermonem dicere oportet: adjecit mihi aurem ad audiendum (Isai. 50. 4).* Et rarus Paulus: *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei (Rom. 10. 17).* Vides illum quoque prius fuisse auditorem, et deinde doctorem? Et ideo dixit etiam alius interpres, *Et cantilabis eis meam.* Quid est, *cantilabis?* Canebat, dicit psalmum aliquem spirituales. Si autem dicit meditationem, ne conturbor. Quæ enim a Spiritu acciperat, ea assidue meditabatur, et apud se versabat; et cum diu versasset, aliis proferebat. Quid est autem, *In parabolas?* Est nomen quod habet multa significata. Est enim parabola loquela, exemplum, et exprobratio, ut quando dicit: *Pessimi nos in parabolas in gentibus, connotationem capitis in populis (Psal. 43. 15).* Est etiam parabola oratio ænigmatica, quam multi dicunt questionem, quæ aliud quidem significat, sed id non est apertum statim ex ipsis verbis, sed habet sensum intus latentem, cujusmodi erant ea quæ dicebat Samson: *Egressus est a comedente cibum, et a forti dulce (Jud. 14. 14);* et Salomon, *Animadvertetque parabolam, et obscurum sermonem (Prov. 1. 6).* Dicitur etiam parabola similitudo: *Aliam parabolam, inquit, proposuit eis dicere: Simile est regnum cælorum homini seminanti bonum semen (Matth. 13. 24).* Dicitur etiam parabola figurata oratio: *Fili hominum, dicit eis parabolam hæc. Aquila magna, magnas habens pennas (Ezech. 17. 1-3):* aquilam dicens Regem. Dicitur etiam parabola figura et imago, quemadmodum ostendit Paulus, dicens: *Fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur, et ingentium offerbat is qui susceperat repromissiones: unde etiam in parabola eum vetuit (Hebr. 11. 17. 19);* hoc est, in figura, et in imagine.

3. *Lectorem ad inquisitionem incitat Scripturæ obscuritas.* — Quid ergo alii vult hic parabola? Mihi videtur dicere narrationem. Si autem orationem facit obscuram et ænigmaticam, et quæ multum habeat difficultatis, ne sic quidem conturbor: hoc enim facit ut auditorem excitet; et alioqui quoniam facilitas multos ad negligentiam adluat, propterea loquitur in parabola. Nam Christus quoque multa loquebatur in parabolis, separatim autem eas solvebat discipulis (*Matth. 4. 33. 34*). Parabola enim dignam ab indigno distinguit; dignus enim querit invenire ea quæ dicuntur, indignus autem prætercurrit: quod tunc etiam evenit. Judæi enim ne difficultate quidem excitati impellebantur ad interrogandum: ita non attendebant omnino ea quæ dicebantur. Ad movendum autem questionem sufficit, quando quis adumbratam proponitur. Quocirca Christus quoque hoc faciebat, et loquebatur in parabolis, eos stimulans et incitans ut audire cuperent<sup>1</sup> qui supini dormiebant: sed ne sic

quidem attendebant; discipuli autem animam adhibebant, et cum essent ignorantes, vel eo maxime manebant, quoniam ignorabant. Quocirca eis secretum solvebat parabolas, et ideo quoque dicit: *Inclinao in parabolam aurem meam. Aperiant in psalterio problema meum.* Est autem problema oratio obscura et ænigmatica, et ideo alibi quoque dicit: *Loquitur problema a constitutione mundi (Psal. 77. 2).* Quapropter ausus est etiam vocare sapientiam, divina fretus revelatione, et ideo etiam dicit, *In psalterio, doctrinam spiritualem indicans, et se superno esse Numine affatum.* In cantici forma autem dat consilium, orationem reddens suavorem. Vidisti quale proœmium composuit? Vocavit orbem terræ, quæ est in vita inæqualitatem expulit, naturam in memoriam revocavit, arrogantiam compressit; pollicitus est se aliquid magnum et præclarum esse dicturum: dixit se nihil ex se allatum proloqui, sed quæ ab illo audit; significavit in oratione esse magnam obscuritatem, nos reddens attentiores; pollicitus est se nos spirituales docturum sapientiam, quam perpetuo meditabatur. Attendamus ergo, et ne prætereamus. Si est enim sapiens oratio, et parabola, et problema, mente erecta et excitata opus est. Quod est ergo consilium, et quod problema, quæ parabola, et quæ sapientia, quam auditur a supernis? 6. *Cur timebo, inquit, in die mala?* Atas, *In diebus maligni.* Alius, *Mali.* Syrus autem, *Rha (a).* *Iniquitas calcei mei circumdabit me.* Alius, *Vestigiorum meorum.* Hebræus autem, *Aon accubui tsabbuni.* Vidisti quomodo est problema, et ænigma, et obscura oratio, et permultum obscuritatis? Sed, si videtur, primum intelligamus quemnam dicit malum diem. Quemnam ergo malum diem solet vocare Scriptura? Diem calamitatum, diem suppliciorum, diem ærumnarum. Quod etiam dicit alibi: *Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eum Dominus (Psal. 40. 1).* Talis est autem dies ille futurus peccatoribus terribilis et intolerabilis. Vidisti primum<sup>2</sup> decretum supremæ sapientiæ, et quomodo tibi definit oratio, quænam sint digna metu, quænam condemnatione? Nisi quis enim hæc sic optime distinguit, tamquam in profundis tenebris, rerumque confusione huc et illuc circumlatus, exitum non invenit.

*Timenda a non timendis utile est discernere; peccatum solum terribile est ac timendum.* — Nisi sit nobis definitum et constitutum quænam quidem timere, quænam vero execrari oporteat, magnus erit in vita error, et magnum periculum. Est enim extremæ amentitiæ timere ea quæ non sunt timenda, ea vero rîdere quæ jure timenda sunt. In hoc homines a pueris differunt, quod hi quidem, ut quorum non sit perfecta adhuc intelligentia, larvas timeant, hominesque sæcis

<sup>1</sup> Vox, primum, deest in Savil. et in uno Codice.

(a) Non Syrus modo, sed etiam Hebræus *רְחַי*, *ra*, habet. Nox hæc voces, *רְחַי וְרַחֲמֵי*, significans, *iniquitas calceorum meorum circumdabit me*; juxta Syriacum autem vertenda sunt, *iniquitas vestigiorum meorum.*

<sup>2</sup> Morel, *faciebat, incitans ut audire cuperent, etc.*

indentes; patrem autem aut matrem contumelia afflicere nihil esse existimant; et in ignem quidem et lucernas ardentes insilium, strepitus autem quosdam minime timeudos extimescunt: viri autem nihil horum curant. Quia ergo multi sunt pueris stultiores, tradit hanc distinctionem, et dicit quænam timere oporteat, non ea quæ multis videntur terribilia, paupertatem dico, ignominiam, et morbum (hæc enim non sunt solum multis terribilia, sed etiam molesta et gravia; at nihil horum tale esse statuit), sed solum peccatum: hoc enim sibi vult illud, *Iniquitas calcanei mei circumdabit me*. Hoc est ergo oratio ænigmatica, hoc est novus tropus et admirabilis. Valde enim novum videtur esse multis et admirabile dicere, non oportere quidquam timere eorum quæ sunt in vita gravia et molesta. Quid ergo timebo, inquit, in die mala? Unum tantum, ne forte vitæ mez et vitæ iniquitas me circumdet. Solet Scriptura fraudem vocare calcaneum: *Qui edebat enim, inquit, mecum panem, sustulit in me calcaneum (Psal. 40. 10)*. Et Esaü rursus dicebat de Jacob: *Jam secundo me supplantavit (Gen. 27. 36)*. Est enim peccatum res ejusmodi, fraudulenta, et apta ad arripiendum. Hoc, inquit, vereor peccatum quod me decipit, quod me circumdat.

4. Et ideo Paulus id vocat circumstans (*Hebr. 12. 1*), significans, id quod continue, quod facile, quod nullo ambit et circumdat negotio. In his ergo judiciis multa timent homines, et vim opam, et potentiam, et injuriam, et fraudem: illic autem nihil est ejusmodi, sed peccatum solum est terribile, quod undique circuit eos qui capiuntur, gravius quam quivis exercitus. Sunt ergo omnia agenda, ut non ab ipso circumdemur; postquam autem viderimus id nos velle comprehendere, oportet ejus occasiones fugere, ut faciunt egregii milites: quod si etiam capti fuerimus, oportet id celeriter rescindere, quemadmodum fecit David, qui per pœnitentiam vires ejus abscidit (*2. Reg. 12. 13*). Fuit enim ab eo circumdatus, sed id statim effugit. Qui hoc timuerit, nihil aliud unquam timebit, sed irridebit ea quæ in præsentī vita bona sunt, et quæ molesta sunt contemnet, cum solus ille metus ejus mentem agitet. Nihil enim, nihil certe aliud est ei formidabile, qui est hoc timore præditus: atque adeone ipsa quidem mors, quæ est caput rerum terribilium, nisi hoc unum solum. Quomodo? Quoniam tradit gehennæ, quoniam transmittit ad immortalia supplicia. Si quis rursus in eo se recte gesserit, inducit omnem virtutem. Cogita enim quanta res sit, nec bonis rebus intumescere, nec molestis animum demittere, præsentium nullam rationem ducere, futura respicere, diem illum expectare, in tali metu assidue versari. Qui talis est, erit angelus, qui hoc solum timuerit et nihil aliud: nihil enim aliud timebit, si hoc unum timuerit ut timere oportet: quemadmodum qui non hoc timuerit, is erit obnoxius multis terroribus. 7. *Qui confidunt in virtute sua et in multitudine divitiarum suarum gloriantur*. Alius, *Superbientes*. 8. *Frater non redimit, redimet homo? Non dabit Deo plactionem suam*, 9. *et pretium redemptionis animæ suæ*.

Et quænam est hæc consequentia? dixerit quispiam. Pulchra, et recte coherens, et magnopere dependens a prioribus. Quia enim loquebatur de judicio, et de illa terribili reddenda ratione, et de sententia quæ corrumpi non potest: multi autem in iis quæ hic sunt judiciis, iudicibus emptis, jus corruerunt, et pœnam vitarunt; sententiam illam quæ minime corrumpi potest prædicans, et quem prius dixit timorem augens, hæc subjunxit, ostendens se recte dixisse, oportere unum esse timorem, nempe eum qui ex peccato proficiscitur, et nullum alium. Jus enim non potest illic corrumpi pecunia: nec licet donis seipsum e gehenna eripere: nec salutem afferre potest patrocinium et oratoris defensio, nec aliquid aliud. Quamvis enim sis dives, quamvis potens, quamvis alicui notus et familiaris, hæc omnia sunt illic inutilia; illic unusquisque ex factis vel punitur, vel coronatur. Quandoquidem et qui erat ætate Lazari, valde dives erat, sed nihil ei profuerunt divitiæ (*Luc. 16*): et notæ erant virgines virginibus, sed nihil eas juvit illa familiaritas (*Matth. 25*): unum est enim illic solum quod queritur. Vos ergo, inquit, qui opibus fiditis, et estis circumdati potentia, frustra intumescitis: neque enim vobiscum transmittetur in illud iudicium pecuniæ abundantia, nec vires potentiae; sed nec ulla necessitudo aut cognatio, nec aliquid ejusmodi vos illic eripiet. Non licet illic solutis pecuniis, aut ulla expiatione, aut pretio animæ ullum unquam servari. Quid ergo est quod dicit Scriptura: *Facite vobis amicos ex iniquo mamona, ut vos recipiant in æterna tabernacula (Luc. 16. 9)*? Quidnam est quod dictum est? Nihil contrarium, nec repugnans prioribus, seu valde etiam consentiens. In præsentī enim vita faciendi sunt amici, solvendo pecunias, erogando ac consumendo facultates in egenos. Nihil ergo hic aliud significat, nisi largam et copiosam elemosynam. Si enim cum nihil eorum feceris, illuc recedas, nemo te defendet. Neque enim nos defendit illorum amicitia, sed quod ex mamona amici facti fuerint; propterea adjecit, *Amicos ex mamona*, ut scias quod ipsa tua opera tibi parcent<sup>1</sup>, elemosyna, clementia, in pauperes munificentia. Nam quod nec cognatio, nec necessitudo quidquam prosit absque operibus, audi quod dicit propheta: *Si steterit Noe, et Job, et Daniel, filios suos et filias suas non liberabunt (Ezech. 14. 14. 18)*. Et quid dico in futura vita, quando nec in præsentī quidquam juvat amicitia? Quantum luxit et flevit Samuel, et Saülem non eripuit (*1. Reg. 15. 35*)? quantum vero precatus est Jeremias, et Judæos nihil juvit (*Jer. 14. 7. 11*)? imo etiam dum oraret fuit reprehensus. Et quid miraris, si nihil profuit Jeremias, quando nec Mosem quidem ait, si fuisset illo tempore, servare potuisse Judæos, quandoquidem eorum invaluerat nequitia, nec ex se aliquid attulerant (*Jer. 15. 1*)?

5. *Sanctorum preces; animæ dignitas; opera neces-*

<sup>1</sup> Juxta Boisium legendum esset, *protegent*, pro, parcent. Sed verbum, *parcent*, quadrat.

δρας οὐδενὶ τούτων ἐπιστρέφονται. Ἐπει οὖν πολλοὶ παιδῶν εἰσὶν ἀνοητότεροι, διαίρεσιν ποιεῖται ταύτην, καὶ λέγει τίνα χρῆ φοβεῖσθαι, οὐ τὰ πολλοῖς; δοκοῦντα <sup>a</sup> φοβερά, πενίαν λέγω, καὶ ἀδοξίαν, καὶ νόσον (ταῦτα γὰρ οὐ μόνον τοῖς πολλοῖς φοβερά, ἀλλὰ καὶ ἐπαχθῆ, καὶ φορτικὰ· ἀλλ' οὐδὲν τούτων τίθησιν), ἀλλ' ἁμαρτίαν μόνην· τοῦτο γὰρ ἐστίν· *Ἡ ἀνομία τῆς πτέρυγος μου κυκλώσει με*. Τοῦτο οὖν ἐστὶν αἰνιγματώδης λόγος, τοῦτο καινὸς καὶ παράδοξος τρόπος. Σφόδρα γὰρ καινὸν καὶ παράδοξον τοῖς πολλοῖς εἶναι δοκεῖ τὸ λέγειν, μὴ δεῖν τι φοβεῖσθαι τῶν ἐν τῷ βίῳ λυπηρῶν. Τί οὖν φοβοῦμαι, φησὶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ποιηρᾷ <sup>b</sup>; Ἐν μόνον, μήποτε ἡ ἀνομία τῆς ὁδοῦ μου καὶ τοῦ βίου μου κυκλώσει με. Οἶδε δὲ καὶ πτέρναν καλεῖν τὴν ἀπάτην ἢ Γραφή. *Ὁ ἐσθίων γὰρ μετ' ἐμοῦ, φησὶν, ἄρτον, ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ πτερυγισμόν*. Καὶ πάλιν ὁ Ἡσαῦ εἶπεν περὶ τοῦ Ἰακώβ· *Δεύτερον τοῦτο ἐπτέρυξέ με* <sup>c</sup>. Τοιοῦτον γὰρ ἡ ἁμαρτία, ἀπειρήτων, καὶ ἱκανὸν συναρπάσαι. Ταύτην, φησὶ, δέδοικα τὴν ἀπατώσάν με ἁμαρτίαν, τὴν κυκλοῦσάν με.

δ. Διδὸ καὶ ὁ Παῦλος αὐτὴν εὐπερίστατον καλεῖ, τὴν συνεχῶς περιβάλλουσαν δηλῶν, τὴν εὐκόλως, τὴν ῥαδίως. Ἐν μὲν οὖν τούτοις τοῖς δικαστηρίοις πολλὰ δεδοικασιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ χρημάτων περιουσίαν, καὶ δυναστείαν, καὶ ἐπήρειαν, καὶ ἀπάτην· ἐκεῖ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλ' ἡ ἁμαρτία μόνον φοβερὸν, πανταχοῦ κυκλοῦσα τοὺς ἀλίσκομένους, καὶ στρατοπέδων χαλεπώτερον. Δεῖ μὲν οὖν πάντα πράττειν, ὥστε μὴ κυκλοῦσθαι ὑπ' αὐτῆς, ἀλλ' ἐπειδὴν ἴδωμεν βουλομένην [209] αὐτὴν ἡμᾶς περιβαλεῖν, διαφεύγειν αὐτῆς τὰς λαβὰς, ὅπερ οἱ γενναῖοι τῶν στρατιωτῶν ποιοῦσιν· ἂν δὲ καὶ ἄλῳμεν, διακρίπτειν ταχέως αὐτὴν, ὅπερ καὶ ὁ Δαυὶδ ἐποίησε, διατεμῶν αὐτῆς τὴν ἰσχὺν διὰ τῆς μετανοίας. Ἐκυκλώθη μὲν γὰρ ὑπ' αὐτῆς, ἀλλὰ ταχέως αὐτὴν διέφυγεν. Ὁ τοῦτο δεδοικώς, οὐδὲν ἄλλο φοβηθήσεται ποτε, ἀλλὰ καταγελάσει τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ χρηστῶν, ὑπερήφεται τῶν λυπηρῶν, τοῦ φόβου μόνον ἐκείνου κατασειόντος αὐτοῦ τὴν διάνοιαν. Οὐδὲν γὰρ, οὐδὲν τῶν ἄλλων φοβερὸν τῷ τούτου κεκτημένῳ τὸν φόβον, οὐδὲ αὐτὸ τὸ κεφάλαιον τῶν φοβερῶν, ὁ θάνατος, ἀλλ' ἡ τοῦτο μόνον. Πῶς; Ὅτι γέννη παραδίδωσιν, ὅτι πρὸς τὰς ἀθανάτους παραπέμπει τιμωρίας. Τοῦτο πάλιν κατορθωθὲν ἄπασαν εἰσάγει τὴν ἀρετὴν. Ἐνόησον γὰρ ἠλίκον ἐστὶ, μὴ φυσᾶσθαι τοῖς χρηστοῖς, μὴ ταπεινοῦσθαι τοῖς λυπηροῖς, μηδὲνα τῶν παρόντων ποιεῖσθαι λόγον, πρὸς τὰ μέλλοντα ὀρᾶν, τὴν ἡμέραν ἀναμένειν ἐκείνην, τοιοῦτον φόβον συζῆν. Ὁ τοιοῦτος ἄγγελος ἐστὶ τοῦτο μόνον δεδοικώς, τῶν δὲ ἄλλων μηδέν· οὐδὲ γὰρ φοβηθήσεται τι τῶν ἄλλων, ἂν τοῦτο μόνον ἢ δεδοικώς, ὡς δεδοικέναι χρῆ· ὡς περὶ οὖν ὁ μὴ τοῦτο δεδοικώς, πολλοῖς ὑποκείσεται φοβεροῖς. *Οἱ πεποιθότες ἐπὶ τῇ δυνάμει αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τῷ πλῆθει τοῦ πλούτου αὐτῶν καυχόμενοι*. Ἄλλος, Ἄλαζονεύμενοι. Ἄδαλφός οὐ λυτροῦται, λυτρώσεται ἄνθρωπος;

Ὁ δὲ δώσει τῷ Θεῷ ἐξίλασμα ἑαυτοῦ, καὶ τὴν τιμὴν τῆς λυτρώσεως τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. Καὶ ποτα αὐτῆ ἄκολουθία; εἴποι τις ἄν. Πολλὴ μὲν οὖν, καὶ συνεχῆς, καὶ σφόδρα τῶν ἐμπροσθεν ἐκκρεμαμένη. Ἐπειδὴ γὰρ περὶ δικαστηρίου ὁ λόγος αὐτῷ, καὶ τῶν φοβερῶν ἐκείνων εὐθυνῶν, καὶ τῆς ἀδεκάστου ψήφου· πολλοὶ δὲ ἐν δικαστηρίοις τοῖς ὡς τὸ δίκαιον διέφθειραν, καὶ δικαστὰς ὤνησαντο, καὶ διέφυγον τὴν δίκην· ἀνακηρύττων ἐκείνης τῆς ψήφου τὸ ἀδέκαστον, καὶ τὸν φόβον αὐξῶν, ὃν πρότερον εἴρηκε, ταῦτα ἐπήγαγε δεικνύς, ὅτι καλῶς εἶπεν ἕνα φόβον φοβεῖσθαι τὸν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἄλλον δὲ μηδὲνα. Οὐ γὰρ ἐστὶν ἐκεῖ χρήμασι φθεῖραι τὸ δίκαιον, οὐδὲ καταβαλόντα δῶρα ἐξαρπάσαι τῆς γέννητος ἑαυτοῦ· οὐδὲ πρостаσία καὶ συνηγορία σώζει, οὐδὲ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν. Κἂν γὰρ πλοῦσιος ᾖς, κἂν δυνάστης, κἂν τινη γυνώμιος, πάντα ταῦτα εἰκῆ καὶ μάτην· ἀπὸ τῶν ἔργων ἕκαστος ἐκεῖ καὶ κολάζεται καὶ στεφανοῦται. Ἐπει καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου σφόδρα πλοῦσιος ἦν, ἀλλ' οὐδὲν αὐτὸν ὁ πλοῦτος ὤνησε· καὶ αἱ παρθένοι γυνωρίμους εἶχον τὰς παρθένους, ἀλλ' οὐδὲν αὐτὰς ἡ οἰκείωσις ὠφέλησεν· ἐν γὰρ ἐστὶ τὸ ζητούμενον ἐκεῖ μόνον. Ὑμεῖς τοίνυν, φησὶν, οἱ τῷ πλούτῳ θαρβύοντες, καὶ δυναστεῖαν περιβεβλημένοι, εἰκῆ καὶ μάτην φουσθε· οὐδὲ γὰρ διαθήσεται μετ' ὑμῶν εἰς ἐκεῖνο τὸ δικαστήριον ἡ τῶν χρημάτων περιουσία <sup>d</sup>, οὐδὲ ἡ τῆς δυναστείας ἰσχὺς· ἀλλ' οὐδὲ οἰκειότης καὶ συγγένεια· οὐδὲ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν ὑμᾶς ἐξαιρήσεται. Οὐκ ἐστὶν ἐκεῖ καταβαλόντα χρήματα, οὐδὲ [210] ἐξίλασμον, οὐδὲ τιμὴν ψυχῆς, σωθῆναι ποτε. Τί οὖν ὅτι φησὶν ἡ Γραφή, *Ποιήσατε ὑμῖν φίλους ἐκ τοῦ ἀδίκου μαμωνᾶ, ὅπως εἰσδέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς*; Τί ποτ' οὖν ἐστὶ τὸ εἰρημένον; Οὐδὲν ἐναντίον, οὐδὲ μαχόμενον τοῖς προτέροις, ἀλλὰ καὶ σφόδρα συμφωνοῦν. Φίλους γὰρ ἐνταῦθα δεῖ ποιεῖν ἐν τῷ παρόντι βίῳ, χρήματα καταβάλλοντας, τὰ ὄντα δαπανῶντας εἰς τοὺς δεομένους. Οὐδὲν οὖν ἄλλο ἐνταῦθα ἢ ἐλεημοσύνη θασιλῆ αἰνιττεται. Ὡς ἐὰν ἀπέλθῃς ἐκεῖ, μηδὲν τούτων ἐργασάμενος, οὐδεὶς σου προστήσεται. Οὐδὲ γὰρ ἡ φίλια ἐκείνων ἡμῖν προσταται, ἀλλὰ τὸ ἐκ τοῦ μαμωνᾶ γενέσθαι φίλους· διὰ τοῦτο προσέθηκε, *Φίλους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ*, ἵνα μάθῃς, ὅτι αὐτὰ σου τὰ ἔργα φείσεται <sup>e</sup>, ἢ ἐλεημοσύνη, ἢ φιλοanthρωπία, ἢ εἰς τοὺς δεομένους φιλοτιμία. Ἐπεὶ ὅτι γε οὔτε συγγένεια, οὔτε οἰκειότης ὠφελεῖ τι χωρὶς ἔργων, ἄκουσον τί φησὶν ὁ προφήτης· *Ἐὰν στῆ Νῶε, καὶ Ἰώβ, καὶ Δαυὶδ, υἱοὺς αὐτῶν καὶ θυγατέρας οὐ μὴ ρύσσονται*. Καὶ τί λέγω ἐν τῷ μέλλοντι, ὅπου γε καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ οὐδὲν ὤνησε φίλια; Πόσα οὖν ἀπωδύρατο καὶ ἐθρήνησεν ὁ Σαμουὴλ; καὶ τὸν Σαοὺλ οὐκ ἐξήρπασε; πόσα δὲ ὁ Ἰερεμίας ἠῤῥατο, καὶ τοὺς Ἰουδαίους οὐδὲν ὤνησεν, ἀλλὰ καὶ ἐπειμήθη εὐχόμενος; Καὶ τί θαυμάζεις, εἰ Ἰερεμίας οὐδὲν ὄνησεν, ὅπου γε οὐδὲ τὸν Μωσῆα λέγει, εἰ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἦν, δύνασθαι σῶσαι τοὺς τότε Ἰουδαίους, ἐπειδὴ τὰ τῆς κακίας ἐκράτησε, καὶ οὐδὲν οἴκθον εἰσήνεγκαν;

εἰ. Πόσα περὶ Ἰουδαίων ὁ Παῦλος ἐθρήνει, λέγων.

<sup>a</sup> Savil. et unus χρημάτων προστασία, quae lectio non spernenda.

<sup>b</sup> Gentianus Hervetus, qui λέγεται pro φείσεται legisse videtur: *ni scias quod haec dicitur tua opera, elemosyna, etc.* Boisius φείσεται putat esse corruptum, et pro eo legendum προστήσεται.

<sup>a</sup> Δοκοῦντα δεσιν Morel.

<sup>b</sup> Morel. τῆ φοβερά, mss. et Savil. τῆ ποιηρᾷ, rectius.

<sup>c</sup> Alibi ἐπτέρυξέ με.

Ἀδελφοί, ἡ μὲν εὐδοκία τῆς ἐμῆς καρδίας καὶ ἡ δέησις ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτῶν ἔστιν εἰς σωτηρίαν; Τί οὖν ἴσχυσεν αὐτοῦ ἡ δέησις; Οὐδέν. Καὶ τί λέγω δέησις, ὅπου γε καὶ ἀνάθεμα τρυχετο εἶναι ὑπὲρ αὐτῶν; Τί οὖν; περιτταί εἰσιν αἱ τῶν ἁγίων εὐχαί; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἰσχύοντες εἶναι αὐταῖς καὶ σὺ βοηθῆς. Οὕτως ἀνέστησε τὴν Ταβιθάαν ὁ Πέτρος, οὐκ εὐχῆ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆ ἐκείνης ἔλεη μοσύνη; οὕτως ἐτέρων προέστησαν εὐχόμενοι οἱ ἄγιοι. Καὶ τοῦτο μὲν ἐνταῦθα, ἐνθα τὰ σκάμματα, καὶ τὰ παλαίσματα ἔκει δὲ οὐδὲν τούτων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔργων ἡ σωτηρία μόνον. Σφόδρα δέ μοι καὶ κωμῶδει τοὺς πλουτοῦντας ἐνταῦθα, καὶ τοὺς πεφουσημένους. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Οἱ ἔγοντες χρήματα, οὐδὲ, Οἱ δύναμιν κεκτημένοι, ἀλλ', Οἱ πεποιθότες ἐπὶ τῷ πλῆθει τοῦ πλούτου αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τῇ δυνάμει αὐτῶν κωμῶμενοι, καταγελῶν αὐτῶν καὶ καθαπτόμενος, ἐτι σκιαῖς πεποίησιν, καὶ ἐπὶ καπνῷ μέγα φρονοῦσι. Καὶ καλῶς εἶπε, Τιμὴν τῆς λυτρώσεως τῆς ψυχῆς αὐτοῦ οὐ δώσει· τιμὴ γὰρ ψυχῆς οὐδὲ ὁ κόσμος ἔδωκε. Διὸ καὶ ἔλεγε· *Τὶ ὠφελείται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδάσῃ*<sup>β</sup>, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιώσῃ; Ἴνα [211] δὲ μάθῃς, ὅτι οὐδὲ ὁ κόσμος ὅλος ψυχῆς τιμὴ, ἀκουσον καὶ περὶ ἐτέρων ἁγίων τί φησιν ὁ Παῦλος· *Περιήλαθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κωκυχόμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος*. Καὶ γὰρ διὰ τὴν ψυχὴν ὁ κόσμος· Ὅσπερ οὖν οὐκ ἂν ἔλοιτο πατὴρ τὴν οἰκίαν ἀντὶ τοῦ παιδός, οὕτως οὐδὲ ὁ Θεὸς τὸν κόσμον ἀντὶ τῆς ψυχῆς· ἀλλ' ἔργων χρεία, καὶ κατορθωμάτων. Βούλει μαθεῖν, ὅση τῶν ἡμετέρων ψυχῶν ἡ τιμὴ; Μέλλων αὐτὴν ὁ Μονογενὴς λυτροῦσθαι, οὐ κόσμον ἔδωκεν, οὐκ ἄνθρωπον, οὐ γῆν, οὐ θάλατταν, ἀλλὰ τὸ αἷμα αὐτοῦ τὸ τίμιον. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγε· *Τιμὴς ἡγοράσθητε, μὴ γίνεσθε δουλοὶ ἀνθρώπων*. Εἶδες τιμὴς μέγεθος; Ὅταν τοίνυν τὴν τοσοῦτου ἀγορασθεῖσαν ἀπολέσῃς, πῶς λοιπὸν αὐτὴν σὺ ὠνήσασθαι δυνήσῃ; Χριστὸς γὰρ ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, οὐκέτι ἀποθνήσκει. Εἶδες τὸ πολυτελεῖ; τῆς τιμῆς; εἶδες τὸ ἀξίωμα τῆς ψυχῆς; Μὴ τοίνυν αὐτῆς καταφρόνει, μηδὲ αἰχμάλωτον ποιεῖ. *Καὶ ἐκοπίασεν εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ζήσεται εἰς τέλος*. Ἐτερος ἑρμηνευτὴς φησὶ, *Καὶ ἐλαύσατο εἰς τὸν αἰῶνα*. Ἄλλως, Ἀγαπασάμενος τῷ αἰῶνι τοῦτοφ, ζῶν εἰς αἰῶνα διατελέσει. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε περὶ τῶν πλουτοῦντων, ἐπειδὴ εἶπε περὶ τῶν δυναστῶν, καὶ εἰδείξεν, ὅτι οὐδὲν ἐκείθεν κέρδος ἔστι, λέγει λοιπὸν περὶ τῶν ἐν ἀρετῇ βεβιωκότων, περὶ τῶν ἐν πόνῳ καὶ ταλαιπωρίᾳ, ἀλείφων τοὺς ἀθλητὰς τῆς φιλοσοφίας. Μὴ γὰρ μοι λέγε τοῦτο, φησὶν, ὅτι κόπον ἔσχε καὶ μόγθον· ἀλλ' ἐνόησον τὸν καρπὸν, ὅτι ἄνθρωπος ἀθάνατος γίνεσθαι, ὅτι ζωὴ ἀθάνατος διαδέξεται, ζωὴ τέλος οὐκ ἔχουσα. Πόσῳ τοίνυν βέλτιον, μικρὸν ἐνταῦθα πονέσαντας, αἰώνιον καρποῦσθαι· ἀνίσιν, ἢ χαρισάμενον ἐπιτῶν μικρὸν διαπαντός ἐν ἰδύνασι εἶναι; Εἴτα δεικνύς ὡς οὐκ ἔχει μόνον τὰ τῶν βραβείων καὶ τὰ τῶν στεφάνων, ἀλλὰ καὶ ἐντεῦθεν τὰ προσιμία τῶν ἐπάθλων, ἐπάγει λέγων· *Οὐκ*

*δύσεται καταφθορὰν, δεῖν ἴδῃ σοφοὺς ἀποθνήσκοντας*. Μὴ γὰρ μοι λέγε· Τὰ μέλλοντα λέγεις μόνον. Ἐνταῦθα σοὶ δίδωμι τὰ ἐνέχυρα τῶν στεφάνων, μᾶλλον δὲ αὐτὸν τὸν ἀβραάμωνα, καὶ τὰ ἔπαθλα. Πῶς, καὶ τίνι τρόπῳ; Ὅτι ὁ φιλοσοφῶν, καὶ ταῖς τῶν μελλόντων ἐλπίσιν ὀρθούμενος, οὐδὲ τὸν θάνατον ἠγῆσεται θάνατον· ἀλλ' ὁρῶν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν κείμενον τὸν τεθνηκότα, οὐ πείσεται τὰ τῶν πολλῶν ὁμοιοῦτος, τοὺς στεφάνους ἀναλογιζόμενος, τὰ βραβεῖα. Ἐὰ ἀπρόβητα ἀγαθὰ, ἃ ὀφθαλμοὶ οὐκ εἶδε, καὶ οὐς οὐκ ἤκουσε, τὴν ζωὴν ἐκείνην, τὴν μετ' ἀγγελῶν χορείαν. Ὅσπερ οὖν ὁ γηρῶνος τὸν σίτον διαλυόμενον ὀρῶν, οὐ καταπίπτει, οὐδὲ κατηφῆς γίνεσθαι, ἀλλὰ τότε μάλιστα χαίρει καὶ γέγηθεν, εἰδὼς ὅτι ἡ διάλυσις ἐκείνη βελτίονος γίνεσθαι γενέσεως ἀρχή, καὶ πλείονος ὑπόθεσις φορᾶς· οὕτω καὶ ὁ δίκαιος κατορθώμασι κομῶν, καὶ τὴν βασιλείαν καθ' ἐκάστην προσδοκῶν τὴν ἡμέραν, δεῖν ἴδῃ τὸν θάνατον πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν κείμενον, οὐκ ἄλλοι, καθάπερ οἱ πολλοί, οὐ θορυβεῖται, καὶ ταρῶσθαι· εἶδε γὰρ, ὅτι θάνατος τοῖς ὀρθῶς βεβιωκόσι [212] μετὰστασις ἔστιν ἐπὶ τὰ βελτίω, καὶ ἀποσημία πρὸς τὰ ἀμείνω, καὶ δρόμος ἐπὶ τοὺς στεφάνους. Τίνας δὲ λέγει σοφοὺς; Οὐ τοὺς ὄντως σοφοὺς, ἀλλὰ τοὺς νομιζομένους σοφοὺς. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τοὺς τῶν ἐξωθεν σοφοὺς λέγειν, κωμῶδων αὐτοὺς καὶ ἐντεῦθεν, ὅτι δοκοῦντες εἶναι σοφοί, ἐμωράθησαν, οὐδὲν περὶ ἀναστάσεως φιλοσοφῆσαντες.

Ὅταν οὖν ἴδῃ τοὺς φιλοσόφους ἐκείνους ἀπολλυμένους, θρηνομένους, δακρυομένους, μετὰ οἰμωγῆς ἐκπεμπομένους, τότε αὐτὸς οὐδὲν πείσεται τοιοῦτον, ἀλλὰ ἀνώτερος ἔσται τῶν τοιοῦτων βέλων, ταῖς χρησταῖς ἐλπίσιν ὀρθούμενος, καὶ εἰδὼς ὅτι ἡ διαφθορὰ αὐτῆ οὐκ ἔστι τῆς οὐσίας ἀναίρεσις, ἀλλὰ τῆς θνητότητος δαπάνη, καὶ τῆς φθορᾶς ἀνάλωμα. Ὁ γὰρ θάνατος οὗτος οὐ τὸ σῶμα ἀπόλλυσιν, ἀλλὰ τὴν φθορὰν δαπανᾷ· ὡς ἡ γε οὐσία μένει μετὰ πλείονος ἀνίσταμένη τῆς δόξης, ἀλλ' οὐχὶ πάντων. Ἡ μὲν γὰρ ἀνάστασις κοινὴ πάντων ἔσται, ἡ δὲ μετὰ δόξης ἀνάστασις τῶν ὀρθῶς βεβιωκότων. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ φησὶν καὶ ἄνους ἀπολοῦνται, καὶ καταλείψουσιν ἀλλοτρίους τὸν πλοῦτον αὐτῶν. Καὶ οἱ τάφοι αὐτῶν, οἰκίαι αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα, σκηνώματα αὐτῶν εἰς γένεάν καὶ γενεάν· ἐπακάλεσαν τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐπὶ τῶν γαιῶν αὐτῶν. Ἄλλος φησὶ, *Τὰ ἐντός τῶν οἰκιῶν αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα*. Ἄλλος, *Τὰς κατασκηνώσεις αὐτῶν εἰς γενεάν· ὀνομάσαντες ἐπ' ὀνόμασιν αὐτῶν τὰς γαίας*· ὁ δὲ Ἑβραῖος, Ἀληθαμῶθ, τοῦτο εἶπεν.

ς'. Εἶδες πῶς οὐκ ἀπὸ τῶν μελλόντων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ἐνταῦθα συμβαινόντων, ἀπάγει κακίας καὶ πλεονεξίας, καὶ χειραγωγεῖ πρὸς ἀρετὴν, καταλύων τὴν περὶ τὰ χρήματα μανίαν, καὶ τοὺς πρὸς τὰ παρόντα ἐπισημένους ἀνοήτους καλῶν, καὶ διὰ τῶν πραγμάτων τοῦτο ἀποδεικνύς; Τί γὰρ ἀνοητότερον, εἰπέ μοι, ἀνθρώπου πονούντος, καὶ ταλαιπωρουμένου, καὶ τοσαῦτα συνάγοντος, ὥστε ἐτέροισ ἐντροφῶν τοῖς αὐτοῦ πόνοις; τί δὲ τῆς ματαιοπονίας ταύτης χεῖρον, δεῖν αὐτῶς μὲν ἀπέλθῃ τοὺς ἰδρύτας ἀνασχόμενος, καὶ τοὺς καμμάτους ὑπομείνας, ἐτέροις δὲ παρέχῃ τὴν

<sup>α</sup> Ἰνυς cod. ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ.

<sup>β</sup> Hhhl. et Savil. κερδάσῃ.

<sup>γ</sup> Moxel. τῶν δυναστῶν.

<sup>δ</sup> Sic mss. et Sav. recte. In ed. Mor. perperam legebatur μῆ γὰρ μοι τὰ μέλλοντα λέγε μόνον.

*sarta sunt.* — Quantum pro Judæis lamentatus est Paulus, dicens : *Fratres, bona quidem voluntas cordis mei et obsecratio ad Deum est pro ipsis<sup>1</sup> ad salutem (Rom. 10. 1) ? Quid ergo valuit ejus obsecratio ? Nihil. Et quid dico obsecratio, cum pro eis esse etiam anathema optaverit (Rom. 9. 3) ? Quid ergo ? suntne supervacaneæ sanctorum preces ? Nequaquam, sed magnas etiam vires habent, quando tu quoque eis auxilium tuleris. Ita etiam Petrus suscitavit Tabitham, non solum oratione, sed etiam illius elemosyna (Act. 9. 36. sqq.) : ita sancti orantes alios adjuverunt. Et hoc quidem hic, ubi stadium est et lucta : illic autem nihil horum, sed est ex solis factis salus. Pulchre autem hic ludificatur divites, et eos qui intumescunt. Neque enim dixit, Qui habent pecunias, nec, Qui magnam habent potentiam : sed, Qui confidunt in multitudine divitiarum suarum, et in suis viribus gloriantur, eos irridens et insectans, quod umbris confidunt, et propter fumum se venditent. Recte autem dixit, Pretium redemptionis animæ suæ non dabit : pretium enim animæ non est ne universus quidem mundus. Et ideo dicebat : Quid prodest homini si universum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur (Matth. 16. 26) ? Ut autem scias ne universum quidem mundum esse pretium animæ, audi quidnam Paulus dicat de aliis sanctis : Circumierunt in ovinis et in caprinis pellibus, egentes, pressi, afflicti, quibus dignus non erat mundus (Hebr. 11. 37. 38). Mundus enim est propter animam. Quomodo ergo non acceperit pater domum pro filio, ita nec Deus mundum pro anima ; sed operibus et recte factis opus est. Vis scire quantum sit pretium animarum nostrarum ? Redempturus eam Unigenitus, non mundum dedit, non hominem, non terram, non mare, sed suum pretiosum sanguinem. Quocirca dicebat Paulus : Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum (1. Cor. 7. 23). Vidisti magnitudinem pretii ? Quando ergo eam tanti emptam perdidideris, quomodo poteris eam deinceps emere ? Christus enim a mortuis suscitatus, non amplius moritur (Rom. 6. 9). Vidisti quam sit pretiosa anima, et quanta sit ejus dignitas ? Ne eam ergo negligas, et captivam efficias. Et laboravit in æternum, 10. et vivet in finem. Alius interpretes dixit, Et quievit in sæculum. Alius, Cum desiderit huic sæculo, vivet in æternum. Quoniam enim dixit de divitibus, quoniam dixit de potentibus, et ostendit ex his nihil lucri fieri : dicit deinceps de iis qui vixerunt in virtute, de iis qui vixerunt in laboribus et afflictionibus, acuens athletas philosophiæ. Noli enim hoc mihi dicere, ait, ærumnam illi ac laborem exantlandum fuisse ; verum considera fructum, quod homo sit immortalis, quod vita immortalis excipiat, vita quæ finem non habet. Quanto igitur sit melius, cum hic parum laboraveris, requiem æternam assequi, quam cum hic tibi parumper indulseris, perpetuo cruciari ? Deinde ostendens non illic solum esse præmia et coronas ; sed etiam hic quæque esse principia præmiorum, subjunxit : 11. Non ridebit interitum, cum viderit sapientes morientes. Ne*

enim mihi dicas, Solummodo futura promittit. Do tibi hic etiam pignora coronarum, imo vero arrham ipsam et præmia. Quomodo, et quam ratione ? Quoniam qui philosophatur, et spe futurorum erigitur, ne mortem quidem mortem esse putabit : sed videns mortuum jacentem ante oculos, non ita afficietur ut multi, cum apud se reputet coronas, præmia, bona ineffabilia, quæ neque oculus vidit, nec auris audivit (2. Cor. 2. 9), vitam illam, ducendam cum angelis choream. Quemadmodum ergo agricola cum videt frumentum dissolvi et interire, non abjicit animum, nec mœrore afficitur, sed tunc maxime exultat et lætatur, sciens fore ut ille interitus sit ortus melioris principium, et fundamentum majoris fertilitatis : ita etiam justus, qui recte factis gloriatur, et regnum quotidie expectat, quando viderit mortem sitam ante oculos, non angitur, nec se afficit ut multi, non vexatur et perturbatur : scit enim, mortem iis qui recte vixerunt esse migrationem et transitum ad meliora, et cursum ad accipiendas coronas. Quosnam autem dicit sapientes ? Non eos qui vere sunt sapientes, sed qui sapientes esse existimantur. Mihi autem videtur dicere externos sapientes, eos ideo irridens, quod cum viderentur esse sapientes, stulti facti sint, cum de resurrectione non sint philosophati (Rom. 1. 22).

*Mors substantiam non interimit; resurrectio communis omnium.* — Quando ergo viderit illos philosophos perennes, cum lamentis, lacrymis, et lucta elatos, tunc ipse nihil tale patietur, sed erit telis ejusmodi superior, ut qui bona spe erigatur, et sciat hunc interitum non interimere substantiam, sed tantam mortalitatem, et corruptionem consumere. Hæc enim mors non perdit corpus, sed consumit corruptionem : substantia enim manet, et resurgit cum majori et ampliori gloria, sed non omnium. Resurrectio enim erit omnium communis : resurrectio autem cum gloria, communis erit eorum qui recte vixerunt. Simul insipiens et stultus peribunt, 12. et relinquent alienis divitias suas. Et sepulcra eorum domus eorum in æternum : tabernacula eorum in progeniem et progeniem : vocaverunt nomina sua in terris suis. Alius dicit, Quæ sunt intra domos eorum in æternum. Alius, Habitationes eorum in generationem, nominantes nominibus suis terras<sup>1</sup>. Hebræus autem, *Ale adamoth.*

6. Vidisti quomodo non solum ex futuris, sed ex iis etiam quæ hic eveniunt, abducit a vitio et ab avaritia, et deducit ad virtutem, in pecuniis congerendis insaniam coercens, et eos qui præsentibus inhiant, eaque admirantur, stultos vocans, et id per res ipsas ostendens ? Quid est enim, dic, quæso, stultius homine qui laborat, et se excruciat, et tantas opes congregat, ut ex ejus laboribus alii se voluptate expleant ? quid est hoc inani labore deterius, quando ipse quidem sudores et labores perpeusus decesserit, aliis autem divitias fruendas reliquerit, et nec aliquibus quidem ne-

<sup>1</sup> Hæc lectio est Symmachi : secunda pars Symmachi fertur in Hexaplis nostris, ubi legitur, ὀνομασάντες ἐν ὀνομασάντων αὐτῶν τὰς γαίας. Hebr. פְּרָדוֹת עָלֵינוּ, super terras.

<sup>1</sup> Unus Cod., pro Israel.



cessariis et ei familiaritate conjunctis, sed sæpe etiam hostibus et inimicis? Et ideo non dixit, Aliis, sed, *Alienis relinquunt divitias suas*. Quid est autem, *Simul insipiens et stultus peribunt*? Simul cum iis qui prius dicti sunt, inquit. Hic mihi videtur verba facere de impiis, qui toti rebus præsentibus affixi sunt, easque suspiciunt, de futuris autem nihil philosophantur, ea de causa vocans eos insipientes. Si enim posthac, ut putas, nihil erit, cur te ipsum vexas et exrucias, undique pecunias congerens, et labores quidem sustinens, fructum autem non percipiens? *Et sepulcra eorum domus illorum in æternum*. Hoc dicit, sicut erat eorum existimatio. *Tabernacula eorum in progeniem et progeniem; vocaverunt nomina sua in terris suis*. (a) [Alius autem dicit, *Quæ sunt intra domos eorum in æternum*. Hebræus autem, *Carevambatheimo laholam*.] Quid hac amentia possit esse deterius, quam putare sepulcra esse domum perpetuam? in iis gloriam ambiciose persequi?

*Sepulcrorum fastus. Virtus nomen immortale parit. Petrus piscator Romam occupavit*. — Multi certe sæpe sepulcra construxerunt magnificentiora domibus. Vel enim hostibus laborant, et afficiantur, vel vermi et cineri, hæc stulte consumentes. Talis enim est eorum mens et sententia, qui de futuris nihil sperant. Sed hic mihi venit in mentem deplorare, quod multi etiam eorum, qui sperant futura, illos hac in re imitentur, qui nullam habent spem futurorum, sepulcra ædificantes, et præclara monumenta construcentes, et aurum infodientes, et suas facultates ad alios transmittentes: qui quidem sunt hac in re illis deteriores. Qui enim post hæc nihil exspectat, etiamsi id facit præter rationem, attamen quia nihil exspectat, suum laborem et industriam confert in res præsentis. Tu autem, homo, qui nosti vitam futuram, et bona illa ineffabilia, et quod ex dicto evangelico, *Iusti tunc fulgebunt sicut sol* (Matth. 13. 43): quam veniam assequeris, quomodo te defendes, quod non supplicium jure patieris, qui hic omnia consumas in pulvere, in cinere, in monumentis, in hostibus, in inimicis? *Vocaverunt nomina sua in terris suis*. Ecce aliud genus amentiae, ædificiis, agris et balneis sua nomina inscribere, et putare se magnam consolationem ex eo accipere, et umbram pro rei veritate persequi. Si enim perpetuam memoriam desideras, ne nomen, o homo, ædificiis inscribas, sed tropæa recte factorum erigas, quæ et in præsentis vita nomen tibi conservant, et in futura vita immortalem tibi requiem comparant. Si sis memorie cupidus, ego te doceo viam veram et apertissimam: virtutis curam gere. Nihil enim facit nomen adeo immortale, ut natura virtutis. Id ostendunt martyres, ostendunt apostolorum reliquiae, ostendit memoria eorum qui recte et in virtute vixerunt. Quot reges urbes condiderunt, portus extruxerunt, et no-

(a) Quæ hic anclis clauduntur in Versione Gentiani Herveti, nec in Editis nec in Mss. habentur, ac redundare videntur; quæ autem hic exprimiuntur Latinis literis Hebraica verba, sic in Hebræo exstant, קרבים בתיכם לעולם, quæ ita convertit nescio quis, quæ sunt intra domos eorum in æternum.

minibus suis impositis decesserant, nec tamen eis quidquam profuit, sed silentio et oblivioni mandati sunt! Piscator autem Petrus, qui nihil fecit eorum, quoniam virtutem est persequutus, et civitatem maxime regiam occupavit, etiam post mortem repletur sole clarius. Quod tu autem facis, est ridiculum, et plenum ignominia. Hæc enim monumenta non solum non te clarum reddent, sed etiam facient ridiculum, et ora omnium aperient. *Ædificia enim non sinunt tuam avaritiam, quæ oblivioni tradi poterat, temporis excursu extinguui, et stant veluti columnæ et tropæa erecta adversus avaritiam*. 13. *Et homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis*. Hic mihi videtur deinceps propheta deplorare, quod animal rationis particeps, cui fuit traditum regnum in terris, eo declinaverit, ut esset non minus vile et abjectum, quam bruta, dum in rebus vanis laborat, et ea quæ sunt suæ saluti contraria molitur, inanem gloriam persequitur, avaritia tenetur, in rebus inutilibus se exercet. Virtus enim est honor hominis, et de rebus futuris philosophari, et omnia procurare, quæ ad illam vitam pertinent, et præsentia negligere. Brutorum enim vita præsentis vitæ limitibus concluditur: nostra autem tendit ad aliam meliorem, et cujus non est finis. Sed hi qui de futuris nihil sciunt, sunt brutis deteriores: nec ii solum, sed etiam qui sceleratam et perditam vitam agunt, utpote qui stant serpentes, scorpia, et lupi propter improbitatem, et boves propter vecordiam, et canes propter impudentiam.

7. *Virtus sola memoriam gloriosam parit; quam gloriosa natura hominis; quanta animi dignitas; homo brutis comparatus*. — Quid enim, dic, quæso, est insipientius iis qui in sepulcris et monumentis operam suam collocant, et ad aliorum nominum appellationes stant hiantes et mirabundi? Nihil enim memoriam efficit præterquam sola virtus, non ædes, non statuae, non filii, non aliquid aliud ejusmodi. *Ædes enim opus sunt architecti, statuae statuarii, filii vero naturæ; tui autem nusquam est memoria*. Et ideo vocat eum brutum propheta: quoniam cum insipientiæ se iugo submisit, bruto deterius ducitur. Illud enim est utile et aptum ad agriculturam; hic autem, qui se ipsum subiecit insipientiæ, illo etiam in hoc factus est deterior. Quoniam enim superius dixerat, quam esset mens eorum crassa, terrena, vilis et abjecta, et quam inutilis esset labor eorum in cogendis pecuniis: volens amplificare eorum accusationem, adducit Dei beneficia: quod solent sæpe facere prophetae. *Isaias enim, cum esset eos accusaturus, primum quidem dicit honorem quo Judæi a Deo affecti sunt, ita scribens: Filios genui, et exaltavi: ipsi autem me nihil fecerunt* (Isai. 1. 2). Hoc igitur in loco, una dictione declarans beneficia quæ homines a Deo acceperunt, *Homo, inquit, cum in honore esset, non intellexit*. Quemnam autem dicit honorem? Audi eum alio Psalmo dicentem: *Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria et honore coronasti eum* (Psal. 8. 6). Deinde exponens honorem, subjungit: *Omnia subiecasti sub*

ἀπώλυσιν, καὶ οὐδὲ οἰκείους τι τοὶ καὶ γυναιρίμοις, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἐχθροῖς καὶ πολεμίοις; Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, Ἐτέροις, ἀλλ', Ἀλλοτριῶς καταλείψουσι τὸν πλοῦτον αὐτῶν. Τί δὲ ἐστίν, Ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἄφρων καὶ ἄνους ἀπολοῦνται; Μετὰ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων, φησί. Ἐνταῦθά μοι τὸν περὶ τῶν ἀσεδῶν δοκεῖ κινεῖν λόγον, τῶν πρὸς τὰ παρόντα ἔπισημένων, καὶ οὐδὲν περὶ τῶν μελλόντων φιλοσοφούντων, ἀνοήτους καὶ ἐνταῦθεν καλῶν. Εἰ γὰρ μηδὲν ἤγη μετὰ ταῦτα εἶναι, τίνας ἔνεκεν σαυτὸν κόπτεαι καὶ τάλαιπωρῆ, μυσία συνάγων πανταχόθεν χρήματα, καὶ τοὺς μὲν πότους ὑπομένων, τῆς δὲ ἀπολαύσεως οὐ μετέχων; Καὶ οἱ τάφους αὐτῶν, οἰκία αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα. Τοῦτο κατὰ τὴν ὑπόνοιαν ἐκείνων φησί. [213] Σκηνώματα αὐτῶν εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἔπεκαλέσαντο τὰ ὄνόματα αὐτῶν ἐπὶ τῶν γαιῶν αὐτῶν. Τί ταύτης τῆς ἀνοίας γένοιτ' ἂν χεῖρον, τὸ τοὺς τάφους οἰκίαν νομίζειν διηνεκῆ, τὸ φιλοτιμῆσθαι περὶ ταῦτα;

Πολλοὶ γοῦν πολλάκις τοὺς τάφους τῶν οἰκιῶν λαμπροτέρους εἰργάσαντο. Ἡ γὰρ τοῖς πολεμίοις πονοῦσι καὶ τάλαιπωροῦνται, ἢ τῷ σκόληκι καὶ τῇ κόνει, εἰς οὐδὲν δέοντα ταῦτα ἀναλίσκοντες. Τοιαύτη γὰρ τῶν οὐδὲν περὶ τῶν μελλόντων ἐλπίζόντων ἡ φρόνησις. Ἄλλ' ἐνταῦθά μοι στενάξαι ἔπεισιν, ὅτι πολλοὶ καὶ τῶν τὰ μέλλοντα ἐλπίζόντων, κατὰ τοῦτο ἐκείνους μιμοῦνται, τοὺς οὐδεμίαν περὶ τῶν μελλόντων ἔχοντας ἐλπίδα, τάφους οἰκοδομοῦντες, καὶ λαμπρὰ σήματα ποιοῦντες, καὶ χρυσίον κατορύττοντες, καὶ εἰς ἑτέρους τὰ θνητὰ παραπέμποντες, κατὰ τοῦτο ἐκείνων χεῖρους ὄντες. Ὁ μὲν γὰρ οὐδὲν προσδοκῶν μετὰ ταῦτα, εἰ καὶ αὐτὸς ἀλόγως, ἀλλ' ὅμως διὰ τὸ μηδὲν προσδοκᾶν, περὶ τὰ παρόντα φιλοπονεῖται· σὺ δὲ ὁ τὴν μέλλουσαν ζωὴν εἰδὼς, ἀνθρωπε, καὶ τὰ ἀγαθὰ ἐκεῖνα τὰ ἀπόρρητα, κατὰ τὴν ῥῆσιν ἐκείνην τὴν εὐαγγελικὴν, ὅτι *Τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν* ὡς ὁ ἥλιος, ποίαν ἂν σχολίης συγγνώμην; τίνα ἀπολογίαν; ποίαν δὲ οὐκ ἂν ὑποσταίης δικαίως κόλασιν, πάντα ἐνταῦθα καταδαπανῶν εἰς τὴν κόνιν, εἰς τὴν τέφραν, εἰς τὰ σήματα, εἰς τοὺς πολεμίους, εἰς τοὺς ἐχθρούς; *Ἐπεκαλέσαντο τὰ ὄνόματα αὐτῶν ἐπὶ τῶν γαιῶν αὐτῶν*. Ἰδοὺ καὶ ἑτέρας ἀνοίας εἶδος, τὸ περιτιθῆναι τὰς προσηγορίας αὐτῶν οἰκοδομήμασι, καὶ ἀγροῖς, καὶ λουτροῖς, καὶ μεγίστην ἐνταῦθεν καρποῦσθαι παραμυθίαν νομίζειν, καὶ τὴν ἀκίαν διώκειν ἀντὶ τῆς ἀληθείας. Εἰ γὰρ μνήμης ἔρῃς διηνεκοῦς, μὴ ὄνόματα περιθῆς οἰκοδομήμασιν, ἀνθρωπε, ἀλλ' ἀνάστησον τρόπαια κατορθωμάτων, ἃ καὶ ἐν τῷ παρόντι σοι βίῳ τὸ θνομα διατρεῖ, καὶ πρὸς τὴν μέλλουσαν ζωὴν ἀθάνατον κατασκευάζει σοι τὴν ἀνάπαυσιν. Εἰ μνήμης ἔρῃς καὶ ἐπιθυμείς, ἐγὼ σε διδάσκω τὴν ἀληθῆ καὶ σαφεστάτην ὁδὸν ἀρετῆς ἐπιμελοῦ. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀθάνατον θνομα ποιεῖ, ὡς ἀρετῆς φύσις. Καὶ τοῦτο δηλοῦσιν οἱ μαρτυρες, δηλοῖ τῶν ἀποστόλων τὰ λείψανα, δηλοῖ τῶν ἐν ἀρετῇ βεβιωκότων ἡ μνήμη. Πόσοι βασιλεῖς πόλεις ἀνέστησαν, λιμένας κατεσκευάσαν, καὶ τὰ ὄνόματα ἐπιθέντες ἀπῆλθον; ἀλλ' οὐδὲν ἀπώναντο, ὅλλ' ἀσειγήνηται, καὶ λήθη παραδίδονται. Ὁ δὲ ἀπὸ Πέτρος οὐδὲν τούτων ἐργασάμενος, ἐπειδὴ ἀρετῆν

μετῆλθε, καὶ τὴν βασιλευσάτην κατέλαβε πόλιν, ὑπὲρ τὸν ἥλιον λάμπει καὶ μετὰ τελευτῆν. Ὁ δὲ σὺ ποιεῖς, καταγέλαστον καὶ αἰσχύνης γέμον. Οὐ γὰρ μόνον σε λαμπρὸν ταῦτα οὐκ ἐργάσεται τὰ μνημεῖα, ἀλλὰ καὶ καταγέλαστον, καὶ τὰ πάντων ἀνοίξει στόματα. Ἄ. γὰρ οἰκοδομαὶ τῷ χρόνῳ δυναμένην σου τὴν πλεονεξίαν λήθη παραδοθῆναι, ὡσπερ στήλαι, καὶ τρόπαιά σου τῆς πλεονεξίας ἐστῆκασιν πανταχοῦ. Καὶ ἀνθρώπος ἐν τιμῇ ὦν, οὐ συνῆκε· παρασυνοδὲ λήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὠμοῖώθη αὐτοῖς. Ἐνταῦθά [214] μοι λοιπὸν ἀποδύρεσθαι ὁ Προφήτης δοκεῖ, ὅτι τὸ ζῶον τὸ λογικόν, τὸ καὶ τὴν βασιλείαν τὴν ἐπὶ γῆς ἐγχειρισθῆν, πρὸς τὴν τῶν ἀλόγων εὐτέλειαν ἐξέκλινε, ματαιοπονοῦν, ἐναντία τῇ σωτηρίᾳ τῇ αὐτοῦ κατασκευάζον, κενοδοξίαν διώκων, πλεονεξίαν μετιδὼν, ἀνήνυτα ποιοῦν. Τιμὴ γὰρ ἀνθρώπου ἀρετῆ, καὶ τὸ περὶ τῶν μελλόντων φιλοσοφεῖν, καὶ πρὸς ἐκείνην τὴν ζωὴν ἅπαντα πραγματεύεσθαι, καὶ τὸ τῶν παρόντων ὑπερορᾶν. Ἡ μὲν γὰρ τῶν ἀλόγων ζωὴ μέχρι τοῦ παρόντος συγκέλειται βίου· ἡ δὲ ἡμετέρα πρὸς ἑτέραν ὁδεύει βελτίῳ, καὶ τέλος οὐκ ἔχουσαν. Ἄλλ' οὗτοι οἱ περὶ τῶν μελλόντων οὐδὲν εἰδότες, τῶν ἀλόγων χεῖρους εἰσίν· οὐχ οὗτοι δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ βίῳ διεφθαρμένῳ συζῶντες, ὄφεις γινόμενοι καὶ σκορπίοι καὶ λύκοι διὰ τῆς πονηρίας, καὶ βόες διὰ τῆς ἀνοίας, καὶ κύνες διὰ τῆς ἀναισχυρίας.

Ζ'. Τί γὰρ ἀνοητότερον, εἰπέ μοι, τῶν περὶ τάφους καὶ μνήματα ἀσχολουμένων, καὶ πρὸς ὀνομάτων προσηγορίας ἑτέρων κεκητότων; Οὐδὲν γὰρ μνήμην ποιεῖ, ἀλλ' ἀρετῆ ἢ μόνῃ, οὐκ οἰκία, οὐκ ἀνδρίας, οὐ παιδιὰ, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν. Ἡ μὲν γὰρ τῆς τοῦ τέκτονος σοφίας ἐστὶν ἔργον, ὁ δὲ τῆς τοῦ ἀνδριαντοποιοῦ, τὸ δὲ τῆς φύσεως ἔργον· σοῦ δὲ οὐδαμῶς μνήμη. Διὰ δὴ τοῦτο ἄλογον αὐτὸν ὁ Προφήτης καλεῖ· ἐπειδὴ πρὸς τὸν τῆς ἀνοίας ὑποθεῖς ζυγὸν αὐτὸν, ἄγεται τοῦ ἀλόγου χεῖρον. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ χρῆσιμον, καὶ πρὸς γεωργίαν ἐπιτρεῖται· οὗτος δὲ τῇ ἀνοίᾳ αὐτὸν ὑποβαλὼν, καὶ ἐκεῖνον χεῖρων γέγονε κατὰ τοῦτο. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἀνωτέρω τὸ παχὺ τῆς ἀνοίας αὐτῶν, τὸ γεῶδες, τὸ γαμαίζηλον, τὸν ἀνόητον περὶ τὰ χρήματα πόνον, ἀξίησαι βουλόμενος καὶ τὴν κατηγορίαν τῶν τοιούτων, καὶ τὰς παρὰ τῷ Θεοῦ τίθησιν εὐεργεσίας, ὅπερ πολλαχοῦ ποιεῖν εἰώθησιν οἱ προφῆται. Ἐπεὶ καὶ ὁ Ἡσαΐας μέλλων αὐτῶν κατηγορεῖν, πρῶτον λέγει τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ τιμὴν εἰς τοὺς Ἰουδαίους γεγεννημένην, οὕτως γράφων· *Ἰδοὺ ἐγέννησα, καὶ ὑψώσα· αὐτοὶ δὲ με ἠθέτησαν*. Καὶ ἐνταῦθα τοῖνον διὰ μιᾶς λέξεως τὰ ὑπεργόμενα τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων παρὰ τοῦ Θεοῦ δηλῶν, *Ἀνθρώπος ἐν τιμῇ ὦν οὐ συνῆκε*, φησί. Καὶ ποίαν λέγει τιμὴν; Ἀκουσον αὐτοῦ ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ λέγοντος· *Ἡλάττωσας αὐτὸν βραχὺ τι παρ' ἀγγέλους, δόξην καὶ τιμὴν ἐστεφάνωσας αὐτόν*. Εἶτα ἐξηγούμενος τὴν τιμὴν, ἐπάγει· *Πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω ποδῶν αὐτοῦ, πρόβια, καὶ βόας ἀπάσας*· ἔτι δὲ καὶ τὰ

<sup>a</sup> Unus λήθη παραδοῦναι... πλεονεξίας ἐστῶσαι πανταχοῦ.

<sup>b</sup> Melius legeretur ἀλλ' ἢ ἀρετῆ. Mox Saiv. et codd. οὐκ ἀνδρίας, οὐ κόλις, οὐ παιδία.

κτῆρη τοῦ πεδίου, τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης, τὰ διαπορευόμενα τριβούς θαλασσῶν. Καὶ γὰρ μείστις τοῦτο τιμῆ, τὸ πάντων τῶν ὀρωμένων αὐτῷ τὰ σκήπτρα ἐπιτρέψαι, καὶ ταῦτα μηδέπω κατορθωκότι μηδέν. Οὐδέπω γὰρ αὐτὸν πλάσας, ἔλεγε· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα, καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν*. Ἔτα ἐρμηνεύων τὸ, *Κατ' εἰκόνα*, ἐπήγαγε, *Καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν θηρίων τῆς γῆς, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ*. Καὶ τὸν βραχίον [215] τούτων, καὶ τρίπυχον, καὶ τοσοῦτον τῶν ἀλόγων ἐλάττονα κατὰ τὴν τοῦ σώματος ἰσχύν, τῆ τοῦ λόγου συγγενεῖς ὑψηλότερον πάντων ἐποίησε, λογικὴν ψυχὴν αὐτῷ χαρισάμενος, ὅπερ ἐστὶ μάλιστα τιμῆς τεκμήριον. Διὰ γὰρ τούτου καὶ πόλεις ψυχοδόμησας, καὶ θάλασσαν ἔστρεψε, καὶ γῆν ἐκαλλώπισε, καὶ τέχνας μυρίας ἐξέστρεψε, καὶ τῶν ἀγριωτέρων ἀλόγων περιεγένετο, καὶ τὸ θῆ πάντων μέγιστον καὶ πρῶτον, τὸν ποιήσαντα αὐτὸν ἐπέγνω Θεὸν, καὶ πρὸς ἀρετὴν ἐχειραγωγῆθη, καὶ ἔγνω τί μὲν καλὸν, τί δὲ οὐ τοιοῦτον. Θεῷ προσευχεται τῶν ὀρωμένων μόνος, ἀποκαλύψων ἀπέλαυσε, καὶ τοῦτο μόνος πάλιν· πολλὰ τῶν ἀπορρήτων ἔγνω, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐπαυδύθη· δι' αὐτὸν γῆ, δι' αὐτὸν οὐρανός, δι' αὐτὸν ἥλιος, καὶ ἀστέρες· δι' αὐτὸν σελήνης δρόμοι, καὶ ὠρῶν καὶ τροπῶν διαφοραί· δι' αὐτὸν καρπῶν γενέσεις, καὶ φυτὰ, καὶ ἀλόγων γένη τσοσάυτα· δι' αὐτὸν ἡμέρα καὶ νύξ· δι' αὐτὸν ἀπόστολοι καὶ προφῆται ἐπέμφθησαν, δι' αὐτὸν ἄγγελοι· πολλὰκις ἀπεστάλησαν. Τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; Οὐδέ γὰρ δυνατόν ἅπαντα ἐπελθεῖν. Δι' αὐτὸν ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος γέγονε, καὶ ἐσταυρώθη, καὶ ἐτάφη, καὶ τὰ φρικώδη θαύματα ἐκεῖνα μετὰ τὴν ἀνάστασιν δι' αὐτὸν γέγονε. Δι' αὐτὸν νόμος, δι' αὐτὸν ὁ παράδεισος, δι' αὐτὸν ὁ κατακλισμός. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο μέγιστον τιμῆς εἶδος, καὶ δι' εὐεργεσίας καὶ τιμωρίας αὐτὸν διορθοῦν. Δι' αὐτὸν μυρία κατὰ τὴν ἐμπροσθεν χρόνον ἅπαντα οἰκονομαί. Καὶ αὕτη δὲ ἡ κρίσις ἢ μέλλουσα ἔσεσθαι τῆς εἰς αὐτὸν τιμῆς ἕνεκα γίνεται. Διὸ καὶ ὁ Ἰῶβ φησὶ, *Τί ἐστὶν ἄνθρωπος, οὗ ἦρα ἦρα αὐτὸν εἰς κρίσιν; ὅσπερ ἀλλαχοῦ ὁ αὐτὸς ψαλμῶδὸς ὁ οὗτος φησὶ· Τί ἐστὶν ἄνθρωπος, οὗ ἦρα ἦρα αὐτοῦ;* Δι' αὐτὸν πάλιν ὁ Μονογενὴς ἤξει τὰ μυρία διδοὺς ἀγαθὰ. Τὰ μὲν γὰρ ἔδωκεν ἡδὴ διὰ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τῶν μυστηρίων, καὶ τῆς ἄλλης μυσταγωγίας παρασχεθέντα ἀγαθὰ, καὶ θαυμάτων ἑτέρων τὴν γῆν ἐνέπλησε· τὰ δὲ ὑπέσχετο δώσειν, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, καὶ κληρονόμους αὐτοῦ ποιήσιν, καὶ παρασκευάζειν συμβασιλεύειν αὐτῷ. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγε· *Εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν*. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα λογιζόμενος ὁ Προφῆτης, εἰκότως ἀλόγως παραβάλλει τοὺς τὴν τσοσάτην ἐγένεσαν τῆ κακίᾳ παραδεδωκότας, καὶ πρὸς τὰ ἐκείνων αὐτομολήσαντας πάθη. Ποιοῦσι δὲ αὐτὰ καὶ ἕτεροι προφῆται, τῆ συγκρίσει τὸν ἀνάσχοντον ἀκρατὴν ἐντρέψαι βουλόμενοι. Καὶ ὁ μὲν φησιν, *Ἰπποὶ θηλυμαγεῖς ἐγένοντο*· ὁ δὲ, *Ἐγὼ βοὺς τὸν κτησάμενον, καὶ δνος τὴν φάτην τοῦ κυρίου αὐτοῦ, γαλεπώτερον τοῦ Δαυὶδ οὕτω λέγων*. Ὁ μὲν γὰρ Δαυὶδ φησὶ, *Παρασυνεβλήθη τοῖς κτή-*

ρεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὁμοιωθῆ αὐτοῖς· ἐκεῖνος δὲ, ὅτι καὶ τούτων ἀλογώτεροι γεγόνασιν· ἐκεῖνα γὰρ ἔγνω τὸν κτησάμενον, Ἰσραὴλ δὲ με οὐκ ἔγνω, φησὶ. ἦ'. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ ἕτερός τις σοφὸς ἀνὴρ χεῖρονα δεικνύς καὶ μηρυκίων τὸν νωθῆ, καὶ ἀναπεπτωκότα, [216] καὶ ὑπὸ ἀργίας διαφθειρόμενον, ἐκεῖ πέμπει μαθησόμενον φιλοπονεῖν, *Ἴθι*, λέγων, *πρὸς τὸν μύρμηκα, ὃ ἀκνηρὸν, καὶ ζήλωσον τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ*. Ἐκεῖνος γὰρ, γεωργίον μὴ ὑπάρχοντος αὐτῷ, μηδὲ τὸν ἀναγκάζοντα ἔχων, μηδὲ ὑπὸ δεσπότῃ ὢν, ἐτοιμάζεται θέρονος τὴν τροφὴν, καὶ κολλίην ποιεῖται ἐν τῷ ἀμῆτῳ τὴν παραθήσιν. Καὶ πρὸς τὴν μέλιτταν πάλιν ἰέναι κελεύει· *Πορεύθητι πρὸς τὴν μέλιτταν, καὶ μάθε ὡς ἐργάτις ἐστίν*· ἀρχὴ γὰρ γλυκασμάτων ὁ καρπὸς αὐτῆς, ἥς τοὺς πόρους βασιλεῖς τε καὶ ἰδιώται πρὸς ὕλειαν προσφέρουσι. Ἐτερός δὲ φησιν· *Οἱ ἄρχοντες σου ὡς λύκοι τῆς Ἀραβίας*. Καὶ ἄλλος, *Ἐκάθισας ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὡς κορώνη*. Ὁ δὲ τοῦ Ζαχαρίου, *Ὁφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν*, λέγει, *τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς;* Καὶ ἄλλος δὲ πάλιν· *Ὡς ἀσπίδων ἐβήξαν, καὶ ἰστὸν ἀράχνης ὑψάλουσι*. Ἄλλαχοῦ δὲ ὁ αὐτὸς οὗτος προφῆτης φησὶ· *Ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χεῖλη αὐτῶν*. Καὶ πάλιν, *Θυμὸς αὐτοῖς κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ὄφιδος*. Τοιοῦτον γὰρ ἡ κακία· τὸν τοσοῦτον, καὶ τληκίοντον, καὶ τσοσάυτα διαδήματα ἔχοντα, πρὸς τὴν τῶν ἀλόγων καταβάλλει· δυσγένειαν. Διὸ καὶ ἐν τῷ παρόντι ψαλμῷ δύο κακίας ἐπιλεξάμενος εἶδη, καὶ τὰ ἄλλα τοὺς ἀκρατὰς ἀφείρι συλλογίζεσθαι, οὕτω στίζει τοὺς ἀλόνας. Τί γὰρ ἀνθρώπου γένοιτ' ἂν ἀλογώτερον, εἰκὴ καὶ μάτην καὶ ἐπὶ κακίῳ τῆς ἐαυτοῦ κεφαλῆς τὴν οἰκουμένην περιτρέχοντος, καὶ συναγόντος ἀπειρα χρήματα, οὐχ ἑαυτῷ, ἀλλ' ἑτέροις ἀγνοουμένοις, πολλάκις δὲ καὶ ἔθροισι καὶ ἐπιβούλοις; Καὶ καλῶς εἶπε· *Καταλείψουσιν ἄλλοτριους τὸν πλοῦτον αὐτῶν*. Τί γὰρ ἀνοητότερον, ὅταν οὗτοι μὲν τοὺς πόρους καὶ τὰς ἀμαρτίας ὑπομένωσι τὰς ἐκ τῆς συλλογῆς, ἑτέροις δὲ τῆς ἀπολαύσεως παραχωρῶσιν; Ἔτα μετὰ τῆς φιλοχρηματίας καὶ τὴν κενοδοξίαν εἰς μέσον ἔβων, στίζει μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος, λέγων· *Ἐπεκατέσαντο τὰ ὄνματα αὐτῶν ἐπὶ τῶν γαιῶν αὐτῶν*. Τί τούτων ἀλογώτερον πάλιν, οἱ λίθοις, καὶ ξύλοις, καὶ ἀψύχῳ ὕλῃ τὴν ἐαυτῶν ἐγχειρίζουσι μνήμη, καὶ τὴν οἰκείαν ἐμπιστεύουσι δόξαν; Καὶ γὰρ ὀλοκλήρους οὐσίας ἀνέτρεψαν, καὶ χήρας ἀπέδυσαν, καὶ ὄρφανους ἤρπασαν, ὥστε τῷ σκόλῃ λαμπρὰν ποιήσαι τὴν οἰκίαν, καὶ τῷ σπῆτι καὶ τῇ φθορᾷ λαμπροὺς οἰκοδομήσαι περιδόλους, τῷ νομίζειν ὑπὸ τούτων ἀθάνατον ἔσεσθαι αὐτῶν τὴν μνήμη, τῶν οὐδὲ τὰ σώματα μικρὰν καιροῦ ῥοπήν κατασχέειν δυνηθέντων. Αὕτη ἡ ὁδὸς αὐτῶν σκάνδαλον αὐτοῖς. Ποία αὕτη ὁδὸς, εἰπέ μοι; Ἡ περὶ τὰ τοιαῦτα σπουδῆ, ἢ ματαιοπονία, ἢ πολλῆ τῶν χρημάτων μανία, ἢ ἀκόρεστος τῆς δόξης μέθη· καὶ πρὸς τῆς κολάσεως, φησὶ, τῆς μελλούσης ἐνταῦθα αὐτοῖς ὁ σκάνδαλον καὶ ἐμπόδιον γένηται. Οὐ μικρὸν οὖν σκάνδαλον, οὐ μικρὸν ἐμπόδιον, οὐ μικρὸν κώλυμα αὕτη ἡ ὁδὸς πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ἐργασίαν. Διὸ φησιν, *Αὕτη ἡ ὁδὸς σκάνδαλον αὐτοῖς*. Καὶ καλῶς εἶπε σκάνδαλον αὐτοῖς τὴν

\* Sic Savil. et mss. In Morel. autem καὶ ὠρῶν αἰ διαφοραί, καὶ τροπῶν ὁ χορός.

ἢ Ψαλμῶδὸς in edit. Morel. desiderabatur; sed habetur in manuscriptis et Savil.

\* Alii καταφέρει. Mox quidam ἀφείρι συλλέγειν, et sic etiam Morel. Alii συλλογίσασθαι. Savil. συλλογίζεσθαι.

ἢ Sic mss. et Savil.; Morel. autem αὐτῷ.

pedibus ejus, oves, et boves universus; insuper et pecora campi, volucres cæli et pisces maris qui perambulant semitas maris (*Ibid.* v. 8. 9). Hic est enim honor longe maximus, ei in omnia quæ videntur permissis dominatum, idque cum nihil recte gessisset. Cum enim eum nondum sinxisset, dixit: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (*Gen.* 1. 26). Deinde interpretans illud, *Ad imaginem*, subjunxit, *Et præsent piscibus maris, et volatilibus cæli, et bestiis terræ.* Et hunc brevem, tricubitalem (a), et viribus corporis brutis longe inferiorem, rationis affinitate fecit cunctis excelsiorem, animam rationalem ei largitus: quod quidem est honoris signum maximum. Per eum enim civitates condidit, mare secuit, terram coluit, artes invenit innumerabiles, ferociores belluas superavit, et quod est omnium maximum et primum, Deum, qui fecit ipsum, cognovit, et ad virtutem deductus est, novitque quid sit bonum, quid secus. Solum ex iis quæ videntur, Deum orat; revelationes accepit, idque solus rursus: cognovit multa arcana et ineffabilia, didicit quæ sunt in cælis; propter ipsum terra, propter ipsum cælum, propter ipsum sol et sidera, propter ipsum lunæ cursus, tempestatum conversionumque vicissitudines<sup>1</sup>; propter ipsum fructus, arbores et tot genera animantium; propter ipsum dies et nox; propter ipsum missi sunt apostoli et prophætæ, propter ipsum sæpe missi sunt angeli. Quid pluribus opus est? Neque enim fieri potest ut omnia persequamur. Propter ipsum unigenitus Dei Filius homo factus est, crucifixus, et sepultus, et terribilia illa miracula facta sunt post resurrectionem. Propter ipsum lex, propter ipsum paradisos, propter ipsum diluvium. Nam hoc quoque est maximum genus honoris, eum et beneficiis et pœnis corrigere. Propter ipsum omni priori tempore innumerabilia gesta et administrata sunt. Porro ipsum quoque futurum iudicium fit propter ejus honorem. Quocirca Job quoque dicit: *Quid est homo quod duxisti eum in iudicium* (*Job* 14. 3)? quemadmodum alibi dicit ipse psalmista: *Quid est homo quod memor es ejus* (*Psal.* 8. 5)? Propter ipsum rursus venit Unigenitus donans bona innumerabilia. Alia enim jam dedit per baptismum, et sacramenta, et mysticam aliam initiationem collata bona, et aliis miraculis terram implevit<sup>2</sup>; alia vero se daturum est pollicitus, regnum cælorum, vitam æternam, facturum suos heredes, illosque cum eo regnuros (*Rom.* 8. 17). Quocirca Paulus quoque dicebat: *Si sustinemus, et conregnabimus* (*2. Tim.* 2. 12). Hæc ergo omnia considerans propheta eos jure brutis comparat, qui tantam nobilitatem vitio proderunt, et ad affectiones illorum desciverunt. Hoc ipsum sæpe faciunt alii quoque prophætæ, impudentem audiotorem volentes per comparisonem pudore suffundere. Et ille quidem dicit, *Equi in feminas*

insanientes facti sunt (*Jer.* 5. 8); hic vero: *Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui* (*Isai.* 1. 3), acerbius quam David loquens. David enim dicit: *Comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus illis*; ille autem dicit eos fuisse magis expertes rationis quam bruta: illa enim, inquit, cognoverunt possessorem, *Israel vero, me non cognovit.*

8. Alibi quoque alius quidam vir sapiens, ostendens vel formicis esse deteriorem virum pigrum et desidem, et otio languentem, eum illic mittit, ut discat esse laboriosus: *Vade, dicens, ad fornicam, o piger, et imitare vias ejus* (*Prov.* 6. 6-8). Illa enim, cum nec agrum cultum habeat, nec sit qui eam cogat, nec domini imperio pareat, parat æstate alimentum, et tempore messis multa reponit. Rursus autem jubet ire ad apem: *Proficiscere ad apem, et discite quod ea sit operaria.* Nam principium dulcorum fructus ejus, cujus labores reges et privati ad sanitatem afferunt (*Eccli.* 11. 3). Alius vero dicit: *Principes tui tamquam lupi Arabiæ* (*Sophon.* 3. 3). Et alius: *Sediti in deserto, tamquam cornix* (*Jer.* 3. 2). Zachariæ autem filius dicit: *Serpentes, gemina viperarum, quis vobis ostendit fugere a ventura ira* (*Matth.* 3. 7)? Et alius rursus: *Ova aspidum ruperunt, et araneæ telam texunt* (*Isai.* 59. 5). Alibi autem idem propheta dicit: *Venenum aspidum sub labiis eorum* (*Psal.* 139. 4). Et rursus: *Ira eis ad similitudinem serpentis* (*Psal.* 57. 3). Tale est enim vitium: eum qui talis est et tantus, totque diadematis coronatus, eo redigit, ut sit non minus ignobilis quam bruta. Et ideo in præsentī quoque Psalmo cum elegisset duo vitii genera, et alia auditoribus reliquisset colligenda, eos qui illis tenentur ita pungit. Quid enim fuerit a ratione alienius homine, qui temere et cum sui capitis malo ac discrimine orbem terræ percurrit, et innumerabiles pecunias colligit, non sibi, sed aliis sibi non notis, sæpe autem hostibus et insidiatoribus? Recte autem dicit: *Relinquent alienis divitiis suas.* Quid est enim stultius, quam ut hi faciunt, labores quidem et peccata, quæ in his colligendis admittuntur, suscipere, alienis vero eorum usufructu cedere? Deinde cum amore pecuniæ inanem quoque gloriam adducens in medium, eos pungit vehementissime, dicens: *Vocaverunt nomina sua in terris suis.* Quid his rursus est a ratione alienius, qui lapidibus et lignis et inanimata materia suam committunt memoriam, et propriam credunt gloriam? Aliquos enim bonis omnibus everterunt, viduas spoliarunt, et pupillorum facultates diripuerunt, ut vermi domum facerent splendidam, tineaque et corruptioni magnificos ambitus edificarent, quod existiment suam per ea futuram immortalē memoriam, quæ ne parvo quidem momento temporis potuerunt corpora retinere. 14. *Hæc via illorum scandalum ipsis.* Quænam est, quaeso, hæc via? Studium quod in res ejusmodi confertur, vanus labor, insana pecuniæ habendæ cupiditas, insatiabilis gloriæ ebrietas; et ante futurum, inquit, supplicium hic fit eis scandalum et impedimentum. Non parvum igitur offencilum, non parvum impedimentum, non

<sup>1</sup> Sic Savil. et Mss. in Morel. autem, et tempestatum vicissitudines, et conversionum chorus..

<sup>2</sup> Verba, collata.... implevit, desunt in Colb. et Savil.; habet autem Reg. 655.

(a) Tricubitalem hominem dicit etiam Geographus Nubiensis in Climate tertio.

parvum obstaculum hæc via est ad operationem virtutis. Et ideo dicit, *Hæc via illorum scandalum ipsis*. Recte autem dixit hanc viam esse ipsis scandalum. Sibiipsis vincula injiciunt, seipsos impediunt. *Et postea in ore suo complacebunt*. Hoc quod dixit, est gravissimum, et causa cæterorum malorum. Qui enim in his peccant, et delinquant, et adeo desipiunt, seipsos felices ac beatos esse ducunt, æmulatione dignos, et iis quæ fiunt delectantur : vitium autem quod laudatur ab iis qui eo laborant, considera quantum facit accessionem malæ cupiditatis. Si enim dum vituperatur, dum probri afficitur, dum arguitur, dum ab ejus qui sobrii hominis cogitationem parumper suscipit, conscientia flagellatur, dum laceratur, et odio habetur, adeo tamen impudenter viget, et invalescit, et in dies augetur : quando non solum non fuerint quæ prohibeant, nempe accusatio, conscientia reprehensio, gestorum correptio, de facinoribus poenitentia, rubor, pudor, fletus ac lacrymæ, sed omnino contra, seipsos etiam laudant qui faciunt, et sibi encomia componunt, et eo ipso se aliis meliores esse ducunt, et postquam fecerint, laudant ea quæ fecerunt ( hoc enim sibi vult illud, *Et in ore suo complacebunt*) : quo non ii deflexerint ? Sunt enim tanto furore perciti, et adeo emotæ mentis, ut etiam quando suam libidinem expleverint, quando eos videntes iniquitatem oporteret erubescere, exsultant, se efferunt, de facinore delectantur. Tale est enim peccatum, ut priusquam factum sit, suam velet turpitudinem, ebrietate voluptatis suam obtegens abominationem : sed postquam factum fuerit, et libidinis quidem voluptas parumper cesserit, conscientia autem accusatio invaserit, nudam rationem flagellans, tunc maxime cernitur quam sit perniciosum. Hi autem nec tunc quidem postquam se expleverint, sed postquam viderint opes coacervatas, sepulcra excitata, inania ædificia perfecta, cum oporteret eos compungi ac deslere, post hæc etiam, hoc est post opus, postquam res fuerit adimpleta, tunc adhuc magis ægrotant. Postquam ergo nihil eis relictum est ex ipsis remediis, tunc restat ut Deus exsequatur quod suum est.

9. Quemadmodum enim qui seipsos condemnant ob peccata a se admissa, quæ a Deo ferenda esset sententiam anticipantes evitant, sicut etiam dicit Paulus : *Si enim nos ipsos judicaremus, non utique judicaremur* (1. Cor. 11. 31) : ita quorum tam gravis est morbus, ut nulla deuantur poenitentia, et peccantes cum peccata non condemnent, Dei in se supplicium cum maxima vehementia attrahunt. Quoniam ergo ii qui aliena rapiunt, vel qui sua temere profundunt, et quæ in pauperes erogare oporteret, in sepulcra, vermes et lineas consumunt, et nec eorum quidem qui fecerunt ulla tanguntur poenitentia, sed manent agroti immedicabiliter : audi quid deinceps fiat. Quid ergo sit ? A Deo traduntur supplicio ; et ideo subjunctum : 15. *Sicut oves in inferno positi sunt ; mors depascet eos* : non hic mansuetudinem per nomen ovium significans ( quid enim possit illis esse sævius, qui pauperum quidem nuda corpora et ventres

fame enectos despiciunt, domos autem corruptioni, vermi et lineæ magnifice exstruunt ? ), sed facilem eorum interitum, repentinum exitium, et quam facile capi possint ab eis qui illis insidiantur. Nihil est enim imbecillius homine, qui in vitio vitam transigit. Quod his quoque eveniet : et ita concidentur, ita funditus peribunt, et tam facile devenient ad inferos, tam breviter, tam expedite, tam nullo negotio, quam ovæ quæ maclantur. Hoc est mors, imo vero res est morte acerbior. Post talem enim mortem eos mors immortalis excipiet, et ideo nusquam in sinus Abrahamæ, nec in ullam aliam regionem cernuntur recedere, sed in infernum : hoc poenæ, hoc supplicii, hoc summi exitii nomen est. Et hic mors eorum vilis est, et contemnenda : et illic in supplicio manent. Ita etiam solemus dicere de iis qui facile pereunt : Hic sicut ovis occisus est. Quia enim sicut bruta vixerunt, etiam ut bruta pereunt, non habentes bonam spem de futuris : nec hoc solum, sed etiam magno eorum malo. *Mors depascet eos*.

*Perire animam quid. Avarorum poenitentia*. — Hic mihi videtur mortem dicere interitum qui illic est, et supplicium, quemadmodum etiam alibi dicit : *Anima quæ peccat, ipsa peribit* ( Ezech. 18. 20 ) : non naturæ extinctionem, sed poenam significans. Persistit autem in metaphora. Quoniam enim dixit oves, eorum quoque pastorem ostendit. Quis autem hic est ? Vermis venenatus, tenebræ numquam cessaturæ, vineola quæ solvi nequeunt, stridor dentium. Vide ergo eos undique puniri. In vita, quoniam eis ad virtutem allatum est impedimentum, quoniam vitii servi et mancipia facti sunt, et supervacaneum ridiculaque laborem susceperunt ; in morte, quoniam fuit mors eorum vulgaris et ingloria ; in tempore mortem sequente, quoniam perpetuus eos tenet interitus. *Et dominabuntur eorum justi in matutino*. Quoniam multi crassiores, et non plus sensu præditi quam lapides, non habent certam et claram spem de futuris, sed iis quæ sunt præsentia, et quæ videntur inhiant, eos ænigmaticè tangit. Deinde cum paucis futura obscure significasset, confert rursus orationem ad contemptum eorum et poenam in vita præsentem, ostendens quam sint imbecilli, viles, contemnendi, et quod licet sint millicies divites, et magna sint succincti potentia, ab iis tamen qui virtutem exercent, habentur pro servis et mancipiis. Ideo dicit, *Dominabuntur eorum justi in matutino* : hoc est, celeriter, continuo, et nec tempore quidem opus habebunt, nec labore, nec mora. Talis est enim rerum natura, ut vitium virtuti serviat, eamque formidet ac pertimescat, licet illud quidem sit fuco et pigmentis innumeris oblectum : hæc vero nuda, et per seipsam decertans. Atqui contra videmus malos obtinere dominatum in bonos. Sed ne consideremus errorem sententiæ vulgi : is enim ex falsa opinione oritur ; sed recto res judicio discernamus, et videbis in quod dico esse certissimum. Sit enim aliquis malus dominus, et bonus servus ; vel, si mavis, ad aliud majus potius exemplum rem deducamus. Sit rex malus, et privatus bonus, videamus

ἰδόν. Ἐαυτοὺς δεσμοῦσιν, ἑαυτοὺς συμποδίζουσι. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῷ στόματι [217] αὐτῶν εὐδοκῆσουσι. Τὸ χαλεπώτατον, καὶ τῶν λοιπῶν αἰτίων τῶν κακῶν, τοῦτό ἐστιν, ὅπερ εἰρηκεν. Οἱ γὰρ τοιαῦτα ἀμαρτάνοντες, καὶ πλημμελούντες καὶ οὐτως ἀνοηταίνοντες, μακαρίζουσι ἑαυτοὺς, καὶ θαυμάζουσι, καὶ ζηλωτοὺς ἑαυτοὺς εἶναι φασί, καὶ ἀρέσκονται τοῖς πραττομένοις· κακία δὲ ἐπαινουμένη καὶ παρ' αὐτῶν τῶν ἐργαζομένων ἐνόησον ἡλίχην λαμβάνει τῆς πονηρᾶς ἐπιθυμίας προσθήκην. Εἰ γὰρ κακίζομένη, εἰ γὰρ ὑβρίζομένη, εἰ γὰρ ἐλεγχόμενη, εἰ γὰρ ὑπὸ τοῦ συνειδότης ἑ τῶν ὀπισθοκίστε νηφόντων μαστιγομένη, ξαινομένη, μισομένη, ὡς ἀναισχύντως ἀνθεῖ, καὶ καθ' ἑκάστην αὐξεται τὴν ἡμέραν· ὅταν μὴ μόνον τὰ κωλύοντα αὐτὴν μὴ ἦ, ὅλον ἡ κατηγορία, τοῦ συνειδότης ὁ ἐλεγχος, τὸ ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν γινομένων, τὸ μετανοεῖν ἐν τοῖς προττομένοις, τὰ καταδόσεσθαι, τὸ ἐγκαλύπτεσθαι, τὸ στένειν, τὸ θρηγεῖν, ἀλλὰ τὸ ναντίον ἅπαν, καὶ ἐπαινοῦσιν ἑαυτοὺς οἱ ἐργαζόμενοι, καὶ ἐγκώμια ἑαυτῶν ὑφαίνουσι, καὶ τῶν ἄλλων βελτίους κατὰ τοῦτο αὐτὸ εἶναι νομίζουσι, καὶ μετὰ τὸ πρᾶξι ἐπαινοῦσι τὰ γεγενημένα (τοῦτο γὰρ ἐστι, Καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῷ στόματι αὐτῶν εὐδοκῆσουσι)· ποῦ οὐκ ἂν ἐτραπέται; Οὕτω γὰρ εἰσι παραπλήγες, οὕτω παραπαίουσιν, ὡς καὶ μετὰ τὴν πλήρωσιν τῆς ἐπιθυμίας, ὅτε μάλιστα ὀρώντας τὴν παρανομίαν αἰσχύνεσθαι εἶδει, γαυροῦνται, κορυφούνται, ἀρέσκονται τῷ γεγενημένῳ. Τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀμαρτία· πρὸ μὲν τοῦ πραχθῆναι, συσκιάζει ἑαυτῆς τὸ εἰδεχθῆς, τῆ μέθῃ τῆς ἡδονῆς περιστέλλουσα αὐτῆς τὸ βδελυρόν· ἐπειδὴν δὲ πραχθῆ, καὶ ἡ μὲν ἡδονὴ τῆς ἐπιθυμίας κατὰ μικρὸν ἀναχωρήσῃ, ἡ δὲ τοῦ συνειδότης κατηγορία ἐπέβη, γυμνοὺς μαστίζουσα τοὺς λογισμοὺς, τότε μάλιστα φαίνεται αὐτῆς τὸ βλαβερόν ἢ. Οὕτοι δὲ οὐδὲ μετὰ τὸ πληρῶσαι, ἀλλ' ὅταν ἰδῶσι τὸν πλοῦτον ὀγκωθέντα, τοὺς τάφους ἐγγηγεμένους, τὰς ματαίας οἰκοδομὰς ἀπηρτισμένας, δέον τότε γοῦν κατανοῦναι καὶ στενάξει, οἱ δὲ καὶ μετὰ ταῦτα, μετὰ τὸ ἔργον, μετὰ τὴν πλήρωσιν, τότε ἐπι μεζόνως νοσοῦσιν. Ἐπεὶ οὖν τὰ παρ' αὐτῶν ὀφεται, ἔπειτα λοιπὸν τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ.

θ'. Ὅσπερ γὰρ οἱ κατακρινόντες ἑαυτοὺς ἐφ' οἷς ἀμαρτάνουσι, προλαμβάνοντες ἀποκροῦνται τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ψῆφον, καθάπερ καὶ Παῦλος φησιν· *Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα*· οὕτως οἱ νοσοῦντες ἀμετανόητα, καὶ ἀμαρτάνοντες, μὴ καταγινώσκοντες δὲ ὧν ἐπλημμέλησαν, μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος ἐπισπώνται τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ τιμωρίαν ἑαυτοῖς. Ἐπεὶ οὖν καὶ οὗτοι ἦ τὰ ἀλόγτρια ἀρπάζοντες, ἦ τὰ οἰκεία μάτην καὶ εἰκὴ δαπανῶντες, ἅπερ εἰς πένητας ἀναλίσκειν ἐχρῆν, εἰς τάφους, καὶ σκόληρας, καὶ σῆτας δαπανῶσι, καὶ οὐ μετανοοῦσιν ἐπὶ τῶν γεγενημένων ἑ, ἀλλὰ ἀνίατα μένουσι νοσοῦντες, ἀκροῦσιν τὴ γίνεταί λοιπόν. Τί δὲ οὖν γίνεται; Τιμωρὶς τῆ παρὰ τοῦ Θεοῦ δίδονται· διὸ ἐπήγαγεν· [218] Ὅς πρόβατα ἐν ἄῃ εθερτο· θάνατος ποιμανεῖ αὐτούς· οὐ τὸ ἡμερον ἐνταῦθα διὰ ὀνόματος τῶν προβάτων δηλῶν (τί γὰρ ἐκείνων ἀγριώτερον γένοισι ἂν, τῶν παρορώντων μὲν γυμνὰ σώματα πνεήτων, καὶ γαστέρας τροχομένας λιμῶ, καλωπι-

ζόντων δὲ οἴκους φθορᾶ, καὶ σκόληρι, καὶ σῆτι;), ἀλλὰ τὸ εὐκολον αὐτῶν τῆς ἀπωλείας, τὴν ἐξ ἐπιδρομῆς πανωλεθρίαν, τὸ εὐχείρωτον τοῖς ἐπιβουλεύουσιν. Οὐδὲν γὰρ ἀσθενέστερον ἀνθρώπου κακία συζῶντος. Ὅπερ καὶ οὗτοι πείσονται· καὶ οὕτω κατακοπήσονται, οὕτως ἀπολοῦνται ἄρῃην, καὶ εἰς τὸν ἄδην ἀπελεύσονται βραδίως, εὐκόλως, συντόμως, ἀπονητὶ, ὡσανεὶ πρόβατα κατακοπτόμενα. Τοῦτο θάνατος, μᾶλλον δὲ πρᾶγμα θανάτου πολὺ χαλεπώτερον. Μετὰ γὰρ τὴν τοιαύτην τελευτὴν θάνατος αὐτοὺς διαδέξεται θάνατος, διὰ τοῦτο οὐδαμῶς εἰς κόλπους Ἀβραάμ, οὐδὲ εἰς ἄλλο χωρίον φαίνονται ἀπίοντες, ἀλλ' εἰς τὸν ἄδην, τὸ τῆς τιμωρίας, τὸ τῆς κολάσεως, τὸ τῆς πανωλεθρίας ὄνομα. Καὶ ἡ ἐνταῦθα αὐτῶν τελευτὴ εὐτελής, καὶ εὐκαταφρόνητος, καὶ ἡ ἐκεῖ διατριβὴ κολάσεως γέμουσα. Οὕτω καὶ ἡμῖν ἔθος λέγειν περὶ τῶν εὐκόλως ἀπολλυμένων· Ὡς πρόβατον ὁ δεῖνα ἐσφάγη. Ἐπειδὴ γὰρ ὡς ἄλογα ἔζω, καὶ ὡς ἄλογα ἀπόλλυται, οὐκ ἔχοντες περὶ τῶν μελλόντων ἐλπίδα χρηστήν· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐπὶ κακῷ θάνατος ποιμανεῖ αὐτούς.

Ἐνταῦθά μοι τὸν θάνατον δοκεῖ λέγειν, τὴν ἀπώλειαν τὴν ἐκεῖ, τὴν τιμωρίαν, καθάπερ καὶ ἀλλαχοῦ φησι· *Ψυχὴ ἡ ἀμαρτάνουσα, αὕτη ἀπολείται*· οὐ τὴν τοῦ εἶναι ἀναίρεσιν, ἀλλὰ τὴν τιμωρίαν παραδηλῶν. Καὶ ἐπιμένει τῇ μεταφορᾷ τῆς λέξεως. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε πρόβατα, εἶδειξεν αὐτῶν καὶ τὸν ποιμένα. Τίς δὲ οὗτος; Ὁ σκόληξ ὁ ἰοβόλος, τὸ σκότος τὸ ἀτελεύτητον, τὰ δεσμὰ τὰ ἅλυστα, ὁ βρυγγὸς τῶν ὀδόντων. Ὅρα τοῖνον αὐτοὺς πάντοθεν κολαζόμενους. Ἐν τῇ ζῳῇ, ὅτι πρὸς ἀρετὴν ἐνεποδίσθησαν, ὅτι κακίας ἐγένοντο δούλοι, καὶ αἰχμάλωτοι, καὶ περιεττὸν ἐπόνθησαν πόνον καὶ καταγέλαστον· ἐν τῇ τελευτῇ, ὅτι ἀπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν ἀπόλοντο· ἐν τῷ κακῷ τῷ μετὰ τὴν τελευτὴν, ὅτι διαπαντὸς ὑπὸ τῆς ἀπωλείας κατέγονται. Καὶ κατακυριεύουσιν αὐτῶν οἱ εὐθεῖς τὸ πρωτῶ. Ἐπειδὴ πολλοὶ τῶν παχυτέρων, καὶ πρὸς ἀναισθησίαν λίθων ἐκδεθηκότων, οὐκ ἔχουσι περὶ τῶν μελλόντων ἐλπίδα σαφῆ, οὐτε τετρανωμένην, ἀλλὰ πρὸς τὰ παρόντα κεχῆνασι καὶ πρὸς τὰ ὀρώμενα, καταπλήγεται τοὺς τοιοῦτους αἰνιγματωδῶς. Εἶτα διὰ βραχέων ἃ τὰ μέλλοντα αἰνιξάμενος, πάλιν ἐπὶ τὴν ἐν τῷ παρόντι βίῳ γινομένην αὐτῶν εὐτέλειαν καὶ τιμωρίαν μετατίθημι τὸν λόγον, δεικνύς αὐτῶν τὸ ἀσθενὲς, τὸ εὐτελές, τὴ εὐκαταφρόνητον, καὶ ὅτι κἂν μυριάκις πλουτῶσι, κἂν δυναστεύωσι ὡς περιβεβλημένοι, ἐν τάξει δούλων καὶ ἀνδραπόδων τοῖς ἀρετῇ μετιούσιν εἰσιν. Διὸ φησι, *Κατακυριεύουσιν αὐτῶν οἱ εὐθεῖς τὸ πρωτῶ*, τοῦτέστι, ταχέως, διηλεκῶς, καὶ οὐδὲ χρόνον δέχονται, οὐδὲ πόνου, οὐδὲ μελλήσεως τινας. Τοιαύτη γὰρ ἡ τῶν πραγμάτων φύσις, τῇ ἀρετῇ τὴν κακίαν δουλεύειν, καὶ τρέμειν αὐτὴν, καὶ δεδοικέναι\*, κἂν μυρία ἐπιτρίμματα αὕτη ἐχῆ, καὶ [219] πολλὰ; τὰς ὑπογραφὰς, ἐκείνη δὲ γυμνὴ ἦ, καθ' ἑαυτὴν ἀγωνιζομένη. Καὶ μὴ τούναντιον ὀρώμεν, φησὶ, τούτους ἐκείνων κρατοῦντας. Ἀλλὰ μὴ τὸ σφάλμα τῆς τῶν πολλῶν δισνοίας ἴδωμεν· τοῦτο γὰρ πεπλανημένης ὑπολήψεως ἐστὶ ψῆφος· ἀλλ' αὕτην τῶν πραγμάτων τὴν ὀρθὴν κρίσιν διευκρινήσωμεν, καὶ δεῖπει τοῦτον κρατοῦντα τὸν λόγον. Ἐστω γὰρ τις πονηρὸς δεσπότης, καὶ οἰκείως

\* Sic mss. et Savil. Morel. ἀπὸ τοῦ συνειδότης.

ἢ Savil. et alii τὸ βδελυρόν.

ἢ Savil. et unus cod. ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις.

ἢ Sic mss. et Savil., Morel. vero καὶ διὰ βραχέων.

\* Post δεδοικέναι Morel addidit παρεσκευάσεν, quae vox non est in mss. nec in Savil.

χρηστός· μάλλον δὲ, εἰ βούλει, ἐφ' ἕτερον μείζον ὑπόδειγμα τὸν λόγον ἀνάγωμεν· Ἔστω βασιλεὺς πονηρός, καὶ ἰδιώτης χρηστός, ἴδωμεν τίς τίνος κύριός ἐστι, καὶ ποῦ τὰ τῆς δεσποτείας διαλάμπει· τίς ὁ κρατῶν, καὶ τίς ὁ κρατούμενος. Πῶς οὖν εἰσόμεθα τοῦτο; Ἐπιτατέτω τῷ ἰδιώτῃ ὁ βασιλεὺς πονηρόν τι πρᾶγμα καὶ πλημμελείας γέμον· τί οὖν ὁ χρηστός ἰδιώτης καὶ ὑπήκοος; Οὐ μόνον οὐκ εἴξει, οὐδὲ ὑπακούεται, ἀλλὰ πειράσεται καὶ τὸν ἐπιτάττοντα ἀπαγαγεῖν τοῦ προκειμένου, κἂν ἀποθανεῖν δέη. Τίς οὖν ἐλεύθερος; ὁ ποιῶν ὃ βούλεται, καὶ μὴδὲ τὸν βασιλέα δεδοικώς· ἢ ὁ παρὰ τοῦ ὑπῆκόου καταφρονούμενος; Καὶ ἵνα μὴ ἐπὶ παραδείγματος ἀδιορίστου τὸν λόγον προαγάγωμεν, ἢ τοῦ Πεντεφρῆ γυνῆ ἢ Αἰγυπτία οὐχὶ βασιλεὺς ἦν; οὐχὶ πάσης Αἰγύπτου ἐκράτει; οὐχὶ σύνοικον εἶχε βασιλέα; οὐ πολλὴν περιβάλλετο δυναστείαν; Τί δὲ ὁ Ἰωσήφ; οὐ δοῦλος; οὐκ αἰχμάλωτος; οὐκ ἀργυρῶντος οἰκέτης; οὐ μετὰ πάσης τῆς παρατάξεως αὐτῆς ὠπλίσατο κατὰ τοῦ νεανίσκου, οὐκ ἑτέρῳ τὸν πόλεμον ἐχειρίσασα, ἀλλ' αὐτὴ πρὸς τὴν παράταξιν ἐλθοῦσα; Τίς οὖν ἐν δουλείᾳ τότε ἦν, τίς δὲ ἐν ἐλευθερίᾳ; ἡ δεομένη, καὶ παρακαλοῦσα, καὶ ἱκετεύουσα, καὶ οὐδὲ ἀνθρώπου, ἀλλὰ πονηροτάτου πάθους αἰχμάλωτος γενομένη· ἢ ὁ καταφρονῶν καὶ διαδήματος, καὶ σκήπτρου, καὶ ἀλουργίδος, καὶ τῆς φαντασίας ἐκείνης ἀπάσης, καὶ ἀνακόπτων αὐτῆς τὰ μηχανήματα; Οὐχὶ ἡ μὲν ἀπῆλθε παρακρουσθεῖσα, καὶ ἑτέρῳ πάλιν πάθει γενομένη δούλη, τῷ θυμῷ τῷ ἄλόγῳ, τῇ μισοφονίᾳ· ὁ δὲ ἐξῆλθε μυρίους στεφάνους ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχων, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ δουλείᾳ τὴν ἐλευθερίαν μειζόνως διαλάμπουσιν δεικνύς;

ἰ. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐλεύθερον ὡς ἀρετὴ, οὐδὲν οὕτω δούλον ὡς κακία. Διὰ τοῦτο καὶ ἀλλαγῶ φησὶ τις· *Σοφὸς οἰκέτης κρατήσει δεσποτῶν ἀφρόνων*. Ὅσπερ γὰρ αἰχμάλωτος, κἂν μυρίον ἔχη πλοῦτον, δι' αὐτὸ τοῦτο μάλιστα πᾶσιν ἐστὶν εὐάλωτος· οὕτω καὶ ὁ ὑπὸ τῶν παθῶν ἀλίσκόμενος, ἀράχνης ἐστὶν εὐτελέστερος. Τί δὲ ἐν πολέμῳ; οὐχὶ τούτους ὀρώμεν κρατοῦντας; Τί δὲ ἐν πράγμασι καὶ βουλαῖς; οὐ τὰ τούτων ἔστηκε, κἂν μηδεὶς ὁ πειθόμενος ἦ; Τί δὲ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα; οὐχὶ ὁ μὲν πλούσιος, καθάπερ προσαιτης, σταγόνα ἦται, καὶ οὐκ ἐπετύγχανεν; ὁ δὲ πένης, ἐπειδὴ σπουδαῖος καὶ ἐνάρετος ἦν, οὐκ ἐν μεγίστῃ εὐπραγίᾳ ἦν, τὴν αὐτὴν τῷ Ἀβραάμ λῆξιν ἔχων; [220] Τί δὲ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων; οὐχὶ δεσμούμενοι, μαστιγούμενοι, μυρία πάσχοντες δεινά, τῶν ταῦτα ποιούντων περιεγίνοντο; Ἐνόησον γοῦν εἰς ὅσην αὐτοῦς ἀπορίαν ἐνέβαλον, ὡς ἐκείνους λέγειν· *Τί ποιήσομεν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις*; Καίτοι δεδεμένους εἶχον, καὶ ἐν μέσῳ δικαστηρίων συνειλημμένους· καὶ οἱ μὲν ἐν τάξει δικαστῶν, καὶ ἀρχόντων, οἱ δὲ ἐν τάξει δικαζομένων εἰστήκεισαν, ἀλλ' ὅμως οὗτοι τούτων ἐκράτησαν. Καὶ πανταχοῦ, εἴ τις μετὰ ἀκριβείας ἐπέξιοι τῷ λόγῳ, τὸν ἐνάρετον ὄψεται τοῦ πονηροῦ κρατοῦντα, τὴν κυρίως· ἡ κράτησιν, οὐ ταύτην τὴν τῶν πολλῶν καὶ ψευδῆ, τὴν πεπληνημένην καὶ βλάδιως ἐλεγχομένην, ἀλλ' ἐκείνην τὴν πεπηγυῖαν καὶ ἀκίνητον. Καὶ ἡ βοήθεια αὐτῶν παλαιωθήσεται ἐν

τῷ βδ'· τούτεστιν, ἀσθενήσει. Ὁ δὲ λέγει, τοῦτο ἐστὶν· Οὐ μόνον ἐνταῦθα εὐχειρωτοὶ ἔσονται, μηδενὸς ἀμύνοντος, μηδενὸς χειρα ὀρέγοντος, πᾶσι προκειμένοι, ἀλλὰ καὶ τὸ χαλεπώτερον, οὐδὲ ἐκεῖ ἔξουσί τινα τὸν παριστάμενον, καὶ βοηθοῦντα, καὶ χεῖρα ὀρέγοντα, καὶ παραμυθούμενον αὐτῶν τὴν τιμωρίαν. Οὕτω γοῦν οὔτε αἱ παρθένοι αἱ φρόνιμοι μωραῖς βοηθήσαι ἰσχυραν, οὐχὶ ὁ Ἀβραάμ τῷ πλουσίῳ, οὐ Νῶε, καὶ Ἰώβ, καὶ Δαυὶδ, υἱοῖς καὶ θυγατρῶσι. Τὸ γὰρ, *Παλαιωθήσεται*, ἀσθενήσει ἐστὶν, ἀφανισθήσεται· *Τὸ γὰρ παλαιούμενον καὶ γηράσκον, ἐγγύς ἀφανισμού*. Ἐκ τῆς δόξης αὐτῶν ἐξώσθησαν.

Οὐ μάλιστα ἐπεθύμουν, δι' ὃ πάντα ἐποίουν καὶ ἐπραγματεύοντο, ὥστε καὶ μετὰ τελευτῆν δόξης ἀπολαῦσαι πολλῆς, διὰ τῶν χρημάτων, διὰ τῶν οἰκοδομημάτων, διὰ τῶν τάφων, διὰ τῶν ὀνομάτων τῶν ἐπικειμένων τοῖς τάφοις· καὶ τούτου, φησὶν, ἐκπεσοῦνται, ὃ μάλιστα αὐτοὺς ἐλύπει ζῶντας καὶ ταῦτα μανθάνοντας. Αἱ γὰρ τοιαῦται οἰκοδομαὶ κατηγορίαι τῶν ἀπελθόντων εἰσὶ. Κἂν γὰρ τὸ σῶμα τῇ γῆ κρύπτηται, ἀλλ' ὅμως οἱ λίθοι φωνὴν ἀφιᾶσι, καθ' ἑκάστην αὐτῶν κατηγοροῦντες ἡμέραν τῆς ὠμότητος, τῆς ἀναισχυντίας, τοὺς κοινούς ἐχθροὺς ἀνακηρύττοντες, τοὺς παρόντας αἰεὶ εἰς ἀράς ἐπισπόμενοι, καὶ ἐγκλήματα, καὶ διαβολάς. Ποῖα οὖν αὕτη δόξα, καταλιμπάνειν κατηγορον μὴ σιγῶντα, ἀλλὰ διὰ τῆς ὄψεως τὰ πάντων ἀνοίγοντα στόματα, καὶ πρὸς τοὺς ὀρώντας ἅπαντας καὶ παρόντας σφοδροτάτην ποιοῦμενον τὴν ἐντυχίαν κατὰ τῶν οἰκοδομησαμένων; Τί ταύτης τῆς ἀνοίας γένοιτο· ἂν ἴσον, ὅταν ποιῶσιν ἀφ' ὧν κολάζονται, ἀφ' ὧν κατασιχύνονται, ἀφ' ὧν κατηγοροῦνται, ἀφ' ὧν καὶ μετὰ τελευτῆν παρὰ πολλῶν ἀνορύττονται· ἀφ' ὧν αὐτοῖς ἀραὶ, καὶ διαβολαὶ, καὶ ἐγκλήματα μυρία, καὶ παρὰ τῶν ἡδικημένων, καὶ τῶν οὐκ ἡδικημένων; *Πλὴν ὁ Θεὸς λυτρώσεται τὴν ψυχὴν μου ἐκ χειρὸς ἄδου, ὅταν λαμβάνῃ με*. Εἰπὼν τῶν πονηρῶν τὰ ἐπιχειρα, τῆς ἀμαρτίας τὰ ὀφύγια, λέγει καὶ τὰ τῶν χρηστῶν ἐπαθλα· ὃ καὶ αὐτῷ καὶ ἑτέροις προφήταις ποιεῖν ἔθος, ὥστε ἐκατέρωθεν ρυθμίζειν τὸν ἀκρατήν, καὶ ἐκ τῆς κολάσεως τῶν ἀμαρτημάτων, καὶ ἐκ τῶν ἐπάθλων τῆς ἀρετῆς. Τὰ [221] μὲν οὖν ἐκείνων τοιαῦτα, φησὶν· ἀτιμία, ματαιοπονία, ἄνοια, γέλως, ἀισχύνη, πανωλεθρία, θάνατος, τιμωρία, κόλασις διηνεκῆς, τὸ εὐεπηρεάστον, τὸ καὶ δόξης καὶ ἀσφαλείας ἐκπεπτικέναι, καὶ ζῶντας καὶ τελευτῶντας, τὸ διαβάλλεσθαι, τὸ κατηγορεῖσθαι, τὸ μηδεμίαν εὐρίσκειν παραμυθίαν κακῶν. Τὰ δὲ ἡμέτερα τούναντιον ἅπαν, ἀπαλλαγὴ κολάσεως, ἐλευθερία ψυχῆς, ἀσφάλεια, δόξα, τιμὴ. Ταῦτα γὰρ πάντα ἠνίκατο, εἰπὼν· *Πλὴν ὁ Θεὸς λυτρώσεται τὴν ψυχὴν μου ἐκ χειρὸς ἄδου, ὅταν λαμβάνῃ με*· βδ' ἐνταῦθα τὴν κολάσιν λέγων, τὰς ἀφορητοὺς ἐκείνας ὀδύνας. Ἐνόησον δὲ καὶ ἡλικία τὰ τῆς τιμῆς, οὐ ταύτη μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐπαγομένῳ. Ὅταν γὰρ λαμβάνῃ με, φησὶ, τότε αὐτὸν ἀκριβέστερον βίβομαι ἢ νῦν. Νῦν γὰρ διὰ πίστεως περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἰδους, τότε δὲ πρόσωπον κατὰ ἡ πρόσωπον. Τῆς δὲ ψυχῆς λυτρομένης, καὶ τὸ σῶμα κοινωνήσῃ τῶν ἀγαθῶν. *Μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, ἢ*

\* Sic recte mss. et Savil. Morel. κυρία.

h Savil. et alii πρός.



quis sit dominus alterius, et ubinam resplendet dominatus; quis sit qui imperat, et quis paret alterius imperio. Quomodo ergo hoc sciemus? Rex rem malam et scelere plenam privato imperet; quid igitur bonus ille privatus et qui ei subjicitur? Non modo non acquiescet, nec obediet, sed eum etiam qui imperat, conabitur abducere ab instituto, licet mori oporteat. Quis est ergo liber? isne qui quod vult facit, et ne regem quidem metuit: an quæ a subdito suo contemnitur? Et ne in incerto exemplo proluxa utamur oratione: uxor Pentephæ Ægyptia, annon erat regina (a)? annon toti Ægypto præerat? annon habebat regem conjugem? annon maximam habebat potestatem (Gen. 39. 7)? Quid vero Joseph? nonne servus? nonne captivus? nonne famulus emptitius? nonne illa adversus adolescentem omnem aciem instruxit, non alii belli curam committens, sed ipsa descendens in aciem? Quis ergo tunc erat servus, quis liber? illane quæ precabatur, orabat, et supplicabat, et non homini, sed improbissimo animi morbo serviebat: an is qui contemnebat diadema, sceptrum, purpuram, et omnem illam externam speciem ac pompam, et rescindebat ejus machinationem? Nonne illa quidem repulsam passa recessit, et alii rursus animi morbo mancipata est, nempe iræ, quæ ratione non regitur, et vindictæ; hic vero exiit capite redimito coronis innumeris, et in ipsa servitute libertatem magis resplendentem ostendens?

10. *Virtus libera; vitium servum.* — Nihil est enim æque liberum ut virtus, nihil æque servum ut vitium. Et ideo dicit etiam alibi quispiam: *Sapiens servus obtinebit dominatum in dominos insipientes* (Prov. 17. 2). Quemadmodum enim captivus, etsi immensas habeat divitias, eo ipso facile capi potest et expugnari ab omnibus: ita etiam qui ab animi perturbationibus captus est, est tela aranæ vilior. Quid vero in bello? annon eos videmus vincere? Quid in rebus tractandis et consultantis? annon quæ dicunt firma sunt et stabilia, etsi nullus pareat? Quid autem in iis quæ hanc vitam consequuntur? annon dives ille tamquam mendicus guttam petiit, nec eam impetravit? pauper autem, quoniam erat bonus et virtutis studiosus, annon in maxima fuit felicitate, et eadem ei sors quæ Abrahæ obtigit (Luc. 16. 24)? Quid autem in apostolis? annon vincti, flagris cæsi, innumera mala passi, eos superabant qui illos malis afficiebant (Rom. 8. 37.; 2. Cor. 4. 8)? Cogita ergo quam animi dubios et perplexos eos reddebant, adeo ut dicerent: *Quid faciemus his hominibus* (Act. 4. 16)? Atqui tenebant eos vinctos, et in mediis judiciis comprehensos; et obtinebant illi quidem locum judicum et magistratum, hi vero tamquam rei illic stabant, et hi tamen illos vicerunt. Ubique denique, si quis diligenter consideret, videbit virum bonum vincere virum improbum: eaque vere est victoria, non vulgaris illa quæ falsa est et fucata, ac quæ facile con-

(a) Cum ait Petephren, seu Putipharem fuisse regem, ejusque uxorem reginam, tropo modoque loquendi non inusito utitur, quo rex dicitur is qui potestate et auctoritate

vincitur, sed illa firma, stabilis, et immobilis. *Et auxilium eorum veterascet in inferno*: hoc est, erit imbecillum. Quod autem dicit, est ejusmodi: Non solum hic facile capi poterunt, nullo opem ferente, nullo manum præbente, omnibus expositi, imo etiam quod est gravius, ne illic quidem habebunt qui defendat, opem ferat, manum præbeat, et eorum supplicium consoletur. Itaque nec virgines prudentes stultis opem ferre potuerunt (Math. 25. 9), non Abraham diviti (Luc. 16. 25), non Noe, et Job, et Daniel filiis et filiabus (Ezech. 14. 20). Illud enim, *Veterascet*, est, erit imbecillum, evanescet ac delebitur: *Quod enim veterascit ac consenescit, non longe abest ab interitu. A gloria sua exturbati sunt* (Hebr. 8. 13).

*Monumenta superba accusationes mortuorum.* — Quod maxime desiderabant, propter quod omnia faciebant, et nihil non moliebantur, nempe ut post mortem magnam sibi pararent gloriam, per pecunias, per ædificia, per sepulcra, per nomina inscripta in sepulcris; ab eo, inquit, excident, quod eos maxima molestia afficiebat dum viverent, et hæc scirent. Talia enim ædificia sunt accusationes mortuorum. Nam etsi corpus terra tegatur, lapides tamen vocem emittunt, eorum crudelitatem et impudentiam quotidie accusantes, communes eos hostes proclamantes, eos qui prætereunt, ut eos diris et maledictis persequantur et accusent, invitantes. Quænam est ergo hæc gloria, accusatorem relinquere non tacentem, sed solo aspectu ora omnium aperientem, et apud omnes qui vident et accedunt, eos qui ædificarunt gravissime increpantem? Quidnam potest cum hac conferri stultitia, quando ea faciunt de quibus puniuntur, pro quibus accusantur, propter quæ etiam post mortem a multis effodiuntur: ex quibus execrationes, reprehensiones et multa crimina oriuntur, tam ab eis qui injuria affecti sunt, quam qui non affecti sunt? 16. *Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferni, quando acceperit me.* Postquam dixit mercedem malorum, et stipendium peccati, dicit etiam præmia bonorum: quod et ipse et alii prophetæ facere solent, ut ex utroque auditorum instituant, nempe et ex poenis peccatorum, et ex præmiis virtutis. Ita ergo se habent res illorum, infamia, labor inanis, stultitia, risus, dedecus, interitus, mors, tormentum, perpetuum supplicium, molestiis expositum a gloria et securitate excidisse, vivos et mortuos, vituperari et accusari, nullum invenire malorum solatium. Nostra autem contra se habent omnia, liberatio a supplicio, libertas animæ, securitas, honor, gloria. Hæc enim omnia subindicavit, cum dixit: *Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferni, quando acceperit me*: inferos hic dicens supplicium, cruciatus illos intolerabiles. Considera autem quantus sit honor, non propter hoc tantum, sed etiam propter id quod subjungitur. Cum enim, inquit, acceperit me, tunc ipsum videbo clarius quam nunc. Nunc enim per fidem ambulamus, non per speciem, tunc autem facie ad faciem (1. Cor. 13. 12). Redempta autem anima,

corpus quoque erit honorum particeps. 17. *Ne timueris cum dives factus fueris homo, vel cum multiplicata fuerit gloria domus ejus. Hæc cum ita se habeant, inquit, quid times præsentia? quid te male habet inopia? quid formidas divitem? Audivisti quæ diæta sunt de resurrectione, de honorum hereditate, de supplicio malorum? Quid umbras deinceps pertimescis? Illa enim sunt firma ac stabilia, hæc vero sunt similia floribus qui flaccescunt. Omnibus itaque aliis prætermisissis, arcem malorum invasit, nempe divitiarum cupiditatem: ea enim diruta, alia quoque simul destruuntur.*

11. Et quomodo non timebo, inquit, eos qui tantum possunt? Potentia est ad breve tempus, vires unius horæ, transit rerum successus, umbras et somnia imitantur pecuniæ, divitiæ, et honor tantus, et ideo subjunxit: 18. *Quoniam cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria ejus: subjungens causam, cur non timeat quæ sunt momentanea. Venit mors, radicem abscidit, et universa coma decidit cum foliis, et domus facile capi potest ab omnibus. Quomadmodum ergo oves et capræ post sectionem jacentem arborem invadunt: ita etiam in iis qui hoc modo sunt divites, multi amici, multi eorum quos beneficiis affecerunt, inveniuntur res illorum perdere et evertere; et qui tot et tanta possidebat, tot pocillatores, tot coquos, crateres aureos et argenteos habebat, tot et tanta terræ jugera, domos, mancipia, equos, mulos, camelos, castra servorum, solus abit, et nemo cum eo discedit, nec ipsas quidem vestes sumens. Quo enim fuerit splendidus indutus, tanto lautior mensam vermi parans recedit, et sepulchrorum effossoribus ampliorum cupiditatem, et in miserum corpus majores insidias. Quo enim se magis exornat, eo in se majorem contumeliam comparat, manus eorum qui thecas effodiunt armans in seipsum et invitans. Et quid tum? inquit: at hic quidem certe se jactat, gloriatur, et intumescit usque ad mortem. Imo vero multi ne ad mortem quidem; sed in illos coortis insidiatoribus, quibusvis reis graviora passi sunt, pecunia spoliati, infamia notati, in carcere habitantes. Qui enim heri in curru, hodie in catena; qui heri observabatur ab adulatoribus, nunc a carnificibus obsidetur; qui unguenta olebat, nunc est respersus sanguine; qui in molli lecto accumbebat, in duro solo jacet; qui ab omnibus colebatur, ab omnibus contemnitur. At in morte ejus sunt magnificæ et splendide exsequiæ. Et quid ad illum, qui non sentit? Major fœtor, major horror, invidia vehementior: est enim filiis cum mortuo bellum perpetuum propter illam magnificentiam. Vide autem quam sit verbum accurate positum, et quam sit magna philosophia. Non solum enim eum ex eo insectatur, quod non una recedant, sed etiam eum hic omni pompa et apparatu spoliat, et nec divitias quidem esse ostendit, quando earum possessione fruebatur. Non dixit enim, Cum multiplicata fuerit gloria ejus, sed, *Gloria domus ejus. Hæc enim omnia, quæ enumeravi, fontes, anbulacra, porticus et balnea, aurum et argentum, equi et muli,**

*stragulæ vestes et indumenta, sunt gloria domus, non hominis qui domum habitat.*

*Πνεύματος πρὸς τὸ συμφέρον*. Ἡ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἑτέρω δὲ λόγος γνώσεως, ἀλλῶ δὲ πίστις, ἀλλῶ χαρίσματα λαμβάνων. Ἄλλ' ἴσως εἶποι τις ἄν, ὅπερ οὖν καὶ ἀληθές ἐστίν, ὅτι ἑτέραν πίστιν φησὶ, δι' ἧς θαύματα ἐγίνετο. Οἶδα καὶ ἐγὼ, ὅτι ἑτέρα ἐκείνη, περὶ ἧς καὶ οἱ ἀπόστολοι ἔλεγον· *Πρόσθετε ἡμῖν πίστιν*· ἑτέρα δὲ αὕτη, καθ' ἣν πάντες ἐσμὲν πιστοί, σημεῖα μὲν οὐ ποιοῦντες, τὴν δὲ γνῶσιν ἔχοντες τῆς εὐσεβείας· ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα τῆς τοῦ Πνεύματος χρεῖα βοηθείας. Καὶ γὰρ περὶ τινος ὁ Λουκᾶς γράφει, ὅτι *διήνοιξε τὴν καρδίαν αὐτῆς, τοῦ προεχέειν τοῖς λεγομένοις ἐκ τοῦ Παύλου*. Καὶ ὁ Χριστός· *Οὐδεὶς ἔρχεται πρός με, ἐὰν μὴ ὁ Πατὴρ ἐλκύσῃ αὐτόν*. Οὐκοῦν εἰ τοῦ Θεοῦ ἐστὶ τοῦτο, τί ἀμαρτάνουσιν οἱ ἀπιστοῦντες, μήτε τοῦ Πνεύματος βοηθοῦντος, μήτε τοῦ Πατρὸς ἔλκοντος; μήτε τοῦ Υἱοῦ δηγυῶντος; Καὶ γὰρ περὶ ἑαυτοῦ φησιν· *Ἐγὼ εἰμι ἡ ὁδός*. Τοῦτο δὲ λέγει δεικνύς, ὅτι αὐτοῦ χρεῖα εἰς τὸ προσαχθῆναι τῷ Πατρὶ. Εἰ τοῖνον ὁ Πατὴρ ἔλκει, ὁ Υἱὸς χειραγωγεῖ, τὸ Πνεῦμα φωτίζει, τί ἀμαρτάνουσιν οἱ μήτε ἔλκυσθέντες, μήτε χειραγωγηθέντες, μήτε φωτισθέντες; Ὅτι μὴ παρέχουσιν ἀξίους ἑαυτοῦς τοῦ ταύτην δεξασθαι τὴν Ἑλλαμψιν. Ὅρα γοῦν ἐπὶ τοῦ Κορνηλίου τοῦτο συμβάν· οὐ γὰρ οἴκοθεν ἐκεῖνος· τοῦτο εὗρεν, ἀλλ' ὁ Θεός· αὐτὸν ἐκάλεσεν, ἐπειδὴ προλαβὼν, ἑαυτὸν ἀξίον παρεσκεύασε. Διὰ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος περὶ πίστεως διαλεγόμενος ἔλεγε· *Καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν, Θεοῦ τὸ δῶρον*. Οὐ μὲν ἔρημόν σε καταλιμπάνει κατορθωμάτων. Εἰ γὰρ αὐτοῦ ἐστὶ τὸ ἐλκύσαι καὶ ἐπαγαγεῖσθαι· ἀλλ' ὅμως καὶ ψυχὴν εὐπειθή ἐπιζητεῖ, καὶ τότε τὴν παρ' ἑαυτοῦ συμμαχίαν εἰσάγει.

Διὸ καὶ ἀλλαχοῦ φησὶ Παῦλος· *Τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν*. Οὐ γὰρ δὴ ἠναγκάσθη τὰ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς σωτηρίας [311] ἡμῶν. Ἄλλ' εἰ καὶ τὸ πλεον αὐτοῦ ἐστὶ, σχεδὸν δὲ καὶ τὸ πᾶν, ὅμως ἀφήκε τι καὶ ἡμῖν μικρὸν, ὥστε καὶ εὐπρόσωπον γενέσθαι τῶν στεφάνων τὴν πρόφασιν. Διὰ δὲ τοῦτο Παῦλος εἰπὼν· *Ἐχοντες δὲ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα τῆς πίστεως, τουτέστι, τὴ καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ λαλήσαν, ἐπήγαγε· Καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν, διὸ καὶ λαλοῦμεν*. Πολλῶ γὰρ μᾶλλον ἐνταῦθα πίστεως χρεῖα, ἢ ἐκεῖ, διὰ τε τὴν φύσιν τῶν ἐπαγγελίων ἀόρατόν· τε οὖσαν καὶ νοεράν, διὰ τε τὴν τάξιν τῶν καιρῶν. Οὐ γὰρ ἐν τῷ παρόντι βίω, ἀλλ' ἐν τῷ μέλλοντι ἦν τὰ ἐπαθλα β'. Μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν παρόντων πίστεως χρεῖα· καὶ γὰρ αὐτὰ τὰ δίδόμενα πίστεως ἐδεῖτο καὶ ἐν τῷ βίωσθαι, ἢ τε τῶν μυστηρίων κοινωῖα, τοῦ τε βαπτίσματος ἢ δωρεᾶ. Οὕτω πάντα λόγον ὑπερέβαινε τῶν ἀγαθῶν ἢ δυνάμεις. Εἰ τοῖνον ἐν τοῖς παχυτάτοις ἐκείνοις καὶ αἰσθητοῖς πίστεως ἔδει, πολλῶ μᾶλλον ἐνταῦθα. Ἄλλ' ἡ μὲν ἀποστολικὴ λέξις τὴν προσηκουσαν ἐρμηνείαν ἐβλήθη· ὥρα λοιπὸν πάλιν καὶ ἐπὶ τὴν προφητικὴν ἐλθεῖν, καὶ εἰπεῖν τί φησιν ὁ μακά-

<sup>a</sup> Savil. υποβαλεῖν habet; sed recte suspicatus est legendum esse υποβαλεῖν, ut habet editio Morellii.

b Savil. in margine ἀλλ' ἐν τῷ μέλλοντι εἰσι: τὰ ἐπαθλα.



Et ideo dicit : *Respicite ad solidam petram, ex qua excisi estis, Abraham ita vocans : et fossam lacus, ex quo effossi estis*, Sarram ita nominans (a). Quemadmodum enim lacus aquam per se non habet, sed eam suscipit ex supernis pluviis : ita etiam illa cum esset privata facultate gignendi, a supernis accepit illam ; et quemadmodum petra numquam fructum tulit, ita nec ferre poterat Abraham : ego tamen vos illinc exculpsi, et ex uno tot et tantas regiones implevi. Et ideo Ezechielem quoque in campum educit, et ostendit ei cumulum ossium, et prophetans ossa excitat, ostendens eis, et dicens : *Si possum excitare mortuos, multo magis vos, qui vivitis, reducere* (Ezech. 37. 13). Illi quidem sic : hic autem propheta quomodo ?

*Fidei necessitas in promissionibus. Rationi humanæ non immitendum in rebus divinis. — Credidi, propter quod loquutus sum.* Hoc est : Fide opus est ad ea quæ promittuntur : ego enim ea cogitans et animo revolvens, fide introducta omnem expuli perturbationem. Hoc ergo dicit Paulus, in his sensibus, et quæ videntur bonis, fide opus esse. Quod si in sensibus, multo magis in spiritualibus. Si enim ut suam civitatem se recuperaturos admitterent, eis fuit opus fide : multo magis nobis, qui cælum expectamus. Quando ergo est aliquid magnum, et quod cogitationem et rationem superat, oportet eam assumere, et non humano ordine res examinare. Admirabilia enim Dei opera sunt iis omnibus superiora. Oportet itaque ora rationibus obstruentes ad fidem accurrere, et Deum gloria afficere. Qui enim ratione contendit res ad illum spectantes invenire, nequaquam eum gloria afficit, ut qui ratiocinii sui humilitati velit ineffabilia ejus œconomix consilia subjicere.

2. Ideo de Abraham quoque loquens Paulus, quoniam non hoc fecit, sed suas rationes reprehendens respexit ad potentiam ejus qui est pollicitus, et ostendens eum hac ratione Deum maxima gloria affecisse, dicit : *In promissione enim Dei non hæsitavit incredulitate, sed validus factus est fide, dans gloriam Deo, et certo persuasus, ipsum quod pollicitus est, posse etiam facere* (Rom. 4. 20. 21). Quid porro est, *Habentes autem eundem Spiritum fidei, sicut scriptum est : Credidi, propter quod loquutus sum : et nos credimus propter quod et loquimur* (2. Cor. 4. 13) ?

*Spiritus idem utriusque Testamenti conditor. Gratia ad fidem necessaria.* — Hic nobis magnum revelat mysterium. Quodnam hoc ? Ejusdem esse Spiritus novum et Vetus Testamentum : et eundem Spiritum, qui est in eo loquutus, hic quoque loquutum esse, ac fidem esse omnium magistrum, nec absque ea nos quidpiam posse. *Et nos enim, inquit, credimus, et ideo loquimur.* Si eam enim sustuleris, ne os quidem aperire possumus. Quare autem non dixit, *Habentes autem eandem fidem, sed, Habentes au-*

(a) Sara quidem sterilis erat, referente Scriptura. At quomodo dici possit Abraham fuisse sterilem, et non magis gignendi facultate præditum, quam lapidem, quandoquidem post Saræ mortem ætate grandior sex filios suscepit ex Cetura ?

*tem eundem Spiritum fidei ?* Et ea quæ dicta sunt significans, et ostendens opus esse supplicatione Spiritus ad conscendendum ad altitudinem fidei, et vilipendendam rationum imbecillitatem. Et ideo ipse quoque alibi dicit : *Unicuique autem manifestatio Spiritus datur ad utilitatem. Alii enim per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ, alii vero fides, alii autem dona sanationum* (2. Cor. 12. 7-9). Sed fortasse dixerit quispiam, quod etiam verum est, ipsum aliam dicere fidem, per quam fiebant miracula. Scio ego quoque aliam esse fidem, de qua apostoli dicebant, *Adjice nobis fidem* (Luc. 17. 5) : et aliam hanc, per quam sumus omnes fideles, signa quidem non facientes, sed habentes cognitionem pietatis : atqui hic quoque est nobis opus auxilio Spiritus. Etenim de quadam scribit Lucas, *Aperuit cor ejus, ut attenderet ea, quæ dicebantur a Paulo* (Act. 16. 14). Et Christus : *Nemo venit ad me, nisi Pater traxerit eum* (Joan. 6. 44). Si hoc ergo Dei est, quomodo peccant qui non credunt, cum nec Spiritus opem ferat, nec Pater trahat, nec in viam deducat Filius ? De seipso enim dicit : *Ego sum via* (Joan. 14. 6). Hoc autem dicit ostendens se opus esse ad hoc ut adducantur ad Patrem. Si ergo Pater trahit, Filius deducit, Spiritus illuminat, quid peccant qui neque tracti sunt, neque deducti, nec illuminati ? Quoniam non præbent se ipsos dignos, ut eam suscipiant illuminationem. Vide ergo hoc evenisse Cornelio : neque enim hoc ille apud se invenit, sed eum Deus vocavit, quoniam ipse præoccupans, seipsum dignum reddidit (Act. 10). Et ideo Paulus quoque de fide disserens, dixit : *Et hoc non ex vobis, Dei est donum* (Ephes. 2. 8). Nec tamen se relinquit vacuum bonis actionibus. Etsi enim ejus est trahere et inducere : animam tamen requirit quæ moram gerat, et facile pareat : et tunc suum adhibet auxilium.

*Virtus et salus nostra necessitati non subjacent. Fide magis opus habent Christiani quam olim Judæi.* — Quocirca alibi quoque dicit Paulus : *Secundum propositum vocatis* (Rom. 8. 28). Neque enim virtus, nec salus nostra necessitati subjacent. Nam etsi maxima pars, atque adeo fere totum ejus sit, exiguum quid tamen nobis reliquit, ut dandæ coronæ speciosa sit occasio. Et ideo cum dixisset Paulus : *Habentes autem eundem Spiritum fidei* (2. Cor. 4. 13), hoc est, qui etiam loquutus est in Veteri, subjunxit : *Et nos credimus, propter quod et loquimur.* Multo enim magis hic fide opus habemus quam illic, et propter naturam promissorum, quæ sub visum non cadunt, sed sola mente percipiuntur ; et propter ordinem temporum. Non enim in vita præsentis, sed in futuro erunt præmia. Imo vero erat etiam opus fide pro præsentibus : etenim ea ipsa quæ dabantur fide, fide opus habebant, etiam dum dabantur, nempe et mysteriorum communio, et baptismi donum. Ita omnem rationem superabat vis bonorum. Si itaque in crassissimis illis et sensibilibus fide erat opus, multo magis hic. Sed apostolica quidem sententia convenientem accepit interpretationem : tempus est autem, ut redeamus ad prophetiam, et dicamus

quid dicit hic beatus. Quid ergo dicit? *Credidi, propter quod loquutus sum*. Atqui nihil erat adhuc loquutus, sed dicit id quod mente jam a se dictum erat. Quid est autem quod jam dictum fuerat? Cum, inquit, illam calamitatem et Judaicam illam tragediam animo agitassem, illumque interitum et excidium extremamque vastitatem, non desperavi fore, ut res mutaretur in melius: imo vero et speravi, et annuntiavi, et loquutus sum. Nam et in prioribus Psalmis multa de his disserui; loquutus sum autem et annuntiavi a fide eruditus.

3. Alius autem, qui non est ab ea valde eruditus, vide quomodo claudicet et perturbetur. Nam etsi dicit illum Psalmum David, non tamen ex persona propria, sed narrans eorum, qui claudicant, animi perturbationes, sic dixit: *Quam bonus Deus Israel iis qui sunt recto corde. Mei autem pene moti sunt pedes, vene effusi sunt gressus mei* (Psal. 72. 2): non loquens de pedibus et gressibus, sed de ratiocinationibus claudicantibus. Causam autem subjunxit dicens: *Quoniam zelavi propter iniquos* (Ibid. v. 3), hoc est videns florentes barbaros, dejectos autem et fractos Judæos. Et quodnam genus dicit claudicationis? *Et dixi: Frustra ergo justificavi cor meum, et lavi inter innocentes manus meas* (Ib. v. 13). Et quidnam ipsum impulerit, ut hæc diceret, dicit: *Quoniam ecce hi peccatores et florentes in sæculum obtinuerunt divitias* (Ibid. v. 12). Deinde vide quomodo seipsum rursus colligit. *Si dicebam, narrabo sic: Hoc labor est*, inquit, *ante me, donec ingressus fuerim in sanctuarium Dei, et intelligam in extrema ipsorum* (Ibid. v. 15-17). Quod autem dicit, est ejusmodi: Vexabar, affligebat in ratiocinationibus. Tale quid enim est ratiocinatio. Deinde cogitavi me facere rem laboriosam. De iis enim inquirens, nihil potero certi scire, donec me in patriam recepero.

*Res fidei non committendæ humanis rationibus. Fides sacra ancora.* — Vides quantum sit periculum res fidei permittere humanis rationibus, et non fidei? Si ille enim fuisset firmus et constans in fide, non hæc fuisset loquutus, non fuisset perturbatus: non commoti essent ejus pedes, non essent propemodum effusi gressus ejus. Sed non ita hic propheta, sed stans supra petram non conturbabatur, sed res Judæorum videns ita esse affectas, res autem barbarorum secus, de reditu clara voce constantique et certa mente frequenter prædicabat in multis Psalmis: et valde confidebat, nec vires barbarorum, nec vilitatem Judæorum attendens, sed Dei potentiam, qui ea est pollicitus. Et ideo dicit, *Credidi, propter quod loquutus sum: ego autem humiliatus sum valde*. Alius dicit: *Ego utique afflictus sum valde*. 2. *Ego vero dixi in excessu meo, Omnis homo mendax*. Alius, *Et dixi animi anxius, Omnis homo mentitur*. Hic fidei splendor rursus ostenditur, quod ne magnitudo quidem calamitatis eum præcipitem dederit in desperationem. Ejusmodi enim res est fides: est quædam sacra ancora, quæ undique sustentat mentem quæ ei adhæret: et tunc maxime ostenditur quando in maxima rerum

difficultate ei persuadet, qui illa est præditus, ut bonam spem habeat, expulsa turba ratiocinationum. Quod ipse quoque significans, dicit: *Ego autem afflictus sum nimis*: hoc est, Valde quidem afflictus sum, sed non desperavi, nec animum abjeci. Deinde ostendens se non fuisse solummodo afflictum, sed gravissime afflictum, subjunxit dicens: *Ego autem dixi in excessu meo: Omnis homo mendax*.

*Excessus quid. Homo cur dicatur mendax.* — Quid est, *In excessu meo*? In summa, inquit, calamitate, et ingenti malorum magnitudine. Tanta enim, inquit, me adorta est tentatio, ut excessum et gravem soporem in me injiceret. Dicit enim hic excessum, alienationem a sensu, quæ ex malis oritur. Nam de Adam quoque quando dicitur Deus immisisse in eum excessum (Gen. 2. 21), innuit quamdam a sensu alienationem. Ecstasis enim, seu excessus dicitur, extra se esse positum. Immissus autem erat tum excessus, ne sentiret cum auferretur costa, nec ex ea re dolorem caperet: ea ratione Deus suffurans sensum molestiæ, ne accepto dolore factum id ægre ferret, immisit in eum excessum. Et rursus alibi: *Cecidit*, inquit, *super ipsos excessus* (Act. 10. 10). Significat illic gravem quemdam soporem, et a sensu remotiorem. Excessus porro id ubique significat. Fit autem vel Deo id faciente, vel malorum magnitudine gravem soporem ac torporem afferente. Solet enim calamitas esse causa excessus et soporis. Hic ergo dicit excessum, magnitudinem malorum quæ eum occuparunt. Quid est autem quod dicit, *Omnis homo mendax*? Nemone verax? Quomodo ergo Job descriptus est *Vir verax, justus, religiosus* (Job 1. 1)? Quid vero dicemus de prophetis? Si illi enim mendaces, et in iis quæ dixerunt falsi sunt, omnia pereunt. Quid vero Abraham? quid justi omnes? Vides quantum sit malum, si dictio solum accipiatur, et non sensus consideretur? Quid est ergo quod dixit, *Omnis homo mendax*? Id quod ipse dicit alibi: *Homo vanitati similis factus est* (Psal. 143. 4). Quod etiam alius propheta dixit: *Omnis caro fœnum, et omnis gloria hominis quasi flos sæni* (Isai. 40. 6): hoc est, res vilissima, præterfluens, similis umbræ, somnio, et alicui imagini.

4. Et ut scias me non levi conjectura adductum hæc dicere, alius interpretes dixit, *Falsum* (a), alius autem, *Mentitur*, alius, *Fallitur*, alius, *Deficit*. Hoc autem multum ab illo differt. Mentiri enim est vitii quod in animo situm est: deficere autem, et præterfluere, et esse somnium, umbram et florem, significat naturæ vilitatem. Idem est enim id quod dixit alius, *Ego sum terra et cinis* (Gen. 18. 27): et alius, *Quid superbit terra et cinis* (Eccli. 10. 9)? et rursus ut quando dicit hic propheta, *Quid est homo, quod memor es ejus* (Psal. 8. 5)? ubique naturæ vilitatem, et eam nihil esse significans. De segetibus enim dici-

(a) Vox Hebraica est, כזב, quam διάφροσμα interpretatur A nulla; διαφροδεται, Symmachus; ἐκλείπει, Theodotio.

ριος οὗτος. Τί οὖν φησιν; Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα. Καίτοι οὐδὲν ἐλάλησεν οὐδέπω, ἀλλὰ τὸ ἦδη λαληθὲν λέγει κατὰ διάνοιαν αὐτῷ. Τί ἐστὶ τὸ ἦδη λαληθὲν; Ἐνοήσας, φησί, τὴν συμφορὰν, καὶ τὴν τραγωδίαν τὴν Ἰουδαϊκὴν, καὶ τὴν πανωλεθρίαν ἐκείνην, καὶ τὴν εἰς τέλος ἐρήμωσιν, οὐκ ἀπέγνων τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολῆς, ἀλλὰ καὶ ἠλπισα ταύτην, καὶ ἀπήγγειλα αὐτὴν, καὶ ἐλάλησα. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ψαλμοῖς πολλὰ περὶ αὐτῆς διελέχθη· ἐλάλησα δὲ καὶ ἀπήγγειλα ἀπὸ τῆς πίστεως παιδευόμενος.

γ. Ἐτερος γοῦν οὐ σφόδρα ταύτην πεπαιδευμένος ὄρα πῶς χωλεῖται καὶ θορυβεῖται. Εἰ γὰρ Δαυὶδ λέγει τὸν ψαλμὸν ἐκεῖνον, ἀλλ' οὐκ ἐξ οἰκείου προσώπου, ἀλλὰ τῶν χωλεούντων τὰ πάθη διηγούμενος οὕτως ἔλεγεν· Ὡς ἀγαθὸς ὁ Θεὸς ἐγὼ Ἰσραὴλ· τοῖς εὐθέσι τῆ καρδία! Ἐμοῦ δὲ πικρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες, παρ' ὀλίγον ἐξεχύθη τὰ διαβήματά μου· οὐ περὶ ποδῶν λέγων καὶ διαβημάτων, ἀλλὰ περὶ λογισμῶν χωλεούντων. Καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγει, λέγων· Ὅτι ἐζηλώσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, τούτεστι, τοὺς βαρβάρους εὐδοκιμοῦντας ὁρίων, τὰ δὲ Ἰουδαίων τεταπεινωμένα. Καὶ τί τῆς χολῆς λέγει τὸ εἶδος; Καὶ εἶπον· Ἄρα ματαίως ἐδικαίωσα τὴν καρδίαν μου, καὶ ἐνιψάμην ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου. Καὶ πῶθεν τοιαῦτα προφήτης εἰπεῖν, λέγει· Ὅτι ἰδοὺ οὗτοι οἱ ἁμαρτωλοὶ καὶ ἐθνηρῶντες εἰς τὸν αἰῶνα κατέσχον πλοῦτου. Εἶτα ὄρα πῶς ἐαυτὸν ἀνακτᾶται· Εἰ ἔλεγον, διηγῆσμαι οὕτω· Τοῦτο κῶπος, φησὶν, ἐστὶν ἐνώπιόν μου, ἕως οὐ εἰσέλθω εἰς τὸ ἀριστήριον τοῦ Θεοῦ, καὶ συνῶ εἰς τὰ ἔσχατα αὐτῶν. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτος ἐστίν· Ἐκοπούμην, ἐταλαιπωρούμην ἐν τοῖς λογισμοῖς. Τοιοῦτον γὰρ ὁ λογισμὸς. Εἶτα ἐλογίζομαι, ὅτι πρᾶγμα ἐπίπονον ποιῶ. Ταῦτα ἀναζητῶν, οὐδὲν δυναίσομαι σαφῶς εἰδέναί, ἕως ἂν ἀπολάβω πατρίδα.

Ὅρᾳς ὅσον κακὸν ἐστὶ λογισμοῖς ἐπιτρέπειν τὰ πρᾶγματα τῆς πίστεως, καὶ μὴ τῆς πίστει; Εἰ γὰρ ἐκεῖνος ἦν πεπηγὸς ἐν τῇ πίστει, οὐκ ἂν ταῦτα ἐμφέγγατο, οὐκ ἂν [312] ἐθορυβήθη, οὐκ ἂν ἐταράχθη, οὐκ ἂν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες αὐτοῦ, οὐκ ἂν παρ' ὀλίγον ἐξεχύθη τὰ διαβήματα αὐτοῦ. Ἄλλ' οὐχ ὁ Προφήτης οὕτως, ἀλλ' ἐπὶ τῆς πέτρας ἐστηκὼς οὐκ ἐθορυβεῖτο, οὐκ ἐταράττετο, ἀλλ' ὁρίων τὰ μὲν τῶν Ἰουδαίων οὕτω διακείμενα, τὰ δὲ τῶν βαρβάρων ἐναντίας, καὶ περὶ τῆς ἐπανόδου λαμπρᾷ τῇ φωνῇ καὶ πεπληροφορημένη διανοίᾳ ἐκήρυττε συνεχῶς καὶ ἐν πολλοῖς τοῖς ψαλμοῖς, καὶ σφόδρα ἐθάρρει, οὔτε τῇ δυνάμει τῶν βαρβάρων προσέχων, οὔτε τῇ εὐτελείᾳ τῇ Ἰουδαϊκῇ, ἀλλὰ τῇ δυνάμει· τοῦ ταῦτα ἐπαγγελαμένου Θεοῦ. Διὸ φησιν· Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα· ἐγὼ δὲ ἐταπεινώθη σφόδρα. Ἐτερός φησιν, Ἐγὼ μέντοι ἐκακώθη σφόδρα. Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου, Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. Ἐτερος· Καὶ εἶπον ἰδημονῶν, Πᾶς ἄνθρωπος διαψεύδεται. Ἐντεῦθεν πάλιν τὰ τῆς πίστεως λαμπρὰ δεικνύται, ὅτι οὐδὲ τὸ

μέγεθος τῆς συμφορᾶς εἰς ἀπόγνωσιν αὐτὸν ἐνέβαλε. Τοιοῦτον γὰρ ἡ πίστις· ἱερά τις ἐστὶν ἀγκυρα, πάντοθεν ἀνέχουσα τὴν ἔχουσαν αὐτὴν διάνοιαν, καὶ τότε μάλιστα διαθεῖνεται, ὅταν ἐκ τῶν ἀπόρων ἀναπέλῃ τὸν ἔχοντα αὐτὴν χρηστάς ἀναμένειν ἐλπίδας, τῶν λογισμῶν ἐκβάλλουσα τὸν θόρυβον. Ὅπερ καὶ αὐτὸς δηλῶν ἔλεγεν· Ἐγὼ δὲ ἐκακώθη σφόδρα, φησί· τούτεστιν, Ἐκακώθη, ἀλλ' οὐκ ἀπέγνων, οὐδὲ ἀνέπεσον. Εἶτα δεικνύς, ὅτι οὐκ ἀπλῶς ἐκακώθη, καὶ τὴν ἐπίτασιν προστίθησι λέγων· Ἐγὼ δὲ εἶπον ἐν τῇ ἐκστάσει μου, Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης.

Τί ἐστίν, Ἐν τῇ ἐκστάσει μου; Ἐν τῇ ὑπερβολῇ τῆς συμφορᾶς, φησὶν, ἐν τῷ μεγέθει τῶν κακῶν. Τοιοῦτος γὰρ ἐπῆλθεν ἡμῖν πειρασμὸς, ὡς καὶ ἐκστασι καὶ κάρων ἐνθεῖται. Ἐκστασι γὰρ ἐνταῦθα τὴν ἀναίσθησιν τὴν ἐκ τῶν κακῶν γινόμενὴν λέγει. Ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀδάμ, ὅταν λέγη, ὅτι ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν ἐκστασι, ἀναίσθησιν τινὰ λέγει. Καὶ γὰρ ἐκστασις λέγεται τὸ ἐξω αὐτοῦ γενέσθαι. Ἐπεβέβητο δὲ αὐτῷ τότε, ὥστε μὴ αἰσθάνεσθαι τῆς πλευρᾶς ἀφαιρουμένης, μὴδὲ ἀλγῆσαι τῷ γενομένῳ. Οὕτω κλέπτων ὁ Θεὸς τῆς ὀδύνης τὴν αἰσθησιν, ἵνα μὴ μισήσῃ τὸ ἐξ αὐτοῦ γινόμενον, ἄτε ἀλγῆσας, ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν ἐκστασι. Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν, Ἐπεσον ἐπ' αὐτοὺς ἐκστασις, φησί. Κάρων τινὰ καὶ ἐκεῖ δηλοῖ, καὶ τὸ ἐξω αἰσθήσεως γενέσθαι. Καὶ πανταχοῦ ἡ ἐκστασις τοῦτο ἐμφαίνει. Γίνεται δὲ ἡ τοῦ Θεοῦ ἐργαζομένου, ἡ τῆς ὑπερβολῆς τῶν κακῶν κάρων ἐμποιούσης. Οἶδε γὰρ καὶ συμφορὰ ποιεῖν ἐκστασι καὶ κάρων. Ἐνταῦθα οὖν ἐκστασι λέγει, τὸ μέγεθος τῶν κακῶν τῶν κατεληφθῶν. Τί δὲ ἐστὶν ὁ φησὶ, Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης; [313] Οὐδεὶς οὖν ἀληθής; Πῶς οὖν ὁ Ἰῶβ ἀναγέγραπται Ἀνθρώπος ἀληθινός, δίκαιος, θεοσεβής; Τί δὲ καὶ περὶ τῶν προφητῶν ἐροῦμεν; Εἰ γὰρ καὶ ἐκεῖνοι ψεύσται, καὶ ἐψεύσαντο ἃ εἰρήχασιν, πάντα οἴχεται. Τί δὲ ὁ Ἀβραάμ; τί δὲ οἱ δίκαιοι πάντες, Ὅρᾳς ὅσον ἐστὶ κακὸν τὴν λέξιν ἀπλῶς ἐκδέχεσθαι, καὶ μὴ τὰ νοήματα περισκοπεῖν; Τί οὖν ἐστὶν ὁ φησὶ, Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης; Ὁ ἀλλαχοῦ φησιν, Ἀνθρώπος ματαίωσις ἠμοιώθη. Ὁ καὶ ἕτερος προφήτης εἶπε· Πᾶσα σὴρῆς χόρτος, καὶ πᾶσα ὄξυ ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου· τούτεστιν, εὐτελέστατον πρᾶγμα, παραρρέον, σικῆ εὐκείως, ὀνειράτι, εἰκόνι τινί.

δ. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐκ ἀπλῶς εἰκάδων ταῦτα λέγω, ἕτερος ἐρμηνευτὴς εἶπε, Διδύψυσμα, καὶ ἄλλος, Διαψεύδεται, καὶ ἕτερος, Ἐκλείπει. Πολὺ δὲ τοῦτο ἐκεῖνου διέστηκε. Τὸ μὲν γὰρ ψεύδεται κακίας ἐστὶ τῆς κατὰ ψυχὴν· τὸ δὲ ἐκλείπειν καὶ διαρρεῖν, καὶ παραρρεῖν, καὶ ἄναρ εἶναι καὶ ἄνθος καὶ σικάν, τῆς κατὰ φύσιν εὐτελείας. Ταῦτον γὰρ λέγει, ὡς ὅταν εἴπῃ· Ἐγὼ δὲ εἶμι γῆ καὶ σποδός· καὶ πάλιν, Τί ὑπερηφανεύεται γῆ καὶ σποδός; καὶ πάλιν, ὡς ὅταν λέγῃ οὗτος ὁ προφήτης, Τί ἐστὶν ἄνθρωπος, ὅτι ἐμνησθῆς αὐτοῦ; πανταχοῦ τῆς φύσεως τὸ εὐτελὲς δηλῶν, τὸ οὐδαμινόν. Καὶ γὰρ ἐπὶ λήϊων λέγομεν· Τὰ λήϊα διεψεύσατο, τούτεστιν,

\* Sic LXX. Alii τὸ Ἰσραήλ.

† In editione Romana legitur καὶ εἶπα.

\* Savil. εὐπορία. Sed in margine scribitur γρ. δυνάμει. Utraque lectio quadrat. Pau'o post lectio illa, ἕτερος φησιν, Ἐγὼ μέντοι ἐκακώθη σφόδρα, deest in Morel., sed habetur in Sav. esique Symmachi, ut videas in Hexaplis nostris, ex Euseb., et ex ms. Reg. Lectio item sequens, καὶ ἄλλων ἀλημονῶν, etc. est Symmachi, ut ibidem refertur ex Theodoro et ex mss.

† Reg. ἐκ τῶν ἀπορήτων καὶ ἀπόρων. Verum τῶν ἀπορήτων hic non quadrare existimo. Ibid. Savilius ad vocam, ἀναπέλῃ, alteram notat in margine, uempe κείθῃ.

\* Alteram lectionem notat in marg. Savil. uempe ἐκλεῖν. Infra ἕξω αἰσθήσεως, alius, referente id 'marginem eodem Savil., ἕξω αὐτῶν, id quod eodem recidit.

† Reg. et margo Savil. δηλοῖ.

‡ Καὶ παραρρεῖν deest in Savil. Sed in margine ab eodem reponitur.

οὐδὲν ἐχόμενον ἄξιον τῆς ἐλπίδος· καὶ, Ὅ ἐνιαυτὸς διεψεύσατο, ταῦτο δὴ πόλιν δηλοῦντες. Ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ ἄνθρωπος πρᾶγμα οὐδαμινὸν καὶ εὐτελές, μάλιστα δὲ καὶ ἐπὶ τῆς συμφορᾶς τὰ τοιαῦτα φιλοσοφεῖν εἰώθαμεν, καὶ τῆς φύσεως τὴν ἀσθένειαν ἐπισκέπτεσθαι· διὰ δὴ τοῦτο καὶ οὗτος ἐν ἀθυμίᾳ γενόμενος, καὶ τὴν φύσιν ὁρῶν ἐλεγχομένην, καὶ τὴν εὐτέλειαν καὶ οὐδένειαν αὐτῆς πανταχόθεν διαδεικνυμένην, Πᾶς ἄνθρωπος ἔσυστης, φησί· τούτέστιν, οὐδὲν ἄνθρωπος. Διδὸν καὶ ἀλλαχοῦ ἔλεγε· *Μέντοι γε ἐν εἰκόني διαπορεύεται ἄνθρωπος. Τί ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι;*· Ὅρα πῶς δείκνυσι τὴν εὐεργεσίαν μεγάλην οὐκ ἀπὸ τῶν γεγενημένων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ εἰς τοιοῦτον γεγενησθαι, ἐτέροις μὲν βήμασι, τοῖς δὲ αὐτοῖς νοήμασι τὰ ἐν τῷ ψαλμῷ διηγούμενος. Καθάπερ γὰρ καὶ ἐκεῖ ἔλεγε· *Τί ἐστὶν ἄνθρωπος, ὅτι μιμησθήκη αὐτοῦ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπη αὐτόν;* οὕτω καὶ ἐνταῦθα.

Τότε διπλᾶ τὰ τῆς εὐεργεσίας δείκνυται, ὅταν καὶ φύσει μεγάλη ἦ, καὶ εἰς οὐδαμινὸν τινα γίνηται· ὅπερ εὐεργεσίας καὶ χάριτος ἐπιταίσι. Τοῦτο οὖν αὐτὸ βουλόμενος παραστήσει, φησί· *Τί ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ;* δηλῶν ὅτι τὸν ἄνθρωπον, τὸν ὄντα διάψυσμα, τὸν οὐδαμινόν, τὸν εὐτελεῖ τσοσαύτης ἡξίως ὠρεᾷς. *Περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι.* Τοῦτο εὐχαρίστου γνώμης, τὸ περιέρχεσθαι καὶ ζητεῖν, ἀνθ' ὧν εὐ ἔπαθεν ἀποδοῦναι τι τῷ εὐεργετῇ, καὶ τὸ πάντα [514] καταβαλόντα μηδὲν ἄξιον νομίζειν διδόναι. Ὅπερ ἐξ προομιῶν τῆς ἀντιδόσεως αἰνιξάμενος, καταθήσειν προΐων ἐπαγγέλλεται. Διπλῆν γὰρ τὴν εὐχαριστίαν ἐνδείκνυται, τῷ τε δοῦναι ἄπερ οὐδὲν ἦν, καὶ τῷ ταῦτα διδοῦς μηδὲν ἄξιον νομίζειν διδόναι. Τί οὖν ἐστίν, ὅπερ μέλλει διδόναι; Ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος· ἐπάγει γὰρ· *Ποτήριον σωτηρίου λήψομαι, καὶ τὸ ὄνομα Κυρίου ἐπικαλέσομαι.* Οἱ μὲν οὖν κατὰ ἀναγωγὴν τὸ εἰρημένον ἐκλαμβάνοντες, τῶν μυστηρίων τὴν κοινωνίαν φασίν. Ἡμεῖς δὲ τῆς ἱστορίας τέως ἐχόμενοι, σπονδᾶς αὐτὸν λέγειν ἐνταῦθα, καὶ θυσίας, καὶ εὐχαριστηρίους ὕμνους λέγομεν. Καὶ γὰρ διάφοροι τὸ παλαιὸν ἦσαν θυσίαι· θυσία γὰρ αἰνέσεως ἦν, ὕπερ ἁμαρτημάτων, καὶ ὀλοκαυτώματα, ὕπερ σωτηρίας, καὶ εἰρηνηκαί, καὶ ἕτεραι πλείους. Ὁ οὖν λέγει τοῦτο ἐστίν· Οὐκ ἔχω μὲν ἄξιόν τι καταθεῖναι, ὃ δὲ ἔχω τίθημι. Θυσίαν γὰρ εὐχαριστήριον τῷ Θεῷ προσοίσει, καὶ ὕπερ τῆς σωτηρίας αὐτὸν ἀναμνήσω. *Τὰς εὐχὰς μου τῷ Κυρίῳ ἀποδώσω ἐναντίον παντός τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.* Ἐνταῦθα τὰς ἐπαγγελίας, εὐχὰς λέγει, τὰς ὑποσχέσεις. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς δεινοῖς τούτοις ἐπὶ τὸν Θεὸν κατέφευγε, καὶ ὀφειλέτην ἑαυτὸν καθίστη ἐπαγγελλόμενος, εἰ διαφύγει τὰ δεινὰ, ταῦτα; καταβαλεῖν ἢ τὰς θυσίας. Ἐπεὶ οὖν λέλυται, φησὶν, ἡ συμφορὰ, *Τὰς εὐχὰς μου τῷ Κυρίῳ ἀποδώσω ἐναντίον παντός τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Τίμιος ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὀσίων αὐτοῦ.* Ἔτερος, Ἐντιμος. Καὶ ποία αὕτη ἀκολουθία; τί δὲ τοῖς ἐμπροσθεν ἔχει συνυδόν; Εἰ τις μετὰ ἀκριθείας ἐξετάσειε, πολλὸ τοῦτο εὐρήσει. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε· *Τί ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι;*· δεικνύς αὐτοῦ τὰς εὐεργεσίας, φησὶν, ὅτι οὐκ ἡ ζωὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ θάνατος τῶν ὀσίων τῷ Θεῷ περι-

σπούδατος, οὐκ ἀπλῶς νόμῳ φύσεως παραγιγνόμενος, ἀλλὰ καὶ κατὰ γνώμην αὐτοῦ πολλαχοῦ γινόμενος. Ἦ οὐκ ἀκούεις Παύλου λέγοντος· *Τὸ δὲ ἐπιμείναι τῇ σαρκὶ ἀναγκαϊότερον δι' ἡμᾶς, καὶ τούτῳ πεποιθὼς οἶδα ὅτι μενὼν καὶ συμπαραμενῶ πῶσιν ἡμῖν;* Καὶ τί θαυμάζεις, εἰ καὶ ὁ θάνατος, ὅπου οὕτε ἡ γέννησις ἐνίων νόμῳ φύσεως γίνεται, ὡς ἡ τοῦ Ἰσαὰκ, ὡς ἡ τοῦ Σαμουὴλ; Διόπερ οὐδὲ τέκνα σαρκὸς αὐτοῦ<sup>d</sup> καλεῖ, ἀλλὰ τέκνα ἐπαγγελίας. Οὕτω καὶ Μωϋσῆς οὐκ ἀπλῶς ἀπέθνησκεν, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ προστάξαντος· οὐδὲ Ἰωάννης, ἀλλ' αὐτοῦ συγχωρησαντος. Καίτοι γε μεσθὸς ἐγένετο πόρνης· ἀλλὰ καὶ οὕτω τίμιος γέγονε. Τὸ γὰρ δὴ θαυμαστὸν τοῦτο ἐστίν, ὅτι καὶ οὕτω τελευτήσας ἐντιμος ἦν· ὕπερ γὰρ ἀληθείας κατέλυσε τὸν βίον, καὶ οὕτως ἦν ἐντιμος, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ φονεύσας ἐδεδοίκεν αὐτόν. Ὅτι δὲ ἐδεδοίκεν αὐτόν, ἄκουε τοῦ εὐαγγελιστοῦ τί φησι περὶ τοῦ Ἡριόδου· *Ἐλεγε γάρ, ὅτι αὐτὸς ἀνέστη ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ διὰ τοῦτο αἱ δυνάμεις ἐνεργουῖσιν ἐν αὐτῷ.* Ὅρα πῶς καὶ ἐπὶ τοῦ Ἄβελ τίμιος ἦν<sup>e</sup> ὁ θάνατος. *Ποῦ Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; Φωνῇ αἵματος [515] τοῦ ἀδελφοῦ σου βοᾷ πρὸς με.*

ε'. Σκόπει καὶ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου, πῶς μετὰ τελευτῆν ἀγγέλοι αὐτοῦ προηυόντο. Σκόπει καὶ πρὸς τῶν μαρτύρων τοὺς τάφους τὰς πόλεις συντρεχούσας, τοὺς δῆμους ἀναπτομένους τῷ πόθῳ. Τοῦτο οὖν ἐστίν, ὃ φησὶν, ὅτι πολλὸς λόγος, καὶ πολλὴ σπουδὴ τῷ Θεῷ καὶ ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῶν ὀσίων. Οὐδὲ γὰρ ἀπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχε τελευτῶσιν, ἀλλ' ὅταν αὐτὸς συγχωρήσῃ οἰκονομικῶς. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν, Ἐναντίον Κυρίου, τοῦτο ἐμφῆναι βουλόμενος· *Ὁ Κύριε, ἐγὼ δοῦλος σός, ἐγὼ δοῦλος σός, καὶ υἱὸς τῆς παιδίσκης σου.* Οὐ τὴν κοινήν λέγει δουλείαν, ἀλλὰ τὴν κατὰ πολλὴν<sup>g</sup> διάθεσιν καὶ στοργῇ, διαθερμαινόμενος τῷ πόθῳ, ὅπερ ἐστὶ μέγιστος στέφανος, καὶ διαθήματος παντὸς λαμπρότερον. Διὰ καὶ ὁ Θεὸς ἀντὶ μεγίστης εὐφροσύνης τίθησι, λέγων· *Μωϋσῆς ὁ θεράπων μου τετελεύτησεν. Καὶ υἱὸς τῆς παιδίσκης σου.* Τουτέστιν, ἀνωθεν καὶ ἐκ προγόνων ἀνακείμεθ<sup>h</sup> σου τῇ δουλείᾳ. Ὅπερ αὐτὸ ἀντὶ μεγίστου τέθεικε κόσμου καὶ ὁ Παῦλος ἐπὶ τοῦ Τιμοθέου λέγων· *Υπόμνησιν ἔχων τῆς ἐν σοὶ ἀνυποκριτοῦ πίστews, ἥτις ἐνώχιστος πρῶτος ἐν τῇ μάμμῃ σου Λαῶδι, καὶ τῇ μητέρι σου Εὐνείκῃ. Πέπεισμαι δὲ ὅτι καὶ ἐν σοὶ, καὶ ὅτι ἀπὸ βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας.* Καὶ πάλιν περὶ ἑαυτοῦ· *Ἐβραῖος ἐξ Ἐβραίων.* Καὶ πάλιν· *Ἐβραῖοι εἰσι, καγὼ. Ἰσραηλιταὶ εἰσι, καγὼ.* Εἶπον γὰρ τι πλεόν τῶν προσηλύτων οἱ ἐκ προγόνων καὶ ἀνωθεν τοῦτο ὄντες. Διὰ τοῦτο καὶ οὗτός φησι· *Καὶ υἱὸς τῆς παιδίσκης σου.*

Διῆρρηξας τοὺς δεσμούς μου. Οὐκ εἶπεν, Ἐσάλευσας, ἀλλ', ἐρρήξας, δηλῶν ὅτι οὕτως, ὡς καὶ ἀρχτ- στους γενέσθαι. Ἐνταῦθα δεσμούς τὰς ὀλιψείας φησί, τοὺς πειρασμούς, τοὺς κινδύνους. Ἔστι γὰρ καὶ δεσμός καλὸς, ὃν ἐπισφιγγεσθαι βέλτιον<sup>i</sup>, ὡς ὅταν

<sup>c</sup> Savil. ἢ οὐκ ὄραε Παῦλος τί λέγει.

<sup>d</sup> Savil. in textu aut. In margine aut. scilicet.

<sup>e</sup> Morel. τίμιος ἦν αὐτῶν· sed vox αὐτῶν superflua erat, nec habetur in Savil.

<sup>f</sup> Ita Savil. At Morel. ἐπὶ. Paulo post Savil. in margine δῆμους συναπτομένους.

<sup>g</sup> Sic Morel. Savil. τὴν πολλήν.

<sup>h</sup> Savil. ἀνάκειμαι, eodem sensu.

<sup>i</sup> Sic Reg. : que certe lectio preferenda videtur, illamque secutus est interpret. Savil. et Morel. ὃν περιβάλλεται βέλτιον. Mox Savil. ἀπεναντίας τούτῳ. Paulo post idem τούτων καὶ ὁ Χριστός.

<sup>a</sup> Sic unus recte; editi γίνονται.

<sup>b</sup> Savil. καταθήσειν. Infra ἕτερος, Ἐντιμος· Alius, Pre- tiosus. Addidit Genitivanus Hervetus coram Domino, an suo Marie, an fide ms. cumque plura ignoro. Nescitur porro quis ex interpretibus ita verterit.

mus : Ementitæ sunt segetes, hoc est, spem nostram fefellerunt, nec ut sperabamus, tulerunt : et, Annus est ementitus, hoc rursus significantes. Quoniam ergo homo res est vilis, atque adeo nihili ; hæc autem philosophia solemus uti maxime in calamitate, et quam sit infirma natura considerare : ideo ipse quoque cum esset animi anxius, et videret argui naturam, et quam vilis esset et nihili omni ex parte ostendit, *Omnis, inquit, homo mendax* : hoc est, Homo nihili est. Quocirca ipse quoque alibi dicebat : *Veruntamen in imagine pertransit homo* (Psal. 38. 7). 3. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi ?* Vide quomodo ostendit magnum beneficium non ex iis solum quæ facta sunt, sed etiam ex eo quod facta sint in eum qui esset ejusmodi, aliis quidem verbis, sed eodem sensu ea narrans, quæ sunt in Psalmo. Quemadmodum enim illic dicebat : *Quid est homo quod memor es ejus, aut filius hominis, quoniam visitas eum* (Psal. 8. 5) ? ita hic etiam.

*Beneficia ut duplicentur ; quomodo vox, calicem, intelligenda sit, in versu sequenti.* — Tunc autem ostenduntur duplicia esse beneficia, quando et natura magna sunt, et quando conferuntur in eum qui est nihili : quod quidem beneficium et gratiam amplificat. Ille ipsum volens ostendere, dicit : *Quid retribuam Domino ? significans ipsum hominem, qui est mendacium, qui est vilis atque adeo nihili, dignum tanta censuisse gratia. Pro omnibus quæ retribuit mihi.* Hoc est grati animi, circuire, et pro iis quæ accepit beneficiis querere benefactori aliquam referre gratiam : et cum omnia exsolverit, putare se nihil dare. Quod cum ex retributionis principio subindicasset, procedens significat se id exsoluturum. Ostendit enim duplicem gratiarum actionem, et quod ea det, quæ potest, et quod cum ea det, se nihil dignum dare existimet. Quid est ergo quod est daturus ? Audi eum dicentem ; subjungit enim : 4. *Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo.* Qui quod dictum est sumunt anagogice, dicunt esse communionem mysteriorum. Nos autem historiam sequentes, dicimus eum hic dicere libamina et sacrificia, et hymnos gratiarum actionis. Erant quippe antiquitus diversa sacrificia : erat enim sacrificium laudis, pro peccatis, holocausta, pro salute, et pacifica, et plura alia. Hoc est ergo quod dicit : Non possum quidem quod dignum est persolvere, solvo autem quod possum. Offeram enim Deo sacrificium gratiarum actionis, et salutis eum commonefaciam. 5. *Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus.* Vota hic dicit promissa et pollicitationes. In his enim ærumnis ad Deum confugebat, et se debitorem ei constituerebat, pollicens si ea mala effugeret, se hæc exsoluturum esse sacrificia. Quoniam ergo, inquit, cessavit calamitas, *Vota mea reddam Domino coram omni populo ejus.* 6. *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Alius, *Honorata coram Domino.* Quænam est autem hæc consequentia, et quid habet quod cum prioribus conveniat ? Si quis id accurate examinauerit, maximam inveniet cognationem. Quia enim dixerat, *Quid retribuam Domino pro omnibus*

*quæ retribuit mihi ?* ostendens ejus beneficia, dicit non solum vitam, sed etiam mortem sanctorum Deo esse curæ, non eam solum quæ lege naturæ advenit, sed etiam quæ ejus voluntate suscipitur. Annon audis Paulum dicentem : *In carne autem manere, magis necessarium propter vos, et eo fretus, scio quod manebo, et permanebo una vobiscum* (Philipp. 1. 24. 25). Et quid miraris si mors, cum nec generatio nonnullorum naturæ lege peracta sit, quemadmodum generatio Isaaci et generatio Samuelis (Gen. c. 27. et c. 48 ; 1. Reg. 5. 20) ? Quocirca nec carnis quidem eos vocat filios, sed filios promissionis (Rom. 9. 8). Ita etiam Moses non est simpliciter et absolute mortuus (Deuter. 32. 49. 50) ; sed cum Deus jussisset : neque Joannes, sed cum ipse permisisset. Atqui fuit merces meretricis ; fuit tamen nihilo secius honorata. Hoc ipsum autem est admirabile, quod vel sic mortuus honoratus fuit ; siquidem pro veritate vitam finivit, tantoque habitus est in honore, ut ipse etiam qui eum interfecerat, ipsum timeret. Quod autem timeret, audi quid evangelista dicat de Herode : *Dicebat enim, quod ipse resurrexit a mortuis, et propterea virtutes operantur in ipso* (Marc. 6. 14). Vide quomodo etiam in Abel erat mors pretiosa et honorata. *Ubi est Abel frater tuus ? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me* (Gen. 4. 9. 10).

5. *Sepulcra martyrum honorabilia.* — Vide etiam in Lazaro, quomodo post ejus mortem angeli eum deducebant (Luc. 16. 22). Contemplare etiam civitates ad martyrum sepulcra concurrentes, et populos eorum amore inflammatos. Hoc est ergo quod dicit : Deus magnam sollicitudinem et curam gerit vel ipsius mortis sanctorum. Neque enim quomodocumque nec fortuito moriuntur, sed quando ipse id ex suæ dispensationis consilio permiserit. Et ideo dicebat, *In conspectu Domini, hoc volens ostendere, 7. O Domine, ego servus tuus, ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.* Non dicit communem servitutem, sed eam quæ oritur ex magno amore et affectione, magno incensus desiderio, quod est corona maxima, et quovis diademate præclarior. Quocirca Deus quoque id posuit pro maxima laude, dicens, *Moses servus meus mortuus est. Et filius ancillæ tuæ* (Josue 1. 2). Hoc est, A multis retro sæculis, a tempore majorum meorum addicti sumus tuæ servituti. Quod etiam Paulus posuit in Timotheo pro maximo ornamento, dicens : *Recordationem habens fidei quæ est in te non ficta, quæ habitavit primum in avia tua Loide, et matre tua Eunice. Persuasum autem habeo quod et in te, et quod ab infantia didicisti sacras literas* (2. Tim. 1. 5. et 3. 15). Et rursus de seipso : *Hebræus ex Hebræis* (Philipp. 3. 5). Et rursus, *Hebræi sunt, et ego* (2. Cor. 11. 22). Amplius enim quiddam habebant, quam proselyti, qui a suis majoribus tales erant. Et ideo hic quoque dicit : *Et filius ancillæ tuæ.*

*Sunt bona et mala vincula ; gratus animus maxime Deo placet.* — *Dirupisti vincula mea.* Non dixit, Concussisti, sed, *Dirupisti*, significans ea ita etiam facta, ut essent inutilia. Vincula autem hic dicit afflictiones, tentationes, pericula. Est enim bonum vinculum, quo

optabile est adstringi, ut quando dicit, *In vinculo dilectionis* (Ephes. 4. 3) : et, *Quod est vinculum perfectionis* (Coloss. 3. 14). Est etiam vinculum huic contrarium, ut quando dicit, *Catenis peccatorum suorum unusquisque adstringitur* (Prov. 5. 22). Id Christus quoque innuens, *Abrahæ autem, inquiebat, filiam hanc a satana ligatam non oportebat solvi* (Luc. 13. 16) ; et Isaias de Christo, *Dedi te in testamentum gentium, dicentem tuis qui sunt in vinculis, Egredeamini* (Isai. 49. 8. 9). Hæc ergo vincula dirupit, non solvit : hoc enim est illo amplius. Quod si quis etiam velit hæc sumere anagogice, dicens hæc esse vincula peccatorum, et totum veterem hominem, minime aberraverit. Est aliud quoque vinculum pulcherrimum, quod Paulus semper circumferens dicebat : *Paulus vincetus Jesu Christi* (Ephes. 3. 1. et 6. 20). Et rursus, *Pro quo etiam vincetus sum in catena* (Act. 28. 20). 8. *Tibi sacrificabo hostiam laudis*. Vide quomodo superius, et inferius, et ubique exsolvit eandem Deo retributionem : superius dicens, *Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo* ; hic, *Tibi sacrificabo hostiam laudis*, hoc est, Gratias agam, Laudabo. *Et nomen Domini invocabo*. Vides quomodo est sacrificium laudis ? 9. *Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus*, 10. *in atrii domus Domini, in medio tui Jerusalem*. Hoc autem faciebat, non ut se ostentaret, nec ut gloriam captaret, sed omnes ad suam invitans imitationem, et volens eos habere socios gratiarum actionis. Quod quidem faciunt omnes sancti, non homines solum, sed etiam omnem creaturam, quando beneficii aliquid acceperint, vocantes ad laudis communionem. Nihil est enim, quod Deus majore studio complectatur, quam esse gratum, non solum in rebus secundis, sed etiam in adversis. Hoc est præcipue hostia, hoc maxima oblatio. Ita Job prædicabatur, ita Paulus, ita Jacob : ita unusquisque justorum, pium suum et gratum in Deum animum maxime in temporum difficultate ostendens. Idipsum nos quoque faciamus, et gratias perpetuo agere perseveremus, ut bona etiam æterna consequamur : quæ detur nobis omnibus consequi, gloria et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## IN PSALMUM CXVI.

1. *Laudate Dominum, omnes gentes, laudate eum omnes populi*. 2. *Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus, et veritas Domini manet in æternum*.

Cuius clarum est, hæc quæ dicta sunt esse prophetiam Ecclesiæ credentium, et prædictionem prædicationis quæ universum orbem terræ occupavit. Neque enim unam, duas aut tres solummodo gentes, sed terram, et universum mare vocat Psalmus. Quod etiam evenit, quando Christi adventus resplenduit. Deinde dicit etiam causam salutis, eos nempe non ex propriis factis, nec ex vita, nec ex fiducia, sed ex sola Dei clementia servatos esse. *Confirmata est enim, inquit, super nos misericordia ejus* : hoc est,

coacta est et coaluit, firmaque ac solida facta est, et petra stabilior. Incrementum enim quotidie escipit. *Et veritas ejus manet in æternum*. Tunc enim veritas maxime resplenduit. Ideo autem sic dixit, quoniam vetera illa erant typus et figura. Hoc ipsum significans quoque evangelista, dicebat : *Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est* (Joan. 1. 17).

## IN PSALMUM CXVII.

1. *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus*.

1. Dictum quidem Psalmi quod consuevit populus succinere (a), hoc est : *Hæc est dies quam fecit Dominus, exsultemus et lætemur in ea* : quod et multos excitat, et hoc maxime solet populus illo spirituali et cælesti festo succinere. Nos autem, si vos vultis, a capite et ab initio totum Psalmum persequamur, non a versu qui succinitur, sed ab ipso exordio expositionem inchoantes. Versum enim Patres nostri, ut qui esset sonorus, et sublime aliquod dogma contineret, populum succinere sanxerunt, quandoquidem totum Psalmum ignorabat, ut vel hinc perfectam doctrinam acciperent. Nobis autem necesse est eum totum persequi, etsi quæ sunt in medio ejus, maximam habeant prophetiam. Hic enim dictum est : *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli* (v. 22). Quod quidem Christus quoque dixit Judæis (Matth. 21. 42), paulo quidem obscurius (adhuc enim ira fervebant, ipse autem eam nolebat accendere : *Calamum enim contritum non confringet, et linum funigans non extinguet* [Isai. 42. 3]), dixit tamen. Aggrediamur ergo Psalmum ab ipso proœmio, sicuti jam diximus. Quod est ergo proœmium ? *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus*. Nam cum mente agitasset propheta orbis terræ beneficium, et perennem benignitatem ac clementiam quam in omnibus ostendit Dominus, vocat simul omnes ad agendas gratias, maximo capite bonorum ejus in medio posito. 2. *Dicit nunc donus Israel, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus*. Quid dicitis ? *Domus Israel*, quæ captivitates perpessa est innumerabiles, quæ in Ægypto servivit, quæ in orbis terrarum extrema abducta est, quæ in Palæstina mille toleravit afflictiones ? Certe, inquit. Ii enim sunt ejus bonorum optimi testes, majoraque et ampliora acceperunt quam alii. Quinetiam hoc ipsum quod passi sunt, est argumentum magni beneficii. Si quis autem diligenter examinaverit, etiam pro Christi adventu consentaneum est eos maximas agere gratias. Etsi enim adversa passi sunt, id tamen non ab eo qui venit, sed ab eorum improbitate profectum est. Ipse enim ad eos veniebat, et frequenter dicebat : *Non missus sum nisi ad oves quæ perierunt domus Israel* (Matth. 15. 24) ; et discipulis : *In viam*

(a) Quid sit. *psalmum succinere* (ὀκράλλειν), diximus supra in Monito ad Psal. 11. Igitur hic versus, *hæc est dies*, etc., erit responsum, quod post singulos hujus Psalmi versus repetebatur.

λέγη· Ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς ἀγάπης· καὶ, Ἥτις ἐστὶ σύνδεσμος τῆς τελειότητος. Ἔστι καὶ ἀπεναντίας τούτου σύνδεσμος, ὡς ὅταν λέγη· Σειραῖς τῶν ἀμαρτιῶν αὐτοῦ ἕκαστος σφίγγεται. Τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς αἰνιττόμενος, Ἀβραὰμ θυγατέρα οὖσαν, ἔλεγε, ταύτην οὕτως ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ δεδεμένην οὐκ ἔδει λυθῆναι; Καὶ ὁ Ἡσαίας περὶ τοῦ Χριστοῦ, Δέδωκά σε εἰς διαθήκην ἐθνῶν, λέγοντα τοῖς ἐν δεσμοῖς, Ἐξέλθετε. Τούτους τοίνυν διέβρῃξε τοὺς δεσμοὺς, οὐκ ἔλυσε· πλέον γὰρ τούτου ἔκεινο. Εἰ δέ τις καὶ κατὰ ἀναγωγὴν βούλοιο ἐκλαβεῖν, τοὺς τῶν ἀμαρτιῶν δεσμοὺς τούτους λέγων, οὐχ ἀμαρτήσεται τοῦ προσήκοντος, καὶ πάντα τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον. Ἔστι καὶ ἕτερος δεσμὸς κάλλιστος, ὃν αἰεὶ ὁ Παῦλος περιφέρων ἔλεγε· Παῦλος δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ πάλιν, Ὑπερ οὐ καὶ δέδεμαι ἐν ἀλύσει. Σοὶ θύσω θυσίαν αἰνέσεως. Ὅρα πῶς ἄνω, καὶ κάτω, καὶ πανταχοῦ ταύτην τίθησι· τὴν ἀντίδοσιν τῷ Θεῷ· ἄνω λέγων, [316] Ποτήριον σωτηρίου λήψομαι, καὶ τὸ ὄνομα Κυρίου ἐπικαλέσομαι· ἐνταῦθα, Σοὶ οὕτω θυσίαν αἰνέσεως, τουτέστιν, Εὐχαριστίας, ὑμνήσω. Καὶ ἐν ὀνόματι Κυρίου ἐπικαλέσομαι. Εἶδες πῶς ἐστὶ θυσία αἰνέσεως; Τὰς εὐχὰς μου τῷ Κυρίῳ ἀποδώσω ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ἐν αὐλαῖς οἴκου Κυρίου, ἐν μέσῳ σου, Ἱερουσαλήμ. Τοῦτο δὲ ἐποίει, οὐκ ἐπίδειξιν ποιούμενος, οὐδὲ πρὸς φιλοτιμίαν βλέπων, ἀλλὰ πάντας εἰς τὸν οἶκον ἔγων ζῆλον, καὶ κοινωνοὺς λαβεῖν τῆς εὐχαριστίας βουλάμενος. Ὁ δὲ πάντες οἱ ἅγιοι ποιοῦσιν, οὐ τοὺς ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν κτίσιν αὐτὴν ἅπασαν, ἦνικα ἂν τι πάθῃσι χρῆσθον, πρὸς τὴν κοινωνίαν τῆς εὐφημίας καλοῦντες. Οὐδὲν γὰρ οὕτω τῷ Θεῷ περισπούδαστον, ὡς τὸ εὐχαριστῶσαι εἶναι, καὶ μὴ μόνον ἐν ταῖς ἡμεραιῖς, ἀλλὰ καὶ τῶν πραγμάτων ἐναντίας διακειμένων<sup>b</sup>. Τοῦτο μάλιστα θυσία· τοῦτο μέγιστη προσφορά. Οὕτως ὁ Ἰὼβ ἀνεκηρύττετο, οὕτως ὁ Παῦλος, οὕτως ὁ Ἰακώβ· οὕτως ἕκαστος τῶν δικαίων τὴν εὐγνωμοσύνην αὐτοῦ, καὶ τὴν εἰς Θεὸν εὐχαριστίαν ἐν τῇ δυσκολίᾳ τῶν καιρῶν μάλιστα ἐπιδεικνύμενος. Τοῦτο δὲ καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν, καὶ διαπαντὸς μένωμεν εὐχαριστοῦντες, ἵνα καὶ τῶν αἰώνων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν<sup>c</sup>, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

#### Εἰς τὸν Ριζ' Ψαλμον.

*Αἰνεῖτε τὸν Κύριον. πάντα τὰ ἔθνη· ἐπαινεσατε αὐτὸν, πάντες οἱ λαοί.* Ὅτι ἐκραυγῆται τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἡ ἀλήθεια τοῦ Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

α'. Παντί που δήλον, ὅτι προφητεία ἐστὶ τῆς Ἐκκλησίας τῶν πιστευόντων τὰ εἰρημένα, καὶ τοῦ κηρύγματος προαναφώνησις τοῦ τὴν οἰκουμένην κατελιγφότος ἄπασαν. Οὐ γὰρ ἐν καὶ δύο καὶ τρία μόνον<sup>d</sup> ἔθνη, ἀλλὰ γῆν καὶ θάλασσαν ἅπασαν ὁ ψαλμὸς καλεῖ. Ὅπερ δὴ γέγονεν, ὅτε ἡ τοῦ Χριστοῦ παρουσία ἐπέλαμψεν. Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν φησὶ τῆς σωτηρίας, ὅτι οὐκ ἐξ οικείων κατορθωμάτων, οὔτε ἀπὸ βίου καὶ παρήσσιας, ἀλλ' ἀπὸ φιλανθρωπίας μόνης ἐσώθησαν. Ἐκραυγῆται γὰρ, φησὶ, τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς·

<sup>a</sup> Savil. μετατίθει· sed τίθησι melius videtur. In edit. Morel. positima pars versus, καὶ τὸ ὄνομα, etc., deerrat.

<sup>b</sup> Savil. ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς τῶν πραγμάτων ἐναντίας διαγωγῆς· Infra Reg. οὕτως ὁ Ἰακώβος.

<sup>c</sup> Savil. ἀπολαύσαι.

<sup>d</sup> In Savil. μόνον deest. Mox idem ὅπερ δὴ τότε γέγονεν. Paulo post idem τὴν αἰτίαν λέγει.

τούτέστιν, ἐπάγη, ἰσχυρὸν γέγονε, πέτρας στερρότερον. Καὶ γὰρ καθ' ἑκάστην ἐπιβιδῶσι τὴν ἡμέραν. Καὶ ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Τότε γὰρ μάλιστα τὰ τῆς ἀληθείας ἐλαμψε. Διὸ καὶ οὕτως εἶπεν, ἐπειδὴ τὰ τῆς Παλαιᾶς τύπος ἦν καὶ σκιά. Τοῦτο καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς δηλῶν ἔλεγεν· Ὁ νόμος διὰ Μωυσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο.

#### [317] Εἰς τὸν Ριζ' Ψαλμον.

*Ἐξομολογήσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι ἀγαθός, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.*

α'. Ἦ μὲν ῥῆσις τοῦ ψαλμοῦ, ἦν ὑποβάλλειν ὁ λαὸς εἴθε, τοιαύτη τις ἐστίν· Ἀυτὴ ἐστίν ἡ ἡμέρα, ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος· ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθώμεν ἐν αὐτῇ· καὶ πολλοὺς διανίστησι, καὶ κατὰ τὴν πανήγυριν ἐκείνην τὴν πνευματικὴν καὶ κατὰ τὴν οὐράνιον ἑορτὴν μάλιστα τοῦτο ὑπηρεῖν ὁ λαὸς εἴθε. Ἥμεῖς δὲ, εἰ βούλεσθε, ἀνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ἅπαντα ἐπέλωμεν τὸν ψαλμὸν, οὐκ ἀπὸ τοῦ στίχου τῆς ὑπηρεσίας, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ τοῦ προοιμίου τὴν ἐξήγησιν ποιούμενοι. Τὸν μὲν γὰρ στίχον οἱ Πατέρες, ἅτε ἔχον ὄντα<sup>a</sup> καὶ τι ὑψηλὸν ἔχοντα δόγμα, τὸ πλῆθος ὑπηρεῖν ἐνομοθέτησαν, ἐπειδὴ τὸν ἅπαντα ἠγνόνον ψαλμὸν, ἵνα καὶ ἐντεῦθεν ἀπηρτισμένην λάβωσι διδασκαλίαν. Ἥμᾶς δὲ ἅπαντα αὐτὸν ἐπελεῖν ἀνάγκη, εἰ καὶ τὰ μέσα αὐτοῦ πολλὴν ἔχει τὴν προφητείαν. Ἐνταῦθα γὰρ εἰρηται· *Λίθοι, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας.* Ὅπερ καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγε τοῖς Ἰουδαίοις, αἰνιγματωδέστερον μὲν (ἐτι γὰρ ἔξενον τῷ θυμῷ, καὶ οὐκ ἐβούλετο αὐτὸν ἀνάψαι· *Κάλαμον γὰρ συντετριμμένον· οὐ κατεδάξει, καὶ λίθον τυφόμενον οὐ σβέσει*), εἶπε δ' οὖν ὁμοως. Ἄλλ' ἀπὸ τῶν προοιμίων ἡμεῖς ἀψώμεθα τοῦ ψαλμοῦ, καθάπερ ἐφθήμεν εἰπόντες. Τί τοίνυν ἐστὶ τὸ προοίμιον; Ἐξομολογήσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι ἀγαθός, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Ἐνοήσας γὰρ<sup>b</sup> τὴν εὐεργεσίαν τῆς οἰκουμένης ὁ Προφήτης, καὶ τὴν φιλανθρωπίαν τὴν διαρκῆ, ἦν διὰ πάντων ἐπεδείξατο, πάντας εἰς τὴν κοινωνίαν τῆς εὐχαριστίας καλεῖ, τὸ μέγιστον κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ προσθεῖς εἰς μέσον. *Εἰπάτω δὴ οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι ἀγαθός, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.* Τί λέγει; *Οἶκος Ἰσραὴλ, ὁ μυρία αἰμαλώστας ὑπαμείνας, ὁ ἐν Αἰγύπτῳ δουλεύσας, ὁ πρὸς τὰς ἔσχατις τῆς οἰκουμένης ἀπαχθεῖς, ὁ ἐν Παλαιστίνῃ μυρία ταιλαιπωρήσας<sup>c</sup>; Ναί, φησὶν.* Οὗτοι γὰρ μάλιστα μάρτυρές εἰσι τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ, καὶ πλειόνων ἀπήλασαν, ἢ ἕτεροι. Καὶ αὐτὸ δὲ ταῦτο, ὅπερ ἔπαθον, πολλῆς εὐεργεσίας τεκμήριον. Εἰ δὲ τίς ἀκριβῶς ἐξετάσειε, καὶ ὑπὲρ τῆς παρουσίας αὐτῆς τοῦ Χριστοῦ μάλιστα αὐτοὺς εὐχαριστεῖν δεῖ. Εἰ γὰρ καὶ τὰ ἐναντία ὑπέμειναν, ἀλλ' οὐ παρὰ τὸν παραγεγνημένον, ἀλλὰ παρὰ τὴν οικείαν ἀγνωμοσύνην. Αὐτὸς μὲν γὰρ πρὸς αὐτοὺς ἀφικνεῖτο, καὶ<sup>d</sup> συνεχῶς ἔλεγεν· *Οὐκ ἀπεστάλην, εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραὴλ· καὶ τοὺς μαθηταῖς· Εἰς δὲ τὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε· πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς*

<sup>a</sup> Sic Savil. In Morel. ὄντα deest.

<sup>b</sup> Reg. τεθλασμένον. Morel. συντετριμμένον, et ita legisse videtur interpret, nec mutare ausim.

<sup>c</sup> Ἦ γὰρ deest in Savil. Ibid. Savil. καὶ τὴν φιλανθρωπίαν ἦν διὰ πάντων ἐπεδείξατο ὁ δεσπότης, πάντας.

<sup>d</sup> Savil. ταιλαιπωρήσας. Mox idem καὶ πλεόν οὗτοι τούτων ἀπέλασαν.

<sup>e</sup> Savil. διὸ καί. Ibid. Savil. ἀπεστάλην· Morel. ἀπεστειλάμην· Reg. ἦλθον. Infra Savil. εἰς τὰ πρόβατα.



τὰ πρόβατα τῆ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραὴλ· καὶ πρὸς τὴν Χαναανίαν· [318] Οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ δοῦναι αὐτὸν τοῖς κυναρίοις. Καὶ γὰρ πάντα ἐπείκει καὶ ἐπραγματεύετο ὑπὲρ τῆς ἐκείνων σωτηρίας. Εἰ δὲ ἀνάξει τῆς εὐεργεσίας ἐφάνησαν, ταῖς ἑαυτῶν λογιζέσθουσιν παρανομίαις, καὶ τῇ τῆς ἀγνωμοσύνης ὑπερβολῇ.

Εἰπάτω δὴ οἶκος Ἀαρῶν, ὅτι ἀγαθός, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Ἐνταῦθα κεχωρισμένως τοὺς ἱερέας εἰς ὑμνωδίαν καλεῖ, δεικνὺς ὅση τίς ἐστὶν ὑπερέχουσα ἡ ἱερουσύνη. Καὶ γὰρ ὅσω μεῖζους ἦσαν οὗτοι τῶν ἄλλων, τοσούτω καὶ πλείονος ἀπῆλκον τῆς τιμῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ, οὐ μόνον κατὰ τὸν τῆς ἱερουσύνης λόγον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰ ἄλλα πάντα. Καὶ γὰρ ἤνικα πῦρ κατηνέχθη, δι' αὐτοὺς κατηνέχθη, καὶ γῆ ἠνολίχθη, καὶ βράβδος ἐβλάστησε, καὶ μυρία ἕτερα γέγονε δι' αὐτούς α, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ αὐτῶν θαύματα. Εἰπάτωσαν δὴ πάντες ὁ φοβούμενος τὸν Θεόν. ὅτι ἀγαθός, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Μάλιστα γὰρ οὗτοί εἰσιν οἱ δυνάμενοι τὴν φιλανθρωπίαν ἰδεῖν τὴν αὐτοῦ, καὶ διὰ πάντων τὴν ἀγαθότητα καταμανθάνειν. Τί δέ ἐστιν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ; Διηλεκτός, φησὶν, οὐ διακοπτόμενος, ἀλλὰ διὰ πάντων λάμπων καὶ διαδεικνύμενος. Εἰ δὲ μὴ πολλοὶ βλέπουσι, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν οἰκείων οὐ βλέπουσι λογισμῶν. Ἐπεὶ καὶ τὴν ἧλιον οἱ τὰς ἔψεις νοσοῦντες διὰ τοῦτο μάλιστα οὐκ ὀρώσιν· ὥσπερ οὐδὲ οἱ ὑγιαίνοντες ἀεὶ δύνανται πρὸς αὐτὸν ἀτενίζειν, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς λαμπρότητος· οὕτως οὐδὲ τοῦ Θεοῦ μαθεῖν δυνατὸν πᾶσαν ἢ μετὰ ἀκριβείας τὴν πρόνοιαν, διὰ τὸ σφόδρα ὑπερβαίνειν τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν τὸ μέγεθος τῆς συνέσεως αὐτοῦ καὶ τῆς σοφίας.

Ἔστι δὲ καὶ πάθη τὰ πολλὰ τοῖς ἀνοήτοις ἐπισκοποῦντα πρὸς τὸ μηδ' ὄλως αὐτὴν ἰδεῖν. Πρῶτον μὲν ὁ τὸ φιλήδονον· διόπερ καὶ τὰ πᾶσι σαφῆ παρατρέχουσι. Μετὰ τούτων δευτέρου ἡ ἀνοία καὶ τὸ δειστραμμένον τῆς γνώμης. Πῶς γὰρ οὐκ ἀτοπον πατέρα μὲν ὀρώντα τύπτοντα παιδίον ἀποδέχεσθαι, καὶ ἐπαινεῖν, καὶ αὐτῇ μάλιστα πατέρα νομίζειν· πρὸς δὲ τὸν Θεόν, εἰ βουληθεῖ δικὴν ἀπαιτῆσαι τῶν πεπραγμένων, δυσχεραίνειν καὶ ἀλύειν; Τί δὲ ὁ τῆς διαστροφῆς ταύτης χεῖρον γένοιτ' ἂν, οἱ καὶ ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις δυσχεραίνουσι, νῦν μὲν ἀλύοντες, ὅτι μὴ ἐπεξέρχεται· νῦν δὲ ἔπι ἐπεξέρχεται; Ὅταν μὲν γὰρ ἴδωσιν ἀρπάζοντας, καὶ πλεονεκτοῦντάς τινας, βούλονται ὁ δίκας αὐτοὺς εἰδοῦναι· ὅταν δὲ ἑαυτοὺς ἀμαρτάνοντας, οὐδ' ὄλως ὅπερ ἐστὶ διεφθαρμένης γνώμης. Τρίτον πρὸς τούτοις, τὸ μηδὲ εἰδέναι αὐτοὺς, τί ποτε καλόν, καὶ τί ποτε κακόν, ἀλλ' ἐσφάθαι περὶ τῆν τῶν πραγμάτων χριστιν, διὰ τὸ φιλοπρόνηρον καὶ πρὸς κακίαν ἐπιβρέπεις. Τέταρτον, τὸ μηδὲ λογιζέσθαι τὰ οἰκεία ἀμαρτήματα. Πέμπτον, τὸ ἄφατον εἶναι καὶ πολὺ τὸ μέσον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. Ἔκτον, τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν Θεόν [319] ἄπαντα ἄπανταχοῦ ἐπιδεικνύσθαι, ὡς ἀρκούντων ἢ καὶ τῶν ἐκ μέρους γινομένων.

β'. Δεῖ τοῖνον ἐν ἅπασιν μὲν μὴ φιλονεικεῖν μανθάνειν

 λος σατᾶν. Paulo post Savil. τὸ γὰρ ἐπειδὴ ἔγνω. Mox alius  
 ἦται, τοῦτο πάλιν ἠθέλησε. Διὸ καί. Sed longe præstat lectio  
 Morel. et Savil., qua significatur Paulum id quod statim  
 noluerat, Deo operante, postea voluisse.  
<sup>e</sup> Duo mss. αὐτῶν καταπόνη, ἀλλ'.

<sup>a</sup> Ζῶντες. Πῶς οὖν πρὸς σὲ ἐλπιοῦσι; φησί· τοῦ πράγμα-  
 τος. Sic quidam mss., quam lectionem in marg. ponit Sa-  
 villius.  
<sup>b</sup> Hæc, τούτεστιν εὐαρεστήσεως, in alio exemplari lecta,  
 in margine refert Savil. euntque vere legenda, ut ex se-  
 quenti dicto arguitur, τοῦ ἀρέσκειντος αὐτῶν.  
<sup>c</sup> Hic quedam deerant in edito, quæ lecta sunt ab in-  
 terprete.  
<sup>d</sup> Unus Blæthn.  
<sup>e</sup> Hæc repetitio, πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν, decet  
 Savil. et Morel. Sed ab interprete lecta est.

ὕμων τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Καὶ πάλιν ὁ Παῦλος· *Δοξάσατε δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν, καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν.* Καὶ ὡσπερ ἐν τῇ πρὸ τούτου *Ελασε, καθ' ἐκαστὴν ἡμέραν εὐλογήσω σε*· οὕτω καὶ ἐν ταῦθα, *Ψαλῶ τῷ Θεῷ μου, φησὶν, ἕως ὑπάρχω.* Εἶτα βουλόμενος πάλιν λαβεῖν κοινωνοὺς τῆς εὐφροσύνης ἀνθρώπων, εἰς τὰ διηγήματα αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας ἐμπίπτει, καίόμενος, θερμαινόμενος τῷ πόνῳ, περιτρέχων τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, ἅπαντας συνάγων εἰς τὸν οἰκεῖον χορὸν. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο μάλιστα αἶνος, τοῦτο μάλιστα δόξα εἰς Θεὸν, ὅταν πολλοὺς ἐπιζητῇ τοὺς μέλλοντας τῆς αὐτοῦ ἀπολαύειν σωτηρίας. *Μὴ πεποιθατε ἐπ' ἄρχοντας, ἐπὶ υἱοὺς ἀνθρώπων, οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία.* Ἐτερος, *Τῷ οὐκ ἔχοντι σώσασαι.* Ἀκουέτωσαν τῆς παραινέσεως ταύτης καὶ συμβουλῆς οἱ πρὸς τὰς ἀνθρωπίνους, κεχρησμένους προστασίας· τὰς ἐπικήρους καὶ διεσθαρμένους. Τί δὲ ἐστίν, *Οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία;* Οὐδὲ τῆς ἰδίας, φησὶ, σωτηρίας εἰσὶ κύριοι, οὐδὲ ἑαυτῶν προστῆναι δύνανται. Εἰ γὰρ ἐπέλθοι ἡ τελευτῆ, κείσονται λίθων ἀφωρότεροι. Τοῦτο γὰρ ἐστὶν ὁ ἐπιφορὴ λέγων· *Ἐξελεύσεται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ἐπιστρέψει εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ.* Ἐρ' ἐκείνη τῇ ἡμέρᾳ ἀπολοῦνται πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτοῦ. Ἐτερος, *Αἱ προθέσεις αὐτοῦ.* Ὁ δὲ λέγει, τοῦτο ἐστίν· Ὁ ἑαυτοῦ προστῆναι μὴ δυνάμενος, πῶς ἐτέρους ἐξαρπάσεται; Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐπισφαλὲς καὶ σαθρὸν, ὡς ἡ τοιαύτη ἐλπὶς. Καὶ δείκνυσσι τῶν πραγμάτων ἡ φύσις. Αἰδὲ καὶ Παῦλος περὶ τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος διαλεγόμενος ἔλεγεν· *Ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ κατασχέγει.*

Ἄλλ' οὐ τὰ ἀνθρώπινα τοιαῦτα, ἀλλὰ σκιᾶς ἀσθελέστερα. Μὴ γὰρ μοι εἴπησ, ὅτι ἄρχων ἐστί. Καὶ γὰρ καὶ ὁ ἄρχων οὐδὲν ἔχει πλὴν τοῦ τυχόντος ἀνθρώπου· τῇ αὐτῇ ἀδελφῇ ὑπόκειται. Εἰ δέ τι χρῆ καὶ θαυμαστὸν εἶπεν, ἐπειδὴ ἄρχων ἐστί, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα οὐ χρῆ θαρρῆσαι. Ἀκροσφαλεῖς γὰρ αἱ τοιαῦται δυναστεῖαι. Κἂν μὴ μεταπέσῃ, πρὸς ὀργὴν ἐστὶν ὀξυρρήτης, καὶ τῇ ἐξουσίᾳ πρὸς ἀγνωμοσύνην ἀποκέρχεται, ἕως οὗ μέλλον ὑπεύθυνος εἶναι τῷ τῆν ὑπόσχεσιν δεξάμενῳ· [477] κἂν εὐγνώμων φανῇ, εὐκολωτέρας ἔξει εἰς μεταπτώσεις τῶν ἰδιωτευόντων, ὅσω καὶ μείζοσι καὶ πλείοσι ἐπιβουλαῖς ὑπόκειται· καὶ μᾶλλον ἐστὶν ὑχείρωτος οὗτος, ὅσω καὶ πλείους ἔχει τοὺς ἐπιβουλεύοντας. Τί γὰρ βούλομαι οἱ σωματοφύλακες; τί δὲ αἱ κολλαὶ προφυλάκας; Πῶς οὖν ὁ ἐν πόλει εὐνομούμενος ἠγῆσθαι περὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ θαρρῶν, ἀλλ' ὡς ἐν μέσοις ἀναστρεφόμενος πολεμίοις, οὕτως ὢν ἐναγώνιος, κέροντος σώσασαι δυνήσεται; Ὁ εἰρήνης οὐσίας τῶν ἐν πολέμοις χαλεπώτερον δεδοικώς, πῶς ἐτέρους ἐν ἀσφαλείᾳ καταστήσει καὶ ἐξαρπάσεται τῶν κινδύνων; Πολυκοῖς δὲ δυναμένοις καθ' ἑαυτοὺς ζῆν μετὰ ἀδίας τοῦτο αὐτὸ γέγονεν ἐπιβουλή, τὴ τοιοῦτοις θαρρῆσαι· καὶ καταπεσόντων ἐκεῖνων καὶ οὕτοι συγκατηνέχθησαν· ἐτέροις δὲ οἱ φύλακες προδοταὶ γεγονῶσιν. Ἄλλ' ὅμως ὁ προφήτης ταῦτα ἅπαντα παραδραμῶν, ἐπειδὴ πολλοὶ διέφυγον, τὸ ἀναφισθῆτητον τίθησι, τὸ τῆς τελευτῆς. Κἂν γὰρ ἅπαντὰ σοι κατὰ ῥοὴν φέρηται, κἂν εὖνους ἦ, κἂν χάριν εἰδῶς, φησὶ, κἂν μέλλῃ ἀποδιδῶναι, ἐν μέσαις ταῖς ὑποσχέσεσι καταλύσας τὸν βίον, ἀπῆλθέ σε ἐν ἐλπίσι κενῶσι, διὰ τὴν ζῶν ἡ ἀρκέ-

<sup>a</sup> Horum verborum loco, τῷ τῆν ὑπόσχεσιν δεξάμενῳ, quam in margine lectionem notat Savil., nempe τῷ τῆν ἔργῳ οὖν ἐδέξατο, manifesto mendo, ubi legendum videtur, τῶν ὧν τὴν ἀρχὴν ἐδέξατο, quam secutus esse lectionem notatur Gentianus Hervetus. Videtur quae ad textum Lat. *Kata suil.*

σαι πρὸς τὸ τῆς ὑποσχέσεως τέλος. Ὅταν δὲ μὴδὲ ζῶν ἄρκουσαν ἔχη πρὸς τὴν ὑπόσχεσιν, ἀλλὰ προκαταλύηται τοῦ τέλους ὁ βίος, ἐπὶ σαθρὰν καταφύγει συμμάχων. Ἡ οὐκ ἴστε πολλοὺς τοῦτο πεπονθέντας, καὶ τοῦ συμμάχου πεσόντος, τοῦ προστάτου γυμνωθέντας, ἐντεῦθεν μᾶλλον κατενεχθέντας; Καὶ τί λέγω περὶ τῆς ἐπαγγελίας, ὅτι διαχέεται καὶ ἀπολλύεται, ὅταν καὶ ὁ ταύτης κύριος ὢν μὴδὲ αὐτὸς μένη; Ἐπιστρέφει γὰρ, φησὶν, εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ. Εἰ δὲ ἐκεῖνος ἀπόλωλε, πολλῷ μᾶλλον καὶ ταῦτα. Αἰδὲ καὶ ἐπήγαγε τὸ, *Ἐρ' ἐκείνη τῇ ἡμέρᾳ ἀπολοῦνται πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτοῦ*· δείκνυς ὅτι οὐ μόνον εἰς τέλος οὐχ ἤξει τὰ τῆς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς οὐκ ὀλήσεται· ὁ ἐπαγγελλόμενος. Τί οὖν ἐνεῦθεν ποιεῖ; Ἐπει τῶν ἀνθρωπίνων ἀπήγαγεν ἐλπίδων, δείκνυσσι λοιπὸν τὸν ἀσφαλῆ λιμένα καὶ τὸν ἀχείρωτον πύργον, καὶ συμβουλεύει. Οὗτος γὰρ μάλιστα παραινέσεως ἀριστος τρόπος, ἀπάγειν τῶν σαθρῶν, καὶ ἐνάγειν πρὸς τὰ ἰσχυρά· καθαιρεῖν τὰ μάταια, καὶ ἰσθῆναι τὰ ἀληθινά· διελέγγειν τὰ ἀπατῶντα, καὶ δείκνυσι τὰ ὠφελούνα. Μακάριος, οὗ ὁ Θεὸς Ἰακώβ βοηθὸς αὐτοῦ, ἡ ἐλπίς αὐτοῦ ἡ Κύριον τὸν Θεὸν αὐτοῦ. Εἶδες περιουσίαν συμβουλῆς καὶ παραινέσεως; Ὅταν δὲ ἡ μακαριζομένη εἴπη, πάντα λέγει τὰ ἀγαθὰ, καὶ δείκνυσσι τὴν ἀσφάλειαν τῆς ἐλπίδος. Μακαρίσας τοῖνον τὸν ἐλπίζοντα ἐπ' αὐτὸν, λέγει λοιπὸν τοῦ βοηθοῦ τὴν δύναμιν, δείκνυς ὅτι ὁ μὲν ἀνθρώπος, ὁ δὲ Θεὸς· ὁ μὲν ἀπολλύμενος, ὁ δὲ μένων· οὐκ αὐτὸς δὲ μένων μόνος, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Αἰδὲ καὶ οὕτως ἐπήγαγε· *Τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς.*

β'. [478] Εἰ δὲ τὰ ἔργα αὐτοῦ διαρκῆ, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς καὶ διαρκῆς καὶ δυνατός· καὶ ὅτι τοιοῦτος, δείκνυσσι αὐτοῦ τὰ γενόμενα τὴν ἰσχύ. Τί οὖν, εἰ καὶ διαρκῆς ἐστὶ καὶ δυνατός, οὐ βούλεται δέ; Πολλοὶ γὰρ τῶν ἀνοήτων ταῦτα λέγουσιν. Ἄλλ' ὅρα πῶς καὶ ταύτην ἀναίρει τὴν ὑπόνοιαν. Εἰπὼν γὰρ, *Τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ἐπήγαγε· Τὸν φυλάσσοντα ἀληθειᾶν εἰς τὸν αἰῶνα, ποιῶντα κρίμα τοῖς ἀδικουμένοις.* Ὁ δὲ λέγει, τοῦτο ἐστὶ· Τοῦτο αὐτοῦ ἐστὶν ἔργον, τοῦτο σύνθηδες, τοῦτο μάλιστα Θεοῦ ἴδιον, τὸ μὴ περιορᾶν ἀδικουμένους, τὸ μὴ παρατρέχειν ἐπιπρασσομένους, τὸ χεῖρα ὀρέγειν τοῖς ἐπιβουλεύουσιν· καὶ τοῦτο εἰς τὸ διηνεκές. Αἰδὲ καὶ ἐφησεν, *Εἰς τὸν αἰῶνα*, τοῦτο δηλῶν· οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐξῆς ἔχόμενον· *Διδόντα τροφήν τοῖς πειρωσιν.* Κύριος λύει πεπεδημένους, Κύριος σοφοὶ τυφλοῦς. Ἄλλος, *Φωτίζει.* Κύριος ἀνορθοὶ καταβρυγμένους. Κύριος ἀγαπᾷ δικαίους. Κύριος φυλάσσει τοὺς προσηλύτους· ὄφρα τὸν καὶ χεῖρα ἀναλήψεται, καὶ ὁδὸν ἀμαρτωλῶν ἀφανίσῃ. Εἶδες πῶς διὰ πάντων δείκνυσσι αὐτοῦ τὴν πρόνοιαν τεταμένην, καὶ ὅτι τοῦτο ἔργον αὐτοῦ, λύειν συμφορὰς, λιμῶν διορθοῦσθαι, δεσμῶν ἐλευθεροῦν. Ἄλλὰ ταῦτα μὲν ἐκ μέρους καὶ ἀνθρωποὶ δύνανται· τὰ δὲ ἐξῆς οὐκέτι. Καὶ γὰρ τῆς φύσεως αὐτῆς τὴν πῆρσιν διορθοῦται, τοὺς πεπτωκότας ἀνίστα, φησὶ, τοὺς ἐν

<sup>b</sup> Unus ἀλλὰ καὶ σὺν αὐτοῖς οὐκ ὀλήσεται.

<sup>c</sup> In tribus mss. hic omnia turbantur et invertuntur.

<sup>d</sup> Unus ὅταν γάρ.

*dicam tibi* : ita hic etiam, *Psallam Deo meo quamdiu iuero* (*Psal. 144. 2*). Deinde cum vellet rursus habere homines ejus laudis socios, incidit in narrationem ejus benignitatis et clementiæ, desiderio incensum et inflammatus, universum orbem terræ percurrens, omnes homines in suum chorum cogens. Hoc est enim maxima laus, maxima Dei gloria, quando multos requirit futuros ejus salutis participes. 3. *Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus*. Alius (a), *Ei qui non potest servare*. Audiant hoc consilium et hanc admonitionem, qui suspiciunt humana subsidia fluxa et caduca. Quid est autem, *In quibus non est salus*? Ne propria quidem salus est in eorum potestate, nec se possunt defendere. Si enim mors advenerit, jacebunt magis muti quam lapides. Hoc enim est quod infert dicens : *Exibit spiritus ejus, et revertetur in terram suam. In illa die peribunt omnes cogitationes ejus*. Alius, *Proposita ejus* (b). Quod autem dicit est ejusmodi : Qui seipsum non potest defendere, quomodo eripiet alios? Nihil est enim æque infirmum et imbecillum, ut ea spes. Id autem ostendit ipsa rerum natura. Et ideo Paulus de spe in Deum disserens dicebat : *Spes autem non confundit* (*Rom. 5. 5*).

*Principum conditio eadem quæ plebeiorum*. — At non ita se habent res humanæ; sed sunt umbra imbecilliores. Ne mihi enim dixeris, Est princeps. Princeps enim non est quolibet homine plebeio superior : est enim perinde incertæ conditionis. Atque adeo si quid dicendum est admirabile, propter hoc ipsum maxime non est fidendum, quod sit princeps. Sunt enim summo opere lubrici et periculosi hi principatus. Etsi nullus ei casus accidat, est ad iram proclivis, et potestate ad nequitiam abutitur, ut rationem non redditurus ei qui promissionem accepit<sup>1</sup> : et si probus gratusque fuerit, eo facilius esse poterit ejus casus quam privatorum, quo est pluribus et majoribus insidiis obnoxius : et eo facilius capi et expugnari poterit, quo plures habet insidiatores. Quid enim sibi volunt corporis custodes? quid vero multa præsidia? Quomodo ergo, qui in civitate, quæ bonis legibus et institutis regitur, non est de corpore securus, sed in ea versatur tamquam in mediis hostibus, cui tot ostenduntur certamina et pericula, alios servare poterit? Qui cum sit pax, gravius timet, quam ii qui in bello versantur, quomodo poterit alios in tuto collocare, et liberare a periculis? Multis certe, qui poterant per se secure vivere, hoc exitii causa fuit, quod talibus considerint; et cum illi cecidissent, hi quoque

<sup>1</sup> Savilius in margine textus Græci lectionem diversam emittit, quam Gentianus Hervetus sic convertit, *ut rationem non redditurus eorum quæ accepit ab initio*. Sed licet hæc lectio quadret ad seriem, quia ex conjectura tantum restituitur, non debet in textum induci, cum maxime ea, quæ in exemplaribus fertur, possit aliquo saltem modo explicari. Nam illud, *ut rationem non redditurus ei qui promissionem accepit*, hic dicitur de principibus, qui ad iram proclives, potestate ad nequitiam abutuntur, quasi rationem non redditori iis, qui promissionem acceperunt; id quod supponit, principes quando imperium adierunt, promississe subditis se ex æquo et bono imperium moderaturos.

(a) Quis sit hic interpretis ignoratur.

(b) Gr. αὐτῶν ἡ ἀπορία. Quis ita verterit prorsus ignoramus.

una sunt deturbati : aliis autem custodes fuere proditores. His tamen omnibus prætermisissis, quoniam multi evaserunt, id ponit propheta de quo dubitari non potest, nempe mortem. Etsi enim omnia tibi recte successerint, etsi sit, inquit, benevolus, gratoque animo, et sit gratiam relaturus, vita in mediis promissis finita, te in vana spe dimisit, quod vita ad exsequendum promissum non suffecerit. Quando ergo nec vita quidem ei sufficit ad implendum promissum, sed ante eventum vita ejus interrumpitur, ad imbecillum et invalidum confugis auxilium. An nescitis hoc multis accidisse, et cum cecidisset adjutor, defensore nudatos, ex eo fuisse magis dejectos? Quamquam quid dico eorum promissa evanescere et interire, cum ne ipse quidem eorum dominus et auctor maneat? *Revertetur enim*, inquit, *in terram suam*. Si ille autem perit, multo magis hæc quoque. Et ideo subjunxit : *Peribunt in die illa omnes cogitationes ejus* : ostendens non solum promissa non esse effectum sortitura, sed eum etiam qui promittit periturum. Quid ergo deinceps facit? Postquam a spe humana abduxit, ostendit deinceps tutum portum, et arcem inexpugnabilem, et consulit. Hic est enim optimus modus suasionis, abducere ab imbecillis, et ad valida deducere; quæ vana sunt destruere, et quæ vera, stabilire : refellere quæ decipiunt, et quæ jurant ostendere. 5. *Beatus, cujus Deus Jacob adjutor ejus, spes ejus in Domino Deo ipsius*. Vidisti copiam consilii et adhortationis? Quando autem dicit beatitudinem, dicit omnia bona, et ostendit spei securitatem. Postquam ergo beatum dixit eum qui sperat in ipsum, dicit deinceps potentiam adjutoris, ostendens illum quidem esse hominem, hunc vero Deum : illum interire, hunc permanere : non cum autem solum, sed etiam ejus opera. Et ideo sic subjunxit : 6. *Qui fecit cælum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt*.

2. Quod si ejus sunt opera perennia, multo magis ipse est et perennis et potens. Quod talis sit, ostendunt ea quæ ab eo facta sunt ejus vires. Quid tum autem si est et perennis, et potens; non vult autem? Multi enim stulti hæc dicunt. Sed vide quomodo hanc quoque aufert suspicionem. Cum enim dixisset, *Qui fecit cælum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt*, subjunxit : 7. *Qui custodit veritatem in sæculum, facit judicium injuriam patientibus*. Quod autem dicit, est ejusmodi : Hoc est ejus munus, hoc est ei familiare, hoc est maxime Dei proprium, non despiciere eos quibus fit injuria, non eos contemptim præterire, qui aut probri aut damni aliquid accipiunt : manum præbere iis quibus tenduntur insidiæ : idque in perpetuum. Et ideo dixit, *In sæculum*, hoc significans : non hoc autem solum, sed id etiam quod deinceps sequitur, *Qui dat escam esurientibus*. 7. *Dominus solvit compeditos*, 8. *Dominus sapientes facit cæcos*, Alius, *Illuminat* (a). *Dominus erigit elisos*. *Dominus diligit justos*. 9. *Dominus custodit advenas; pupillum et viduam suscipiet, et viam peccatorum disperdet*. Vidisti

(a) Quis sit hic interpretis non dicitur, illum vero æquum sunt Hieronymus et Vulgata, qui habent, *illuminat*.

quomodo ostenderit ejus providentiam esse per omnia extensam, et ejus esse partes, expedire a calamitatibus, fami afferre remedium, liberare e vinculis. Sed hæc quidem possunt etiam aliqua ex parte homines : quæ autem deinceps sequuntur, non itidem. Quod enim in natura est mancum, corrigit : erigit lapsos, eos qui virtute clari sunt, laudat : eos qui patrocínio carent, servat, et eos qui orbitatem ac viduitatem ægre ferunt, consolatur et recreat. Deinde quoniam dixit, *Diligit justos*, ostendit eum multis opem tulisse propter solam calamitatem. Quos enim nutrit, nutrit eo quod esuriant, quod quidem non est virtutis : et eos qui vincti sunt, absolvit propter vincula ; sed neque hoc est virtutis, sed calamitatis. Quinetiam illuminat cæcos propter cæcitatem : neque vero recte factorum est hoc, verum calamitatis. Ita etiam elisum esse, advenam, pupillum, et viduam. Quod si eos adjuvat, qui sunt in calamitatibus : multo magis eos qui student virtuti. Cum ergo et possit et velit, et sint apud Deum omnia perpetua, ac virtutem suscipiat misereaturque propter calamitates : cur non diuinitis eum qui perit, eum qui est imbecillus, qui est interitui et mortí obnoxius, et confugis ad eum qui est fortis et inexpugnabilis, qui non exprobrat calamitates, sed eis affert remedium, qui omnia quæ vult potest ? Considera autem extremum quam accurate dixerit. Non dixit enim, *Disperdet peccatores*, sed *viam ipsorum*, hoc est, eorum actionem. Non enim aversatur naturam, sed odio habet vitium. *Regnabit Dominus in sæcula, Deus tuus, Sion, in generationem et generationem*. Quod autem regnet perpetuo, et in æternum permaneat, minime est dubitandum : sed et si hic non dederit remunerationem, eam servat ad majora. Ne ergo conturbemur in tentationibus, si non e vestigio sequatur solutio : sed Domino permittamus tempus solutionis : nec si quid boni fecerimus, statim petamus remunerationem ; sed ejus voluntatem rursus itidem expectemus : quando enim differt, remuneratur uberius et plenius ; et in omnibus gratias agamus, et eum laudare pergamus. Ita enim et præsentem vitam agemus securissime, et consequemur bona ineffabilia, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium cum principii experte ejus Patre et vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

#### IN PSALMUM CXLVI.

##### 1. *Laudate Dominum, quoniam bonus est Psalmus.*

1. Superius quidem in centesimo quadragesimo quarto Psalmo dixit, *Magnus Dominus et laudabilis valde* ( v. 3 ), et multa illic de gloria disseruit : hic autem ostendit ipsum etiam laudare bonum esse, et psalmum esse causam honorum innumerabilium. Mentem enim a terra abducit, animumque erigit et in altum evehit, levesque et sublimes efficit. Et ideo dicit Paulus, *Canentes et psallentes in cordibus vestris Domino. Deo nostro jucunda sit laudatio* ( *Ephes.* 5. 19 ).

Alius, *Alteliaa, quoniam bonum est canticum Deo* ( a ). Quid est, *Deo nostro jucunda sit laudatio* ? Sit, inquit, accepta. Non satis est enim tantomodo canere, ut sit Deo jucunda laudatio, sed opus est et vita, et precatione, et accurata attentione canentis. Mihi autem videtur hic Psalmus esse reversionis. Ostendit autem id per hoc quod subjungit, dicens : 2. *Ædificans Jerusalem Dominus; dispersiones Israel congregabit*. Etsi enim eos dimisit Cyrus, non ex illius sententia sed ex Dei ope totum hoc profectum est. Alias autem interpretes, pro eo quod est, *Ædificans*, dixit, *Ædificabit; Dispersiones vero, Expulsos* ( b ). Quanam de causa ? Quoniam non omnes simul reducti sunt, sed post reversionem paulatim coacti sunt.

*Afflictos consolari Dei proprium*. — 3. *Qui sanat contritos corde et alligat contritiones eorum*. Alius, *Confracta ipsorum* ( c ). Cum non haberet ex vita sua fiduciam, adducit rursus calamitatem, et Dei consuetudinem. Est enim ejus munus, et hoc ejus proprium, eos qui sunt dejecti et afflicti, consolari : quemadmodum quando dicit Paulus, *Qui vivificat mortuos* : et rursus, *Qui vocat quæ non sunt, tanquam quæ sunt* ( *Rom.* 4. 17 ), dicens proprium ejus munus : ita hic etiam, *Qui sanat contritos corde*, dicit, ostendens, etiamsi indigni simus, quoniam opus ejus sumus, eum facturam suam non relicturam, a sua consuetudine non recessuram. Ita etiam Paulus, *Sed qui consolatur humiles, nos consolatus est* ( 2. *Cor.* 7. 6 ). Et rursus, *Qui dat iis, qui sunt paulo animo, patientiam* ( *Isai.* 57. 15 ). Quinetiam hic ipse quoque propheta alibi, *Cor contritum et humiliatum Deus non despiciet* ( *Psal.* 50. 19 ). Quando volueris consolationem assequi, redde te ipsum humilem, animum tuum contere. Hoc ergo dixit de ejus voluntate, benignitate, et clementia ; ejus scilicet esse munus, illos consolari qui sunt in calamitatibus : quod autem sequitur, de potentia. 4. *Qui numerat multitudinem stellarum* : hoc est, qui novit. Quoniam enim agebatur de dispersa multitudine, et quæ tunc nusquam apparerat, jure hoc exemplum in medium adduxit, per hoc ostendens eum posse vel dispersos cogere. Contritos enim solet erigere et consolari, et innumerabilem astrorum multitudinem novit apprimere. Ergo nos quoque, quos pollicitus est eis futuras æquales, plenissime reducet. *Et omnibus eis nomina vocans*. Alius, *Omnibus nomina vocans*. Alius, *Omnes eos nominatim vocabit* ( d ). Existimo hoc dictum esse de Israelitis, et idem dicere prophetam, quod *Isaias* quoque postea : *Ne timeas, Israel, ex speculis terræ vocavi te, et dixi, Filius meus es* ( *Isai.* 41. 9 ). Quid est, *Omnes eos nominatim vocabit* ? Nullus, inquit, eorum peribit, sed quemadmodum qui nominatim vocant, ita etiam ipse omnes perfecte reducet. 5.

( a ) Hæc interpretatio est Symmachi. Vide in Hexaplis nostris.

( b ) Hæc item interpretatio Symmachi est.

( c ) *Confracta eorum*, videtur esse lectio quinta vel sexta : nam עֲבָרָה vertit alibi Aquila, *labor* ( διακόνησις ).

( d ) Qui sint hi duo interpretes noscimus



ἀρετῇ λάμποντας ἐπαινεῖ. τοὺς ἀπροστατετούτους σώζει, τοὺς δὲ ὄρφανῶν ἢ χηρείων δυσχεραίνοντας καὶ ἔδυνωμένους παραμυθεῖται καὶ ἀνακατᾶται. Εἶτα ἐπειδὴ εἶπεν, Ἀγαπᾷ δικαίους, δείκνυσιν ὅτι πολλοὶς καὶ ἀπὸ συμφορᾶς μόνῃς ἐπήρκεσε<sup>a</sup>. Καὶ γὰρ οὗς διατρέφει, διὰ τὸ πεινῆν τρέφει, ὅπερ οὐκ ἔστιν ἀρετῆς· καὶ τοὺς πεπεδημένους, διὰ τὰ δεσμά λύει· οὐδὲ αὐτὸ δὲ ἀρετῆς, ἀλλὰ συμφορᾶς· καὶ τοὺς τυφλοὺς δὲ διὰ τὴν πῆρωσιν φωτίζει· οὐδὲ τοῦτο δὲ κατορθώματος, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ συμφορᾶς. Ὁμοίως καὶ τὸ κατερβράχθαι, καὶ τὸ προσήλυτον εἶναι, καὶ ὄρφανὸν, καὶ χήραν. Εἰ δὲ τοὺς ἐν συμφοραῖς, πολλῶ μᾶλλον τοὺς ἀρετῆς ἐπιμελουμένους. Ὅταν οὖν καὶ δύνηται καὶ βούληται, καὶ διαρκῆ τυγχάνῃ τὰ παρ' αὐτῶ πάντα, καὶ ἀρετὴν ἀποδέχεται, καὶ διὰ συμφορὰς ἐλεῖ, τίνος ἔνεκεν οὐκ ἀφίης τὸν ἀπολλύμενον, τὸν ἀσθενῆ, τὸν ἐπικίρρον, καὶ ἐπὶ τὸν ἰσχυρὸν καὶ ἄμαχον καταφεύγει, τὸν οὐκ ὀνειδίζοντα τὰς συμφορὰς, ἀλλὰ διορθούμενον, τὸν πάντα ὅσα βούλεται δυνάμενον; Σκόπει δὲ καὶ τὸ ἔσχατον πῶς μετὰ ἀκριβείας εἴρηκεν. Οὐ γὰρ εἶπε, Ἀμαρτωλοὺς ἀφανιεῖ, ἀλλὰ, Τὴν ὁδὸν αὐτῶν, τουτέστι, τὴν πράξιν αὐτῶν. Οὐ γὰρ τὴν φύσιν ἀποστρέφεται, ἀλλὰ τὴν κακίαν μισεῖ. Βασιλεύσει Κύριος εἰς τὸν αἰῶνα, [479] ὁ Θεὸς σου, Σιών, εἰς γενεάν καὶ γενεάν. Εἰ τοίνυν βασιλεύει διὰ παντός καὶ μένει διὰ παντός, οὐκ ἔστιν ὑποπεύσαι, ἀλλὰ καὶ μὴ ἐνταῦθα ἢ δι' τὴν ἀντίδοσιν, ἐπὶ μείζουσιν αὐτὴν φυλάττει. Μὴ τοίνυν μήτε ἐν πειρασμοῖς θορυβώμεθα καὶ ταραττώμεθα, ἢ μὴ παρὰ πῶδας ἢ λύσεις γέννηται, ἀλλ' αὐτῶ παραχωρῶμεν τὸν καιρὸν τῷ Κυρίῳ τῆς λύσεως· μήτε ἂν ἀγαθὸν τι κατορθώσωμεν, εὐθὺς ἀπαταιώμεν τὰς ἀμοιβὰς, ἀλλὰ καὶ οὕτω πάλιν ἀναμένωμεν τὸ αὐτοῦ βούλημα· μετὰ γὰρ πλειονὸς εἶδος τῆς ἀμοιβῆς, ὅταν ἀναδᾶλληται· καὶ διὰ πάντων εὐχαριστῶμεν, καὶ μένωμεν αἰνούντες. Οὕτω γὰρ καὶ τὸν παρόντα βίον<sup>e</sup> μετὰ πολλῆς βιώσωμεν τῆς ἀδείας, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ καὶ τῷ ζῶσποῦ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

### ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΜΓ΄ ΨΑΛΜΟΝ.

*Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, ὅτι ἀγαθὸν ψαλμὸς.*

α'. Ἀνωτέρω ἐν μὲν τῷ τεσσαρακοστῷ τετάρτῳ καὶ ἑκατοστῷ ψαλμῷ ἔλεγε, Μέγας Κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα, καὶ πολλὰ περὶ τῆς δόξης αὐτοῦ διαλέγεται· ἐνταῦθα δὲ δείκνυσι καὶ αὐτὸ τὸ αἰνεῖν ὅτι καλὸν, καὶ μυρίων ἀγαθῶν αἰτιὸν ὁ ψαλμὸς. Ἀφίστησι γὰρ τὴν διάνοιαν τῆς γῆς, καὶ περὶ τὴν ψυχὴν, κωφίζει καὶ μεταρσίους ποιεῖ. Διὰ καὶ Παῦλος λέγει, Ἄδοκτοι καὶ ψάλλοντες ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν τῷ Κυρίῳ. Τῷ Θεῷ ἡμῶν ἠδυνθείη αἰνεσις. Ἔτερος, Ἀληλοῦσα, ὅτι καλὸν ὡδή τῷ Θεῷ. Τί ἐστι, Τῷ Θεῷ ἡμῶν ἠδυνθείη αἰνεσις; Εὐπρόσδεκτος γένοιτο, φησίν. Οὐ γὰρ ἄρκει τὸ ψάλλειν ἀπλῶς πρὸς τὸ ἠδυνθῆναι τῷ Θεῷ τὴν αἰνεσιν, ἀλλὰ δεῖ καὶ τοῦ βίου καὶ τῆς προσευχῆς καὶ τῆς ἀκριβείας τοῦ ἄδοντος. Δοκεῖ δὲ μοι οὗτος ὁ ψαλμὸς εἶναι τῆς ἐπανόδου. Καὶ δεῖ-

κνυσι διὰ τῆς ἐπαγωγῆς. Ἐπάγει γὰρ λέγων· Οἰκοδομῶν Ἰερουσαλὴμ ὁ Κύριος· τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισυνάξει. Εἰ γὰρ καὶ Κύριος αὐτοῦς ἀφῆκεν, ἀλλ' οὐ τῆς ἐκείνου γνώμης, ἀλλὰ τῆς τοῦ Θεοῦ βουλῆς τὸ πᾶν ἐγένετο. Ἔτερος δὲ ἐρμηνευτής, ἀντὶ τοῦ, Οἰκοδομῶν, Οἰκοδομήσει. Τὰς δὲ διασπορὰς, Τοὺς ἐξώσμενους εἶπε. Τί δὴ ποτε; Ὅτι οὐκ ἄθροον ἀνήχθησαν πάντες, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἐπ' ἀνοδὸν κατὰ μικρὸν συνήγοντο.

Ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τῇ καρδίᾳ, καὶ δεσμεύων τὰ συντερίμματα αὐτῶν. Ἄλλος, Τὴ κατεσπυγμένα αὐτῶν. Ἐπειδὴ τὴν ἀπὸ τοῦ βίου παρβήσιαν οὐκ εἶχεν εἰπεῖν, προβάλλεται πάλιν τὴν συμφορὰν, καὶ τὸ τῷ Θεῷ σύνθηες. Ἔργον γὰρ αὐτῶ, τὸ τοὺς τεταπεινωμένους παρακαλεῖν, καὶ ἴδιον αὐτοῦ τοῦτο· ὡς περ' ὅταν λέγῃ καὶ Παῦλος, Ὁ ζῶσποῦ τὸς νεκρούς· καὶ πάλιν, Ὁ καλῶν τὰ μὴ ὄντα, ὡς ὄντα, τὸ ἴδιον αὐτοῦ λέγων ἔργον· οὕτω δὲ καὶ ἐνταῦθα οὗτος, Ὁ [480] ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους, λέγει, δείκνυσι ὅτι καὶ ἀνάξει ὤμεν, ἐπειδὴ ἔργον αὐτοῦ ἔσμεν, τὴν πράξιν αὐτοῦ οὐκ ἐγκαταλείψει, τὸ εἰωθὸς αὐτῶ οὐκ ἀφήσει. Οὕτω καὶ Παῦλος, Ἄλλ' ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινοὺς, παρεκάλεισεν ἡμᾶς. Καὶ πάλιν· Ὁ διδοὺς τοῖς ἀληγοψύχοις μακροθυμίαν. Καὶ ὁ αὐτῆς οὗτος προφήτης ἀλλαχοῦ, Καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει. Ὅταν τοίνυν βουληθῆς παρακλήσεως ἀπολαῦσαι, ταπεινοῦ σαυτὸν, σύντριψόν σου τὴν διάνοιαν. Τοῦτο μὲν οὖν περὶ τῆς βουλήσεως αὐτοῦ, περὶ τῆς χρηστότητος καὶ τῆς φιλανθρωπίας, ὅτι ἔργον αὐτοῦ τοῦτο, τὸ τοὺς ἐν συμφοραῖς παραμυθεῖσθαι· τὸ δὲ ἐξῆς περὶ τῆς δυνάμεως. Ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἀστρων· τουτέστιν, ὁ εἰδώς. Ἐπειδὴ γὰρ περὶ πλήθους ἦν διασπαρέντος ὁ λόγος καὶ οὐδαμοῦ φαινόμενου τέως, εἰκότως τοῦτο τὸ ὑπόδειγμα· εἰς μέσον ἤγαγε, δείκνυσι διὰ τούτου, ὅτι καὶ τοὺς διασπαρέντους δυνήσεται συναγαγεῖν. Τοὺς τε γὰρ συντετριμμένους ἔθος αὐτῷ διορθοῦν καὶ παραμυθεῖσθαι, τὰ τε ἄπειρα πλήθη τῶν ἀστέρων μετὰ ἀκριβείας ἐπίσταται. Οὐκοῦν καὶ ἡμᾶς, οἷς ἐπηγγεῖλατο κατὰ τὸ πλήθος ἐκείνων ἔσεσθαι, μετὰ ἀκριβείας συνάξει. Καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν. Ἄλλος, Τοῖς πᾶσιν ὀνόματα καλῶν<sup>d</sup>. Ἔτερος, Πάντας αὐτοὺς ὀνομαστί καλέσει. Ἠγοῦμαι τοῦτο περὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν εἰρησθαι, καὶ ταῦτ' οὕτω προφήτην, ὅπερ καὶ Ἡσαίας μετὰ ταῦτα· Μὴ φόβου, Ἰσραὴλ· ἐκ τῶν σκοπιῶν τῆς γῆς ἐκάλείσά σε, καὶ εἰπά σοι· Παῖς μοι εἶ. Τί ἐστι, Πάντας αὐτοὺς ὀνομαστί καλέσει; Οὐδεις αὐτῶν, φησίν, ἀπολείπει, ἀλλ' ὡς περὶ οἱ κατ' ὄνομα καλοῦντες, οὕτω καὶ αὐτὸς μετὰ ἀκριβείας πάντας συνάξει. Μέγας ὁ Κύριος ἡμῶν, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχύς αὐτοῦ. Ἐπειδὴ πρᾶγμα εἶπε μέγιστον, ὅτι τοσαύτας μυριάδας πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης διασπαρείσας ἐπισυνάξει, περὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ λοιπὸν διαλέγεται, καὶ τοὺς σφόδρα θορυβουμένους τῶν Ἰουδαίων εἰς πίστιν ἄγων. Καὶ τῆς σιωπῆσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς. Μὴ ζῆτει τοίνυν πῶς καὶ τίνοι τρόπῳ· καὶ γὰρ ἡ μεγαλωσύνη αὐτοῦ ἄπειρος.

<sup>a</sup> Unus μόνῃς ἐδόθησε.

<sup>b</sup> Unus ἄλλᾳ κἀμὴ πρόσκαιρον ἐνταῦθα, non male.

<sup>c</sup> Savil. καὶ τὸν παρόντα αἰῶνα.

<sup>d</sup> Priorem interpretationem, ἄλλος, Τοῖς πᾶσιν ὀνόματα καλῶν, omisit Savil.

Διὰ τοῦτο ἔλεγε, *Τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας*. Ἄλλ' ὥσπερ ἡ μεγαλωσύνη ἀπειρος, οὕτω καὶ ἡ σύνεσις. Διὰ τοῦτο καὶ εἰπὼν, *Μέγας ὁ Κύριος ἡμῶν*, ἐπήγαγε· *Καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς*. Καὶ ἡ γνώσις δὲ αὐτοῦ θαυματοῦ· διὸ καὶ ἔλεγε· *Ἐθαυμαστώθη ἡ γνώσις σου ἐξ ἐμοῦ ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύναμαι πρὸς αὐτήν*. Καὶ τὰ κρίματα δὲ αὐτοῦ πάλιν ἀνεξερεύνητα· διὸ καὶ ἔλεγε· *Τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή*.

β'. Ὅταν τοίνυν καὶ μέγα· καὶ δυνατὸς ᾗ, καὶ συνετὸς, μὴ περιεργάζου, πῶς ταῦτα ἔσται. *Ἀναλαμβάνων πρᾶξις ὁ Κύριος, ταπεινῶν δὲ ἀμαρτωλοῦς ἕως γῆς*. Ἰνα γὰρ μὴ λέγωσι τινες τῶν ἀνοήτων· *Τί πρὸς ἡμᾶς, ὅτι τὰ ἄστρα οἶδε μετὰ ἀκριβείας*; λέγει καὶ τὴν ἐπ' ἀνθρώπων κηδεμονίαν οὕτω γενομένην· καὶ οὐκ εἶπε, *Βοηθῶν πρᾶσιν ὁ Κύριος*, ἀλλ' ὁ πολλῷ μείζων, *Ἀναλαμβάνων*· ὡς περὶ πατρὸς φιλοστόργου [481] διαλεγόμενος. *Τί δὲ ἔστιν, Ἀναλαμβάνων*; Ἄνακτώμενος, φέρων, διαδοσάξων. Εἶδες πάλιν ἐφ' ἐκάτερα τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἀπρητισμένην, ἐπὶ τε τὸ αἶρειν τοὺς ταπεινοὺς, καὶ ταπεινοῦν τοὺς ἀπονενημένους; Οὐχ ἀπλῶς δὲ ταπεινοί, ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ὑπερβολῆς· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, *Ἔως γῆς*. *Ἐξάρξατε τῷ Κυρίῳ ἐν ἐξομολογήσει*. Ἄλλος, *Καταλέξατε*. Εἰπὼν αὐτοῦ τὰ κατορθώματα, πάλιν ἐπὶ τὸν ὕμνον αὐτοῦ καλεῖ, λέγων· *Ἐξάρξατε τῷ Κυρίῳ ἐν ἐξομολογήσει*· τουτέστιν, ἐν εὐχαριστίᾳ, μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς. *Ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν ἐν κιθάρᾳ*. Ἄλλος, *Διὰ λύρας*. *Τῷ περιβάλλοντι τὸν οὐρανὸν ἐν νεφέλαις, τῷ ἐτοιμάλοντι τῇ γῆ ὕετόν*. Ἰνα μὴ τις τῶν ἀναισθήτων<sup>α</sup> λέγῃ, καὶ τί πρὸς ἐμὲ τὰ οὐράνια; ἐπήγαγεν εὐθέως τὴν χρείαν τὴν ἀνθρωπίνην, δεικνύς διὰ τῆς ἐπαγωγῆς, καὶ τίνος ἔνεκεν περιβάλλει τὸν οὐρανὸν ἐν νεφέλαις. Διὰ σὲ, φησί, ἵνα σοὶ παρασκευάζῃ ὕετόν. Καὶ ὕετός διὰ σὲ, ἵνα ἐκβάλλῃ χόρτον. Καὶ ὄρα σοφίαν· λέγει τὰ καθολικὰ ἀγαθὰ δὲ πᾶσιν ἔδωκεν, ἐπιστομίζων αὐτοὺς ἐκ περιουσίας. Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀπίστων τοσαύτη κέρχηται· τῇ δαφιλείᾳ, ὥστε καὶ νέφη συνάγειν, καὶ ὕετόν πιναῖν, καὶ γῆν διεγείρειν, πολλῷ μᾶλλον ὑμῖν, οἱ αὐτῷ λαὸς περιούσιος ἐχρηματίσατε<sup>β</sup>.

*Τῷ ἐξανατέλλοντι ἐν ὄρεσι χόρτον*. Ὅρα περιουσίαν τῆς προνοίας, ὅταν μὴ μόνον ἐν ἀροσίμῃ γῆ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι δαφιλῆ αὐτοῦ παρέχῃ τὴν τράπεζαν, τὴν διατροφήν<sup>γ</sup> τῶν κτηνῶν τῶν πρὸς ὑπηρεσίαν τῶν ἀνθρώπων γεγεννημένων. Διὸ καὶ ἐπάγει· *Διδόντι τοῖς κτήνεσι τροφήν αὐτῶν, καὶ τοῖς νεοσσοῖς τῶν κοράκων τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν*. Ἐτέραν πάλιν λέγει φιλοτιμίαν, ὅταν μὴ μόνον τοῖς ὑπηρετούμενοις ἀνθρώποις κτήνεσι τροφήν παρέχῃ, ἀλλὰ καὶ ἐτέροις ἀλόγοις· *Καὶ τοῖς νεοσσοῖς γὰρ, φησί, τῶν κοράκων τοῖς ἐπικαλουμέ-*

<sup>α</sup> Unus τῶν ἀναισθήτων ἔκειντων.

<sup>β</sup> Alius ἐχρημάτισε. Mox hæc verba psalmi, καὶ γλῶσση τῆ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων, in Græcis Chrysostomi excidisse credit emendator Venetus.

<sup>γ</sup> Alius διὰ τὴν διατροφήν.

ροῖς αὐτόν. Εἰ δὲ ἐν τοῖς ἀλόγοις, καὶ ἀλόγοις ἀγρίοις καὶ οὐ παρέχουσιν ἀνθρώποις διακονίαν, τοσαύτη ἡ πρόνοια· πολλῷ μᾶλλον ἐν ἀνθρώποις, καὶ ἀνθρώποις ὑμνοῦσιν, οὐς καὶ λαὸν περιούσιον καὶ μερίδα αὐτοῦ ἐκάλεσεν. Εἴτα ἐπειδὴ ἀσθενεῖς ἦσαν καὶ ὄπλων ἔρημοι, καὶ πάντων γεγυμνωμένοι. Ἰνα μὴδὲ ἐντεῦθεν θοροῦνται, ὄρα πῶς καὶ ταύτην αὐτῶν διορθοῦται τὴν ἀσθένειαν, λέγων· *Οὐκ ἐν τῇ δυναστείᾳ τοῦ Ἰακπου θελήσει, οὐδὲ ἐν ταῖς κτήμασι τοῦ ἀνδρὸς εὐδοκεῖ. Εὐδοκεῖ Κύριος ἐν τοῖς φοβουμένοις αὐτόν, καὶ ἐν τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ*. Ἐτερος, *Τοῖς ἀναμένονσι τὸ ἔλεος αὐτοῦ*. Ἄν ταῦτα ἐχῃτε, φησί, τὸν φόβον καὶ τὴν ἐλπίδα τὴν εἰς αὐτὸν μετὰ ἀκριβείας, ἐπισπάσατε αὐτοῦ τὴν εὐνοίαν· ἐπισπασάμενοι δὲ, πάντων τῶν Ἰπποῦς καὶ ὄπλα ἔχόντων [482] ἔσεσθε δυνατώτεροι. Ἐν τοίνυν ἐστὶ τὸ ζητούμενον, ὥστε μὴ ἀσχάλλειν, μὴδὲ θοροθεῖσθαι, ἀλλ' ἀναμένειν τὸ ἔλεος αὐτοῦ· τοῦτο γὰρ μάλιστα ἐλπίς, τὸ καὶ παραυτίκα μὴ λαβόντας μὴ ἀπογινώσκειν, μὴδὲ ἀπαγορεύειν. Καὶ καλῶς εἶπε, *Τὸ ἔλεος αὐτοῦ*. Οὐδὲ γὰρ εἶχον τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων παρῆρσιαν. Ἄλλ' ὁμως, φησί, ἀπὸ τῶν ἔργων ἦτε προδοδομένοι, ἐλπίζητε δὲ ἐπὶ τὸν ἔλεον αὐτοῦ, τεύξεσθε τῆς προνοίας καὶ τῆς βοηθείας αὐτοῦ· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

#### Εἰς τὸν PMZ' ΨΑΛΜΟΝ.

*Ἐπαῖνει, Ἱερουσαλήμ, τὸν Κύριον, αἶνει τὸν Θεόν σου, Σιών.*

α'. Οὐ πρὸς τὴν πόλιν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἐνοικοῦντας ἀποτελεῖ τὸν λόγον, ὃ διὰ παντὸς τοῦ βιβλίου ποιεῖ, τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ποιῶν. Παιραίνει δὲ συνεχῶς καὶ συμβουλεύει, ὥστε τὰς ὑπὲρ τῶν εὐεργεσιῶν εὐχαριστίας ἀναφέρειν πρὸς τῷ Θεῷ, καὶ μὴτε οἰκοδομήμασι, μὴτε ἀσφαλείᾳ περιβάλλον, ἀλλὰ τῇ αὐτοῦ προνοίᾳ θαρρῆν. Τοῦτο δὲ προκατασκευάσας, ἐπάγει, καὶ λέγει· *Ὅτι ἐνίσχυσε τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν σου, ἐυλόγησε τοὺς υἱοὺς σου ἐν σοί*. Τί ἐστὶ δ, *Τοὺς μοχλοὺς ἐνίσχυσε*; Ἐν ἀσφαλείᾳ σε, φησί, κατέστησεν, ἀχείρωτον ἐποίησεν. Εὐλόγησε τοὺς υἱοὺς σου, τουτέστιν, εἰς πληθος ἐπιδοῦναι ἐποίησεν. Ἐν μὲν τοῦτο εἶδος εὐεργεσίας· ἕτερον δὲ τὸ καὶ Ἐν σοί. Ὅ τοίνυν λέγει, τοῦτό ἐστιν· Οὐ διεσπαρμένους, οὐδὲ διεσχορπισμένους, ὁ ἀλλὰ συναχθέντας, καὶ ἐν σοὶ ὄντας ἐπιδοῦναι ἐποίησεν. Εἴτα καὶ ἄλλο προνοίας εἶδος δεικνύς λέγει· *Ὅ τιθεὶς τὰ ὄριά σου εἰρήνην*. Ἔστι γὰρ καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι, καὶ πολλοὺς εἶναι, καὶ πολεμεῖσθαι· ἀλλ' ἐνταῦθα καὶ ταύτης ἀπηλλαγμένους δείκνυσι τῆς ἐπιβουλῆς, τῷ οὕτως εἰπεῖν, καὶ δεῖξαι οὐ τὴν πόλιν μόνον ἀπαλλαγείσαν τῶν ἐπιβουλεύοντων, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς τὰς ἐσχατίας. Εἶδες πόσας εὐεργεσίας ἀπαριθμεῖ; Καὶ πρώτην καὶ μείζονα πάν-

<sup>δ</sup> Unus τί ἐστὶ τοῦτο;

<sup>ε</sup> Unus addit οὐδὲ πεπληνημένον.

*Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus.* Quoniam rem dixit maximam, se tot hominum millia, per universum orbem terræ dispersa, esse congregaturum, deinceps disserit de ejus potentia, Judæos, qui valde conturbabantur, ut crederent, inducens. *Et sapientiae ejus non est numerus.* Ne quære ergo quomodo et qua ratione: est enim ejus magnitudo infinita. Quocirca dixit etiam, *Magnitudinis ejus non est finis* (Psal. 144. 3). Sed quemadmodum infinita est magnitudo, ita etiam sapientia. Et ideo cum dixisset, *Magnus Dominus noster*, subjunxit: *Et sapientiae ejus non est numerus.* Quinetiam admirabilis est ejus scientia; et ideo dicebat: *Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, non potero ad eam* (Psal. 138. 6). Et sunt ejus judicia rursus inscrutabilia: et ideo dicebat: *Judicia tua abyssus multa* (Psal. 35. 7).

2. Cum sit ergo magnus, potens, et sapiens, ne nimis curiose inquiras, quomodo hæc erunt. 6. *Suscipiens mansuetos Dominus, humilians autem peccatores usque ad terram.* Ne enim dicerent aliqui insipientes, Quid ad nos, si perfecte novit astra omnia? dicit etiam curam quam gerit hominum: non dixit autem, Opem ferens mansuetis Dominus, sed quod est multo majus, *Suscipiens*: tamquam de amanti patre loquens. Quid est autem, *Suscipiens*? Recreans, ferens, bajulans. Vidisti rursus perfectam in utroque ejus potentiam? nempe in extollendis humilibus, et in dejiciendis deprimendisque arrogantibus. Non solum autem humiliat, sed etiam summi opere humiliat: hoc enim sibi vult illud, *Usque ad terram*. 7. *Præcinite Domino in confessione.* Alius, *Enumerate* (a). Postquam igitur dixit præclara ejus facta, rursus eos ad hymnum vocat dicens: *Præcinite Domino in confessione*: hoc est, in gratiarum actione, cum magno studio ac diligentia. *Psallite Deo nostro in cithara.* Alius, *Per lyram* (b). 8. *Qui operit cælum nubibus, et parat terræ pluviam.* Ne quis autem plane sensus expers dicat, Et quid ad me cælestia? subjunxit statim in quod opus est hominibus, ostendens per id quod subjungit, cur cælum operiat nubibus. Propter te, inquit, ut tibi paret pluviam. Pluvia autem propter te, ut tibi frenum producat. Vide autem sapientiam: dicit bona generalia quæ dedit omnibus, ex redundanti copia ora eorum obstruens. Si enim infidelibus fuit adeo munificus, ut nubes cogeret, et pluviam moveret, et terram excitaret, multo magis vobis, qui appellati estis populus ejus peculiaris.

*Providentiæ amplitudo. Populus Dei peculiaris qui dictus.* — Qui producit in montibus scænum et herbam servituti hominum. Vide providentiæ amplitudinem, quando non solum in agris et cultis prædiis, sed etiam in montibus lautam dat mensam, nempe alimentum jumentorum, quæ ad hominibus serviendum facta sunt. Et ideo subjungit: 9. *Qui dat jumentis escam ipsorum, et pullis corvorum invocantibus eum.* Aliam

(a) Hanc lectionem (Gr. καταλέγετε) Symmacho tribuunt Codd. Regii: Aquilæ autem lectio, *subilate* (καταλόγετε), duobus Regii Mss. asseritur. Vox, *Enumerate*, etiam optime quadrat ad vocem ἄγγελλον.

(b) Hæc lectio, *per lyram*, est Symmachii.

rursus dicit munificentiam, ut qui non solum jumentis, quæ serviunt hominibus, dat escam ipsorum, sed etiam aliis brutis: *Et pullis* enim, inquit, *corvorum invocantibus eum.* Si autem brutis et brutis agrestibus et quæ hominibus minime inserviunt, tanta adhibetur providentia: quanto magis hominibus, et hominibus qui eum hymnis et laudibus celebrant, quos etiam propterea vocavit populum peculiarem, et sui portionem? Deinde quoniam erant imbecilli et inermes, et nudati omnibus, ne ex eo conturbarentur, vide quomodo hanc quoque eorum corrigit imbecillitatem, dicens, 10. *Non in fortitudine equi voluntatem habebit, neque in tibiis viri beneplacitum est ei.* 11. *Beneplacitum est Domino super timentes eum, et in eis qui sperant super misericordiam ejus.* Alius, *Qui expectant misericordiam ejus*<sup>1</sup>. Si hæc, inquit, habeatis, metum scilicet, et perfectam in eum spem, attrahetis ejus benevolentiam: et cum attraxeritis, iis qui equos et arma habent eritis potentiores. Unum est ergo quod queritur, ut non ægre feratis, neque perturbemini, sed expectetis ejus misericordiam: in hoc enim spes maxime consistit, ut etsi non statim acceperimus, minime desperemus, nec animum abiciamus. Recte autem dixit, *In misericordia ejus.* Neque enim habebant in factis suis fiduciam. Sed tamen, inquit, etsi vos facta destituerint, speretis autem in ejus misericordia, assequemini providentiam et ejus auxilium: quæ detur nobis omnibus consequi, gratia et clementia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et potentia, in sæcula sæculorum. Amen.

#### IN PSALMUM CXLVII.

1. *Lauda, Jerusalem, Dominum, lauda Deum tuum, Sion.*

1. Non ad civitatem, sed ad eos qui in illa habitant, dirigit orationem: quod per totum librum facit, hoc quoque hic faciens. Assidue autem hortatur et consultit, ut gratiarum actionem Deo pro beneficiis offerant, et neque in ædificiis, nec in validis propugnaculis, sed in ejus providentia fiduciam habeant. Hoc veluti prius jacto fundamento, subjungit, et dicit: 2. *Quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te.* Quid est, *seras confortavit*? In tuto, inquit, te collocavit, fecit inexpugnabilem. *Benedixit filiis tuis*, hoc est, auxit in magnam multitudinem. Hoc unum est genus beneficii: alterum vero est illud, *In te.* Hoc est autem quod dicit: non divisos, nec dispersos<sup>2</sup>, sed in te congregatos auxit multitudine. Deinde aliud quoque ostendens providentiæ genus dicit: 3. *Qui ponit fines tuos pacem.* Fieri enim potest ut et in tuto sint, et multi sint, et tamen bello vexentur: sed ab his quoque insidiis ostendit eos esse liberos, cum sic dixit, et indicavit non solum civitatem esse liberam ab insidiatoribus, sed ipsos etiam fines. Vidisti quot beneficia recenset? Primum qui-

<sup>1</sup> Savil. hanc varietatem, omissam in textu, in margine reposuit. quam quidem esse Symmachii ex eo conjiciendum est. quod iste 1. Reg. 13, 8, ἄγγελλον Græce vertit, ἀπεκρίθη, quod est, *expectavit*.

<sup>2</sup> Unus addit, *nec errantes*.

dem, et quod est omnium maximum, quod dixerit, *Deum tuum*. Per hoc enim verbum dicit hæc omnia. Te effecit familiarem, te suum fecit heredem, cum sit communis omnium Dominus, est præcipue tuus: quod quidem est primum caput bonorum. Secundum autem, civitatem in tuto collocavit. Tertium, eos multiplicavit. Quartum, a bellis et tumultibus liberavit non solum civitatem, sed etiam universam gentem; atque non uno tantum, aut altero, aut tertio tempore hoc fecit, sed id fecit perpetuo: non dicit enim, Qui posuit, sed, *Qui ponit*. Quod si bella quandoque evenerunt, non quod ipse eos relinqueret, sed quod ipsi resilirent, id factum est: hoc enim fuit perpetuum ejus opus, munire, in tuto collocare, ut ab omni bello et tumultu liberi essent præstare.

*Terræ fertilitas Dei providentiæ adscribenda.* — Deinde aliud quoque una cum hoc dicit beneficium, nempe magnam annuam fertilitatem, et bonum fructuum proventum, rursus hic ipsos docens non terræ nec aeris naturæ, sed ejus providentiæ omnia adscribere. Quam providentiam? Eam quam subjunxit dicens, *Et adipe frumenti satiat te?* Vide: non dixit absolute, Frumentum, sed, *Adipe frumenti*, magnam ostendens prosperitatem. Adeps enim frumenti, fructus florem et id quod est opimum significat. Talia sunt enim Dei dona, proba et florentia. Optimo ergo frumento eos hic dicit liberalissime expleri. Hoc enim significans non dixit, Qui dat, sed, *Qui te satiat*.

4. *Qui emittit eloquium suum terræ.* Quod facere consuevit, ut a privatis ad communia, et a communibus rursus ad privata transferat orationem, hoc hic quoque facit. Postquam enim dixit, *Lauda Deum tuum*, ne quis insipiens existimaret eum esse Deum tantum Judæorum, ostendit quomodo sit universæ terræ communis Deus, et per totum orbem terræ extensa sit ejus providentia, a privatis ad id quod est commune deducens orationem, et ad generalem providentiam. Et ideo cum dixisset, *Qui emittit eloquium suum terræ*, subjunxit: *Velociter currit sermo ejus*. Hoc autem dixit, ostendens eum non solum nostræ regionis, sed universi orbis terrarum curam gerere. Eloquium autem hic dicit jussum, operationem quam providet et prospicit. Deinde quam sit facilis, et quam in promptu ostendens non nomine solum sermonis, sed etiam appellatione cursus id significavit: et ne hoc quidem satis esse duxit, sed etiam adjecit, *Velociter*. Quod autem dicit, est ejusmodi: Quodcumque jusserit, sit cum maxima celeritate. Per universum enim orbem terræ imperat. Quid autem imperat? Ea quæ nostram vitam continent, quæ spectant ad aeris administrationem, temporumque mutationem et vicissitudinem. Et ideo subjungit dicens, 5. *Qui dat nivem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit*. Hoc alius quidam interpretes dicit, *Rorem concretum*. Hebræus autem *Chephor Chaepher* (a). 6. *Mittit crystallam sicut buccellas. Ante faciem frigoris ejus quis*

(a) Voces Hebrææ sunt כֶּפֶר כְּסֵפֶר, quarum prima sola exprimi debuit: nam illud כֶּפֶר. *Chephor*, primum vel *nebulam* significat. Illamque vocem solum Symmachus vertit, *rorem addensatum* (ὄροσον πεπηγμένον), ut in

*sustinebit?* Alius autem, *In faciem æstus ejus quis subsistet* (a)? 7. *Emittet verbum suum, et liquefaciet ea: flabit spiritus ejus, et fluent aquæ*. Hic mihi exponit inexpugnabilem et infinitam ejus potentiam, quod eas quæ non sunt producat substantias, et eas quæ factæ sunt transmutet, et ad id quod vult transformet.

2. *Naturæ operatio in contrarium mutata.* — Quod quidem alius quoque propheta significans dicebat: *Qui omnia facit, et ea transformat* (Amos 5. 8). Etsi enim immobilibus naturæ terminis alligata sint, quando tamen ei visum fuerit, solvuntur hi termini. Ei enim omnia<sup>1</sup> locum dant et concedunt. Aliquando quidem eas mutat substantias, aliquando vero manentes mutat in aliam operationem, et eam quidem quæ est ei attributa sinit quiescere, aliam vero inducit contrariam: quod quidem fecit in fornace. Ignis enim erat, et non urebat: sed qui in eum injecti fuerant, sentiebant rorem longe jucundissimum. Mare erat cum Judæi trajicerent, et aquæ non obruebant, sed solidius quam in petra transibant. Sub Dathan et Abiron terra erat, eorum tamen corpora non sustinuit, sed facilius quam mare obruit. Virga Aaron erat lignum aridum, et fructum quam ea quæ in terra plantata erant, pulchriorem protulit. Balaami erat asina animal omnium hebetissimum, nec minus bene se defendit apud eum qui ipsum pulsabat, quam homo ratione præditus. Cum in lacum coniectus est Daniel, erant leones, et ostenderunt ovium mansuetudinem, non ipsorum quidem deleta natura, sed mutata eorum operatione. Multa alia possunt videri miracula, etiam in creaturis. Ne ergo quoniam sit singulis annis, et sub aspectum nostrum cadit, id parvum esse miraculum existimes: considera enim quantum sit, nunc quidem videri nivem, nunc vero aquam, et brevi momento temporis tantas fieri mutationes. Ne quis enim minus sapiens, naturali elementorum operatione hæc fieri, et ea absolute illorum causas esse putaret, sed sciret quisnam sit qui imperat, ad jussum ejus totam de his rebus deducit orationem, et dicit: *Emittet verbum suum, et liquefaciet ea*: hoc est, jussum: non enim vis ventorum hoc facit præcipue, sed Deus qui fecit ventos. Orationem autem deduxit ad elementa, et ad mutationes quæ sunt in elementis, persuadens crasso et vix ullo sensu prædito Judæo, ex iis quæ sunt singulis annis, nosse Dei potentiam, et facile ei esse res ejus ut vult administrare, et a contrariis in contrarias mutare. Quemadmodum enim si fuerit tempestas et glacies intolerabilis, facile est illi in vecta tranquillitate omnia dissolvere: ita etiam eos qui in captivitatem abducti fuerant, et bellis vexati erant,

Hexaplis videas. Vox autem addita כֶּפֶר, *Cæpher, sicut cinerem significat*.

<sup>1</sup> Vox, omnia, deest in Morel. et in textu Savil. qui hanc lectionem affert in margine ex alio exemplari.

(a) Hæc verba, *Alius autem..... subsistet*, deerrant in editionibus Savil. et Morel., verum a Gentiano Herveto lecta fuerant; neque suspicio ulla esse potest, illa a librariis adjecta fuisse. Hæc autem interpretatio est Symmachi, ut in Hexaplis videas. Mirum autem cum alii omnes, *frigoris ejus* (ψυχῆς αὐτοῦ), verterint, Symmachum vertisse, *caloris ejus* (καύματος αὐτοῦ). Verum ipsa series hic de frigore, non de æstu agi arguit.

των, τῷ εἰπεῖν, *Τὸν Θεὸν σου*. Διὰ γὰρ τοῦ ῥήματος τούτου πάντα ταῦτα λέγει, ὅτι ὤκλειώσατό σε, ὅτι κληρονόμον σε ἐποίησεν ἑαυτοῦ, ὅτι κοινὸς ὢν ἀπάντων Δεσπότης, ἐξαιρέτως σὸς ἐστίν· ὅπερ κεφάλαιον πρῶτον <sup>a</sup> τῶν ἀγαθῶν. Δεύτερον, ὅτι ἐν ἀσφαλείᾳ τὴν πόλιν κατέστησε. Τρίτον, ὅτι πολλοὺς αὐτοὺς εἶναι ἐποίησε. Τέταρτον, ὅτι πολέμων ἀπέφλαξε καὶ παραχῆς οὐχὶ τὴν πόλιν μόνην, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔθνος ἅπαν· ὅτι οὐχὶ ἐνὶ καιρῷ καὶ δευτέρῳ καὶ τρίτῳ, ἀλλὰ διηνεκῶς τοῦτο ἐποίησε <sup>b</sup>· οὐ γὰρ εἶπεν, Ὁ θεὸς, ἀλλ', Ὁ τιθεὶς. Εἰ δέ ποτε καὶ πόλεμοι συνέβαινον, οὐκ αὐτοῦ ἐγκαταλιμπάνοντος, ἀλλ' αὐτῶν ἀποπηδώντων· [485] ὡς τὸ γε αὐτοῦ ἔργον τοῦτο ἦν διηνεκῶς, τὸ τοιχοῦν, τὸ ἀσφαλίζεσθαι, τὸ ποιεῖν ἀπηλλάχθαι πάσης παραχῆς καὶ πολέμου.

Εἶτα καὶ ἑτέραν μετ' ἐκείνης λέγει εὐεργεσίαν, τὴν εὐετηρίαν καὶ εὐθηνίαν τῶν ἀπὸ γῆς καρπῶν, πάλιν καὶ ἐναυθα παιδεύων αὐτοὺς μὴ τῇ γῇ, μηδὲ τῇ φύσει τῶν ἀέρων, ἀλλὰ τῇ αὐτοῦ προνοίᾳ τὸ πᾶν λογίζεσθαι. Ποίαν δὲ ταύτην; Ἦν ἐπήγαγε λέγων, *Καὶ στέαρ πυροῦ ἐμπιπλῶν σε*. Ὅρα· οὐκ εἶπεν ἀπλῶς, Πυρὸν, ἀλλὰ, *Στέαρ πυροῦ*, πολλὴν ἐνδεικνύμενος τὴν εἰς ἡμερίαν. Στέαρ γὰρ πυροῦ τὸ λιπαρὸν τοῦ καρποῦ δηλοῖ. Τοιαῦτα γὰρ τοῦ Θεοῦ τὰ δῶρα, δόκιμα καὶ εὐθάλῃ. Τὸν κάλλιστον οὖν πυρὸν ἐναυθα λέγει ἐμπιπλῶν· μετὰ δαφιλείας. Τοῦτο γὰρ θηλῶν οὐκ εἶπε, Διδούς, ἀλλ', *Ἐμπιπλῶν σε*. Ὁ ἀποστέλλων τὸ λόγιον αὐτοῦ τῇ γῇ. Ὅπερ αὐτῷ σὺνήθεός ἐστιν ἀπὸ τῶν ἰδικῶν ἐπὶ τὰ κοινὰ μεταφέρειν τὸν λόγον, καὶ πάλιν ἀπὸ τῶν κοινῶν ἐπὶ τὰ ἰδιόζοντα, τοῦτο καὶ ἐναυθα ποιεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, *Αἰνεῖ τὸν Θεὸν σου*, ἵνα μὴ τις τῶν ἀνοήτων νομίση τῶν Ἰουδαίων μόνων Θεὸν εἶναι, δείκνυσι πῶς κοινὸς τῆς οἰκουμένης ἐστίν, καὶ πανταχοῦ τῆς γῆς ἡ πρόνοια αὐτοῦ τέταται, ἀπὸ τῶν ἰδιόζόντων ἐπὶ τὸ κοινὸν ἐξάγων τὸν λόγον καὶ τὴν καθόλου πρόνοιαν. Διὸ καὶ εἶπεν, Ὁ ἀποστέλλων τὸ λόγιον αὐτοῦ τῇ γῇ, ἐπήγαγεν, *Ἐως τάχους δραμεῖται ὁ λόγος αὐτοῦ*. Τοῦτο δὲ εἶπε, δείκνυς ὅτι οὐ μόνον τῆς ἡμετέρας κήδεται, ἀλλὰ τῆς οἰκουμένης ἀπάσης. Λόγον δὲ ἐναυθα τὸ πρόσταγμα φησι, τὴν ἐνεργεσίαν τὴν προνοητικὴν. Εἶτα τὴν εὐκολίαν παριστάς, οὐ τῷ ὀνόματι τοῦ λόγου, ἀλλὰ καὶ τῇ προσγορίᾳ τοῦ δρόμου ταύτην παρίστησι. Καὶ οὐδὲ τοῦτο αὐτῷ ἤρκεσεν, ἀλλὰ καὶ τὸ τάχος προσέβηκεν. Ὁ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ὅπερ ἂν ἐπιτάξῃ, μετὰ πολλῆς γίνεται τῆς ταχυτήτος. Ἐπιτάττει γὰρ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης. Τί δὲ ἐπιτάττει; Ταῦτα τὰ συνέχοντα τὴν ζωὴν τὴν ἡμετέραν, λέγω δὴ τὰ περὶ τῆς τῶν ἀέρων οἰκονομίας, καὶ τῶν τροπῶν καὶ τῶν μεταβολῶν. Διὸ καὶ ἐπάγει λέγων· *Διδόντος χιόνα αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον· ὀμίχλην ὡσεὶ σποδὸν πάσσοντος*. Τοῦτο ἕτερος ἐρμηνευτής, *Δρόσον πεπηγμένον*. Ὁ δὲ Ἑβραῖος, *Κεφ' ῥ χαέφρη* <sup>c</sup>. *Βάλλοντος κρύσταλλον αὐτοῦ ὡσεὶ ψωμόους*. Κατὰ πρόσωπον ψύχους αὐτοῦ τίς ὑποστήσεται; ἕτερος δὲ φησι, *Κατὰ πρόσωπον καύμιτος αὐτοῦ τίς ὑποστήσεται*; *Ἐξαποστελεῖ τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ τήξει αὐτὰ· πνεύσει τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ρυήσεται ὕδατα*. Ἐναυθαῖ μοι τὸ ἄμαχον καὶ ἀπέραντον αὐτοῦ τῆς δυνάμεως παρίστησιν, ὅτι καὶ οὐκ οὐσας

παράγει τὰς οὐσίας, καὶ γενομένας μετατίθησι, καὶ πρὸς ὃ βούλεται μεταρρυθμίζει.

β'. Ὅπερ καὶ ἕτερος προφήτης δηλῶν ἔλεγεν· Ὁ [484] *ποιῶν πάντα, καὶ μετασκευάζων αὐτὰ*. Εἰ γὰρ καὶ φύσεις ἀκινήτους ὄροις πεπέδονται, ἀλλ' ὅταν αὐτῷ δοκῇ, λύνονται οὗτοι οἱ ὄροι. Αὐτῷ γὰρ πάντα <sup>d</sup> εἶκει καὶ παραχωρεῖ. Καὶ ποτὲ μὲν αὐτὰς μεταβάλλει τὰς οὐσίας, ποτὲ δὲ μενούσας εἰς ἑτέραν μετατίθησιν ἐνεργεσίαν, καὶ τὴν μὲν οἰκείαν αὐτῷ <sup>e</sup> καὶ συγκεκληρωμένην ἀφίησιν ἡσυχάζειν, ἑτέραν δὲ τῇ ἐναντίαν ἐπιδεικνύεται· ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς καμίον ἐποίησε. Πῦρ γὰρ ἦν, καὶ οὐκ ἔκαεν· ἀλλὰ δρόσου τινὸς ἠδίστης οἱ ἐμβλιθθέντες ἀπέλαυνον. Πέλαγος ἦν ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων, καὶ οὐ κατεπόντιζε τὰ ὕδατα, ἀλλὰ πέτρας στερεώτερον διεδιβάλλοντο. Γῆ ἦν ἐπὶ τοῦ Θαβῶν καὶ Ἀβειρῶν, καὶ ὁμοῦς οὐκ ἔστειγεν αὐτῶν τὰ σώματα, ἀλλὰ θαλάσσης εὐκολώτερον καταποντίζοντο. Ξύλον ἦν ξηρὸν ἢ ῥάβδος τοῦ Ἄαρῶν, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς περφυτευμένων ὠραιότερον καρπὸν ἤνεγκεν. Ὄνος ἦν τὸ πάντων νοθέστερον ζῶον ἐπὶ τοῦ Βαλαάμ, καὶ ἀνθρώπου λογικοῦ οὐκ ἔλαττον ἀπολογίαν εἰς τὸν παῖοντα πεποίηκε. Λέοντες ἦσαν ἐπὶ τοῦ Δανιήλ, καὶ πρὸβάτων ἡμερότητα ἐπέδειξαντο, οὐ τῆς φύσεως αὐτῶν ἀφανισθείσης, ἀλλὰ τῆς ἐνεργείας μεταβληθείσης. Πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα θαύματα καὶ ἐπὶ τῆς κτίσεως ἐστίν ἰδεῖν. Μὴ οὖν, ἐπειδὴ καθ' ἕκαστον γίνεται ἐνιαυτῶν, καὶ ἐν βίβειν ἡμῶν συμβαίνει, μικρὸν νομίσης τὸ θαῦμα· ἐπεὶ ἐνόησον ἠλίκοι ἐστί, νῦν μὲν χιόνα φαίνεσθαι, νῦν δὲ ὕδωρ, καὶ ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπήν τοσαύτας γίνεσθαι μεταβολάς. Ἴνα γὰρ μὴ τις τῶν ἀνοήτων λογίζηται τῇ φυσικῇ τῶν στοιχείων ἐνεργείᾳ, καὶ τούτων ἀπλῶς αἰτία ταῦτα νομίζει, ἀλλ' εἶδῃ τίς ἐστιν ὁ ἐπιτάττων, ἐπὶ τὸ πρόσταγμα αὐτοῦ πάντων τούτων ἀνάγει τὸν λόγον, καὶ φησιν· *Ἐξαποστελεῖ τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ τήξει αὐτὰ*· τούτεστι, τὸ πρόσταγμα· οὐ γὰρ τῶν ἀνέμων ἢ φύσις προηγουμένης τοῦτο ἐργάζεται, ἀλλ' ὁ τοὺς ἀνέμους ποιήσας Θεός. Ἐξήγαγε δὲ ἐπὶ τὰ στοιχεῖα τὸν λόγον, καὶ τὰς ἐν τοῖς στοιχείοις μεταβολάς, πείθων τὸν Ἰουδαῖον τὸν παχύν καὶ ἀναίσθητον ἀπὸ τῶν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτῶν γινομένων εἰδένας τοῦ Θεοῦ τὴν ἰσχύν, ὅτι καὶ τὰ κατ' αὐτὸν ἰ ῥάβδιον αὐτῷ διαθεῖναι πάντα, ὡς ἂν ἐθέλῃ, καὶ ἀπὸ τῶν ἐναντιῶν εἰς τὰ ἐναντία μεταβάλλειν. Ὅσπερ γὰρ κρυμοῦ γινομένου καὶ πάγου ἀνωπίστου, ῥάβδιον αὐτῷ γαλήνην ἐργάσασθαι καὶ πάντα διαλύσαι· οὕτω δὴ καὶ αὐτοὺς ἐν αἰχμαλωσίᾳ γενομένους καὶ ἐν πολέμοις εὐκολώτερον <sup>g</sup> αὐτῷ πρὸς εἰρήνην καὶ τὴν ἑαυτῶν ἐπιναγαγεῖν, καὶ πρὸς τὴν προτέραν εὐήμερίαν χειραγωγῆσαι. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον δηλοῖ, ἀλλὰ καὶ ἕτερον κεκρυμμένως αἰνίττεται. Ποῖον δὴ τοῦτο; Ὅτι καθάπερ ταῦτα καὶ λυπῶντα πολλάκις χρησίμας τε καὶ ὠφελίμως γίνεται, οὕτω καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς συμπερὸντως γέγονε, καὶ ἐργασάμενα πολλὴν τὴν ὠφέλειαν. [485] Ἴνα μὴ ἐπὶ πλεόν λυπῆση, πάλιν εἰς μεταβολὴν μετέστη τὴν εὐδαιμονότεραν. Τί δὲ αὐτῷ βούλεται καὶ τὰ παραδείγματα; Οὐ γὰρ εἶπε, *Διδόντος χιόνα*, μόνον, ἀλλ' ἐπήγαγεν, *Ὅσει ἔριον*· οὐδὲ, *Ὀμίχλην πάσσοντος*, ἀλλ' ἐπήγαγεν, *Ὅσει σποδόν*· οὐδὲ, *Βά-*

<sup>d</sup> Πάντα deest in Morel. et in textu Savil.

<sup>e</sup> Savil. conjicit quadam, et vere melius quadret.

<sup>f</sup> Allii τὰ κατ' αὐτοῦ· et mox ὡς ἂν ἐθέλῃ. Morel. τὰ κατ' αὐτόν, et ὅσα ἂν ἐθέλῃ τὰ κατ' αὐτόν, bene in singulari, quia ad Hebraicum supra memoratum refertur· ὡς ἂν ἐθέλῃ bene habet.

<sup>g</sup> Unus referente Savil. ὀνομα.

<sup>a</sup> Allii κεφάλαιον καὶ πρῶτόν ἐστι.

<sup>b</sup> Allii τοῦτο ποιεῖ.

<sup>c</sup> Savil. κεφ' ῥ χαέφρη. Morel. Καφ' ῥ χαέφρη.

δ. Ἄλλ' οἱ ὄφεις, φησὶ, καὶ οἱ σκορπίοι, καὶ οἱ δράκοντες, καὶ οἱ λέοντες, τί χρησίμους εἰσάγουσιν εἰς τὸν βίον; τί δὲ αὐτῶν τὸ κέρδος; Πολὺ καὶ ἄρατον, καὶ τῶν ἡμέρων οὐκ ἔλαττον. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ πρὸς τὴν τοῦ σώματος χρείαν ἐστὶν ἐπιτελεῖν· ταῦτα δὲ σοὶ καὶ φόβον ἐπιτελιζέει, καὶ σωφρονεῖν παρασκευάζει, καὶ ἐναγώνιον ποιεῖ, καὶ ἀναμιμνήσκει σε τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ τοῦ προπάτορος ἀμαρτίας, καὶ δείκνυσιν ὅτων κακῶν αἰτία ἡ παρακοή. Οὐ γὰρ τοιαῦτα ἦν πρὸ τούτου τὰ θηρία, φοβερά καὶ φευκτὰ τῷ ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ τιθασά καὶ χειροθήη. Ἦγαγε γοῦν αὐτὰ πρὸς τὸν Ἀδὰμ ὁ Θεὸς, καὶ αὐτὸς ἐπέθηκεν αὐτοῖς τὰ ὀνόματα. [495] Ὁ ὄφεις τῇ γυναικὶ διαλέγεται, καὶ οὐκ ἀποπηδᾷ ἡ Ἔσα. Ἐπειδὴ δὲ παρεβάθη ἡ ἐντολή, καὶ ὁ Θεὸς παρηκούσθη, ἠκρωτηρίσθη τὰ τῆς τιμῆς. Ὅταν τοίνυν ἴδῃς λέοντα, ὅταν ἴδῃς ὄφιν, ἀναμιμνήσκου τῶν διηγημάτων, καὶ οὐ μικρὰ σοὶ παρέξει ταῦτα φιλοσοφίας ὑπόθεσιν. Ἀναμιμνήσκου δὲ καὶ τοῦ Δανιὴλ, πῶς, ἐπειδὴ πρὸς τὴν παλαιὰν ἐπανῆλθεν εἰκόνα, εὐκαταφρόνητα ἦν αὐτῷ τὰ φοβερά θηρία· ὡσπερ καὶ Παῦλος ἡ ἔχις· καὶ οὐ μικρὰν ἐντεῦθεν καρπώση σπουδὴν καὶ ἐπιμέλειαν ψυχῆς. Μετὰ τούτων δὲ καὶ ἐτέρωθεν ἔστι θαυμάσαι τοῦ Θεοῦ τὴν οἰκονομίαν τὴν ἐπ' αὐτοῖς καὶ τὴν διάταξιν. Ποῖαν δὲ ταύτην; Ὅτι καὶ τούτοις ἀφώρισε χωρία ἀπώκισμένα τῶν πόλεων, τὰς ἐρημίας· καὶ οὕτω φοβερά ὄντα οὐκ ἐμφιλοχωρεῖ ταῖς πόλεσιν, οὐδὲ κατατρέχει τοὺς ἐνδον οἰκοῦντας, ἀλλὰ στέργει καὶ ἀγαπᾷ τὴν ἐρημίαν, ἀνοθεν τοῦ Θεοῦ τοῦτο αὐτοῖς συγκληρώσαντος, καὶ τόπον ἐπιτελεῖν ἔχειν καὶ κλῆρον διαίτης. Ὅταν γὰρ σὺ καθεύδῃς, τότε ἐκεῖνα τὴν ἐρημίαν ἐπεισιν. Ὅπερ καὶ ἀλλαχοῦ δείκνυσιν ὁ προφήτης, οὕτω λέγων· *Ἔθου σκότος, καὶ ἐγένετο νύξ· ἐν αὐτῇ διελεύσονται πάντα τὰ θηρία τοῦ δρυμοῦ.* Εἶδες πῶς καὶ νῦν μένει σοὶ τῆς ἀρχῆς τὰ ἔχνη, εἰ καὶ ἠκρωτηριασμένα, ἀλλ' ὁμως ἔχοντα αἰνίγμα τῆς παλαιᾶς τιμῆς; Ὡσπερ γὰρ δοῦλα, οὕτως ἀπώκισται καὶ τῷ καιρῷ καὶ τῷ τόπῳ· κἂν μὴ σὺ τούτοις ἐπέλθῃς, αὐτὰ οὐκ ἐπεισιν, ἀλλ' ἐνδαιτᾶται ταῖς ἐρήμοις. Εἰ δὲ ἀθυμεῖς καὶ δυσχεραίνεις, τίνας ἔνεκεν γέγονε θηρία, σφόδρα ἀνοηταίνεις. Ἄν γὰρ σὺ τὰ κατὰ σαυτὸν καλῶς οἰκονομήσῃς, οὐδὲν ἐντεῦθεν βλαβήσῃ· εἰ δὲ ἀπὸ θηρίων δέχῃ βλάβην, ἐννόησον ὅτι καὶ παρὰ ἀνθρώπων πολλάκις χαλεπωτέραν ἐδέξω. Ἔστι γὰρ καὶ θηρίου ἀνθρώπος χαλεπωτέρος. Τὸ μὲν γὰρ φανῆ τὴν θηριωδίαν ἔχει, οὗτος δὲ κρύπτει τὴν κων-



erant, facta sint : quod quæ facta sunt, maneat, et quod manentia fungantur munere ministrorum, licet sint expertia rationis, et jussum ejus educat in opus cum maxima obedientia (*Psal. 147. 5. 6.*) Imo vero unum sæpe jussum ea perfecit quæ sunt suapte natura contraria, quemadmodum in fornace Babylonica ignis et urens et irrorans simul factus est. Hoc ergo, inquit, meretur gratiarum actionem? Eamque certe maximam. Deus enim æque est laudandus et cum punit, et cum a supplicio eximit. Utraque enim sunt curationis, utraque sunt bonitatis. Homines enim hoc quidem faciunt propter bonitatem, illud vero per iram et improbitatem : Deus autem utraque propter clementiam. Oportet ergo eum æque laudare, et quod posuerit Adam in paradiso, et quod eum expulerit, et agere gratias non solum pro regno, sed etiam pro gehenna. Eam enim et fecit et minatus est, ut a vitio liberaret. Quemadmodum ergo medicum non solum nutrientem, sed etiam fame excruciantem ; non solum in forum educentem, sed etiam domi alicubi includentem ; non solum ungentem, sed etiam urentem et secantem admiramur ; etsi enim sunt contraria quæ fiunt, unum tamen finem respiciunt : ita etiam oportet Deum laudare pro omnibus, atque adeo multo magis, quatenus hic quidem Deus, ille vero homo : et quod res quidem eorum sæpe aliter eveniunt, quæ autem Deus facit fiunt cum summa sapientia et cura. Grando autem et ignis non solum punivit, sed etiam liberavit a supplicio, et bellis finem imposuit, et invadentes inimicos repulit. An nescis quænam in Ægypto per hæc elementa miracula facta sunt, et in Judæis, et in hac nostra generatione (a)? Tanta est autem potentia jubentis, ut quæ per angelos illos, qui in solam cadunt intelligentiam, et magnas potestates faciebat, ea sæpe etiam per elementa faciat admirabiliter ; ut quando hæc angelus quoque fecerit, nemo paulo insipientior id illi attribuat, sed ei qui imperavit. Angelus bello finem imposuit? Imposuit quoque grando. Interemit primogenita angelus? Maris quoque procella populum interemit. Pro omnibus ergo clementi Deo age gratias. *Montes et omnes colles, ligna fructifera, et omnes cedri : bestię, et universa pecora, serpentes, et volucres pennatę.* Vide quomodo lubentius immoratur in his quæ sunt inutiliora, montibus, saltibus, collibus, animalibus, serpentibus, et lignis infrugiferis. Quæ enim sunt frugifera, ex seipsis apertam ostendunt utilitatem, sicut et plani campi, et mansueta animalia : feræ autem et serpentes, montes, et infrugiferæ arbores quamnam, inquit, putas utilitatem afferunt? Multam certe, et quæ nostram vitam valde contineat. Nam et ad ædificia montes et colles et ligna infructifera sunt nobis valde apta : et nisi ea nobis suppeterent, nihil vetaret quominus

(a) Cum dicit illa per grandinem et ignem a Deo patrata miracula etiam sua ætate accidisse, id haud dubio significat, quod sub Juliano Apostata contigit, quodque ipse narrat in Oratione de Sancto Babylone et contra gentes, Tom. 2, ubi cum templum Jerosolymitanum restaurari jussisset impius princeps, καὶ ὡς αὐτὸν τε, inquit Chrysostomus, ἀποὺ τῶν γούν ἤρξαντο κενούν, καὶ πῦρ τῶν θεμελίων ἐκπηδήσαν ἀπὸν ἀπαντὰς αὐτοὺς κατανάλωσεν.

nostrum genus interiret. Quemadmodum ergo cultis agris opus habemus ad hoc, ut aliamur, ita etiam lignis infrugiferis et lapidibus egemus ad hoc, ut domos ædificemus et alia innumerabilia ex eis componamus.

4. *Quid commodi serpentes et scorpia afferant.* — At serpentes, inquit, scorpia, dracones, et leones, quid ad vitam utile afferunt? et quidnam commodi ex eis percipitur? Plurimum, idque inenarrabile, nec minus certe quam ex mansuetis et cicuribus. Illa enim sunt apta ad usum corporis : hæc vero et tibi metum afferunt, et ut sis modestus et temperatus efficiunt, et ad certamen instruunt, et peccatum primi parentis tibi in memoriam redigunt, et ostendunt quantum malorum causa sit inobedientia. Neque enim ejusmodi feræ antea homini terribiles, nec ab eo fugiendę, sed cicures et mansuetę. Eas itaque deduxit Deus ad Adam, et ipse eis nomina imposuit. Serpens Evam alloquitur, et Eva non refugit (a). Postquam autem præteritum est mandatum, et Deo non est obeditum, plurimum honori detractum est. Quando ergo videris leonem, quando videris serpentem, in mentem revoca, quæ in sacra narrantur historia, et hæc exhibebunt tibi non parvum philosophiæ argumentum. Fac quoque in mentem tibi redeat Daniel, quomodo postquam ad antiquam reversus est imaginem, contemptui illi erant terribiles bestię : quemadmodum et Paulo vipera (*Act. 28*) : nec parvum hinc colliges animi studium, curam et diligentiam. Cum his autem aliunde quoque possumus in his admirari providum Dei consilium et dispensationem. Quodnam? Quod his assignavit loca remota ab urbibus, nempe solitudines : et cum sint adeo terribiles, non versantur in civitatibus, nec irruunt in eos qui in illis habitant, sed eis placet solitudo, et ea contenti sunt, cum Deus ab initio hoc eis assignaverit, ut locum aptum in quo degerent. Quando enim tu dormis, illæ pervadunt solitudinem. Quod etiam propheta alibi ostendit, sic dicens : *Posuisti tenebras, et facta est nox : in ea pertransibunt omnes bestię sylvę* (*Psal. 103. 20*). Vidisti quomodo nunc quoque tibi manent tui vestigia imperii, quæ etsi sint concisa et mutila, habent tamen aliquam speciem veteris honoris? Tamquam enim servæ relegatę sunt, et tempore et loco a nobis procul remotę : ac nisi tu eas invaseris, eæ te non invadunt, sed versantur in solitudinibus. Quod si angeris et afflictaris cur feræ factę sunt, valde desipis. Si enim te recte gesseris, nullum damnum ex eis accipies : si autem a feris damnum accipis, cogita te sæpe multo majus accepisse ab hominibus. Est enim homo quavis fera deterior. Ea enim ipsam præ se fert feriatem : hic autem sub persona humanitatis celat improbitatem : unde etiam fit

(a) Quod Eva ad serpentis occursum non aufugerit, nil mirum : cum, nondum admissio peccato, imperium in feras et bestias obtineret homo : sed quod loquentem audiens serpentem, non exterrita, non obstupescita fuerit, id vero non ita facile explicari potest. Eam vero difficultatem hic non tangit Chrysostomus. Sed, quod etiam ait Hom. 9 in Genesim, argumentum hinc valdum mutiamur, feras ab initio non fuisse homini terribiles, quod Eva serpentem intuitu manserit, et ad ejus conspectum non exhorruerit.

ut sæpe difficile caveatur. Sed si sapueris, nec fera, nec homo aliquid mali faciet, sed etiam maxime te iuvabit. Quid dico, fera et homo, cum ipse quoque diabolus non modo non læserit Job, sed etiam mille coronarum occasio fuerit? quid dico, fera et homo, cum etiam ab iis quæ in te sunt elementis, si fueris negligens, longe sis graviora passurus, nempe a bile vel pituita, si immoderatione aliqua redundantem eorum copiam despexeris? Adeo sobria et vigilantis mente ubique opus est. Sed quemadmodum si fueris negligens, maximum inde damnum accipies: ita si attentus sis et vigilans, non leve nec contemnendum accipiet commodum: universum enim in libero tui animi arbitrio stant est. Quod est ergo nix in universo, et ignis, et spiritus procellarum, hoc est in corpore pituita, sanguis, et bilis; et ea oportet sapientissime regere et administrare, ut ex eis aliqua capiatur utilitas, non autem detrimentum. Et quid dico de corpore, cum anima quoque habeat nonnulla, quæ si siveris pervenire ad immoderationem, morbi fiunt, sed si ea castiges et modereris, fiunt adminicula? Ira enim, si ea ut oportet utaris, est salutare pharmacum: sed si immoderate, causa est exitii. Et cupiditas, si moderate eam regas, te patrem efficit; est enim ad filios procreandos utilis; sed si eam erumpere sinas, in stupra et adulteria te sæpe coniecit. Ne culpam ergo in res conferas, sed semper in tuam mentem. Si eam enim neglexeris, a teipso quoque læderis, et a proprio corpore perderis; sed si ejus curam gesseris, nec a demonibus quidem, nec a diabolo, tantum ahest, ut a feris, aliquid grave aut molestum patiaris.

*Magistratum necessitas.* — 11. *Reges terræ, et omnes populi.* Alius, *Et omnes tribus (a).* *Principes et omnes iudices terræ.* 12. *Juvenes et virgines.* Alius, *Electi. Senes cum junioribus.* Alius, *Cum juvenibus. Laudant nomen Domini.* Hic rursus loquitur de alio genere providentiæ, nempe de principibus: quod Paulus quoque in epistola ad Romanos ponit, sapientissime ostendens hoc fuisse opus Dei providentiæ, in eos qui magistratus gerunt, et in eos qui illis parent, universum divisisse. *Dei enim minister est tibi,* inquit, *in bonum (Rom. 13. 4).* Si hoc autem sustuleris, universum interit. Si enim cum nunc sunt principes et magistratus, multique sunt in eis corrupti ac depravati, tantus tamen rei est usus, ut etiam cum mali sint, magna ex eis capiatur utilitas, cogita apud te, si ii quibus sunt crediti magistratus, eos recte gerent, quanti bene cum genere humano ageretur. Sed magistratus quidem constituere, fuit Dei opus: quod autem improbi ad eos provehantur, et eis non ut decet utantur, est hominum improbitatis.

5. Dicit ergo oportere magnas Deo gratias agere, quod sint et reges, et iudices. Certo enim ordine et modo constitutæ hominum administrationis curam

(a) Hebr. כל־לְאֹמִים, quam vocem Psal. 2, v. 1, Aquila vertit φῶλα, *tribus*. Hæc igitur interpretatio videtur esse Aquilæ, qui solet seniel usurpatam interpretationem ut plurimum adhibere. Sequentes interpretationes quorum sint ignoratur.

gerens, et ne plus quam ferino ritu multi viverent, providens, veluti quamdam curram regendi artem, et navis gubernandæ scientiam, magistratus et regna largitus est. Si ergo sis princeps, aut magistratum geras, benigno Deo age gratias, quod tantæ curæ et diligentiae tibi data sit occasio: si privatus, rursus age gratias, quod habeas qui tui curam gerat, nec permittat, ut te improbi insidiis circumventum opprimant<sup>1</sup>. Seu ad senectutem perveneris, seu sis juvenis, Deo age gratias. Hoc enim maxime probat hic Psalmus per omnia, quod oporteat Deum laudare pro omnibus, seu sis magistratus, seu privatus: et ideo hoc significans dixit, *Et omnes populi.* Seu fueris, inquit, senex, seu juvenis, seu vir, seu mulier. 13. *Quia exaltatum est nomen ejus solius.* Alius, *Quis supereminens.* 14. *Confessio ejus super terram et cælum.* Alius, *Et hymnus ejus. Et exaltabit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis ejus, filiis Israel, populo appropinquanti sibi.* Quod autem dicit est ejusmodi: Ostendi ex iis quæ videntur omnibus, ejus providentiam, gloriam, majestatem: oportet autem ipsum laudare non ob hæc solum, sed etiam absque his: nam ante hæc, et sine his ei obtigit altitudo, gloria, et ab omnibus gratiarum actio. Illud autem, *Ejus solius,* dixit, ut ab iis, qui vere dñi non sunt, distingueretur. Deinde evebens rursus auditorem ad altiore contemplationem, a terra rursus eum in cælum transfert. Quemadmodum enim in principio e cælo in terram descendit: ita ab omnibus quæ videntur offert rursus hominem supra cælum, dicens: *Confessio ejus super cælum et terram.* Hoc est, Etiam supernæ potestates, quæ sub aspectum non cadunt, et intelligentia sola comprehenduntur, non cessant Deo gratias agere et laudare: Deus tamen, qui talis est et tantus, nos quoque dignatus est suum populum vocare: nec solum vocare, sed etiam erigere et extollere. Et ideo subjunxit: *Et exaltabit cornu populi sui:* hæc rursus ratione ad majorem ejus cultum attrahens, et ostendens se non eorum cultu et veneratione indigentem (quomodo enim cui natura est attributa gloria, et tot et tantæ subjectæ sunt creaturæ?), sed propter solam bonitatem eos sibi peculiare effectisse et familiares, clarosque et insignes reddidisse per universum orbem terræ. Quod quidem significans dixit: *Hymnus omnibus sanctis ejus, filiis Israel, populo appropinquanti sibi.* Ne eos enim ideo socordiores et supiores redderet, quod eos populum ejus diceret, et in hoc solo nominæ fiduciam collocantes, animæ virtutem negligerent: postquam dixit, *Hymnus omnibus,* non dixit absolute, *Homnibus,* sed, *Sanctis ejus:* et rursus postquam dixit, *Filiis Israel,* adjecit, *Populo appropinquanti sibi.* Alius autem interpret pro eo quod est *Hymnus,* dixit, *Laus (a).* Quod ergo dicit est ejusmodi: Si sancti sitis, si ei appropinquetis, magnam gloriam consequemini. Sunt enim ejus omnia perennia

<sup>1</sup> Post hæc verba, *insidiis circumventum opprimant,* unus addit, *juvenes et virgines, seniores cum junioribus.*

(a) Quis ita verterit ignoramus. Hebraicum est, לְאֹמִים.

ρίαν τῷ τῆς ἐπιεικείας προσωπεῖω, ὅθεν καὶ πολλάκις ἐστὶ δυσφύλακτος. Ἄλλ' ἐὰν νήφης, οὔτε θηρίον, οὔτε ἀνθρωπῶς σε δεινὸν τι ἐργάσεται, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα ὠφελήσει. Καὶ τί λέγω θηρίον καὶ ἀνθρωπος, ὅπου γε καὶ αὐτὸς ὁ διάβολος οὐ μόνον οὐδὲν ἐδολαφῆ τὸν Ἰὼβ, ἀλλὰ καὶ μυρίων στεφάνων αὐτῷ γέγονεν ἀφορμή; τί λέγω θηρίον καὶ ἀνθρωπον, ὅπου γε καὶ ὑπὸ τῶν ἐν σοὶ κειμένων στοιχείων ἐὰν βραθυμῆσης πολλῶν χαλεπώτερα πείση, οἷον ὑπὸ χολῆς ἢ φλέγματος, ἂν ἀμετρία τινὴ τῶν τούτων πλεονεξίαν περιίδης; Οὕτω πανταχόθεν νηφούσης χρεια διανοίας. Ἄλλ' ὡςπερ βραθυμὸν μεγίστην ἐντεῦθεν ὑποστήσῃ βλάβη, οὕτω νήφων καὶ ἐγρηγορώς οὐ τὴν τυχοῦσαν καρπώση πάλιν ὠφέλειαν· τὸ γὰρ πᾶν ἐπὶ τῇ σῆ κείται γνώμη. Ὅπερ οὖν ἐστὶ χῶν ἐν τῷ παντὶ, καὶ πῦρ καὶ πνεῦμα, τοῦτο καὶ ἐν τῷ σώματι φλέγμα, καὶ αἷμα, καὶ χολή. [496] Καὶ δεῖ μετὰ ἀρίστου λόγου ταῦτα οἰκονομεῖν, ὡς καρποῦσθαι τι παρ' αὐτῶν ὕψελος, ἀλλὰ μὴ βλάπτεσθαι. Καὶ τί λέγω περὶ τοῦ σώματος, ὅπου γε καὶ ἡ ψυχὴ ἔχει τινὰ, ἕπερ ἐὰν ἀφῆς εἰς ἀμετρίαν ἐξελεθῆν, νοσήματα γίνεται, κολαζόμενα δὲ, βοηθήματα; Καὶ γὰρ ὁ θυμὸς, ἂν μὲν εἰς δέον χρῆσθαι, γέγονέ σοι φάρμακον σωτηρίας· ἂν δὲ ἀμέτρως, γέγονεν ἀπωλείας ὑπόθεσις. Καὶ ἡ ἐπιθυμία, μετὰ μέτρου μὲν οἰκονομυμένη, πατέρα σε ποιεῖ· καὶ μὴν εἰς παιδοποιίαν γέγονε χρήσιμος· ἀφιεμένη δὲ, εἰς πορνείαν καὶ μοιχείαν σε καταβάλλει· πολλάκις. Μὴ δὴ τὰ πράγματα αἰτιῶ, ἀλλὰ πανταχοῦ τὴν σὴν γνώμην, ἂν γὰρ ταύτης ἀμελῆς, καὶ ὑπὸ σαυτοῦ βλαβήσῃ, καὶ ὑπὸ τοῦ οικείου σώματος ἀπολῆ· ἂν δὲ ταύτης ἐπιμελῆ, οὐδὲ ὑπὸ τῶν δαιμόνων, οὐδὲ ὑπὸ τοῦ διαδόλου, μήτι γε ὑπὸ θηρίων, πείση τι δεινὸν καὶ ἀηδές.

**Βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ πάντες λαοί.** Ἄλλος, *Πάντα φύλα. Ἀρχόντες καὶ πάντες κριταὶ γῆς. Νεαρῖσκοι καὶ παρθένοι.* Ἄλλος, *Ἐκλεκτοί. Προσβύτεροι μετὰ νεωτέρων.* Ἄλλος, *Μετάνειν. Αἰνεσάτωσαν τὸ δρομα Κυρίου.* Πάλιν ἕτερον ἐνταῦθα κινεῖ προνοίας εἶδος, τὸ τῶν ἀρχόντων· ὃ καὶ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους εἰσήσει, μετὰ πολλῆς τῆς συνέσεως δεικνύς, ὅτι τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἔργον ἐστὶ, τὸ εἰς ἀρχοντας καὶ εἰς ἀρχομένους τόδε τὸ πᾶν διατάξαι. Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστὶ σοὶ, φησὶν, εἰς τὸ ἀγαθόν. Ἄν δὲ τοῦτο ἀνέλῃς, τὸ πᾶν οἴχεται. Εἰ γὰρ νῦν ὄντων ἀρχόντων καὶ πολλῶν ἐν αὐτοῖς διεσθαρμένων, τοσαύτη τοῦ πράγματός ἐστιν ἡ χρεια, ὡς καὶ κακῶς διακειμένων πολλῆν γίνεσθαι τὴν ὠφέλειαν, ἐνόησον εἰ καλῶς μετεχειρίζον οἱ τὰς ἀρχὰς ἐγχειριζόμενοι, πόσις ἂν τὸ γένος ἀπῆλαυσεν εὐημερίας. Ἄλλὰ τὸ μὲν τυπῶσαι τὰς ἀρχὰς, τοῦ Θεοῦ γέγονεν ἔργον· τὸ δὲ πονηροῦς ἐπὶ τοῦτο ἀγεσθαι, καὶ μὴ εἰς δέον αὐταῖς κεχρησθαι, τῆς τῶν ἀνθρώπων πονηρίας.

ε'. Λέγει τοίνυν, ὅτι καὶ ὑπὲρ τοῦ βασιλέως εἶναι, καὶ ὑπὲρ τοῦ δικαστῆς εἶναι, δεῖ μεγάλας εὐχαριστίας ἀναφέρειν τῷ Θεῷ. Τῆς γὰρ εὐταξίας τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐπιμελούμενος, καὶ τοῦ μὴ θηρίων ἀλογώτερον διακεισθαι τοὺς πολλοὺς, ὡςπερ ἠνοχίαν καὶ κυβερνητικὴν, οὕτως ἀρχὰς καὶ βασιλείας ἐχαρίσατο. Κἂν

ἀρχων τοίνυν ἦς, εὐχαρίσται τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ, ὅτι ἔλαβες ἀφορμὴν τοσαύτης ἐπιμελείας· κἂν ἀρχόμενος, πάλιν εὐχαρίσται, ὅτι ἔχεις τὸν ἐπιμελούμενον, καὶ οὐκ ἀφίεντα σε ὑπὸ τῶν πονηρῶν ἐπιβουλεύεσθαι α. Κἂν εἰς γῆρας ἔλθῃς, κἂν νέος ἦς, εὐχαρίσται τῷ Θεῷ. Τοῦτο γὰρ μάλιστα διὰ πάντων ὁ ψαλμὸς οὕτως κατασκευάζει, ὅτι δεῖ ὑπὲρ πάντων αἰνεῖν αὐτὸν, κἂν ἀρχων ἦς, κἂν τοῦ λαοῦ ἦς. Διὸ καὶ τοῦτο δηλῶν, *Καὶ πάντες*, εἶπε, *λαοί*. Κἂν νέος, [497] φησὶν, ἦς, κἂν γενηρακῶς, κἂν γυνή, κἂν ἀνήρ. Ὅτι ὑψώθη τὸ δρομα αὐτοῦ μόνον. Ἄλλος, Ὅτι ὑπερέχον b. Ἡ ἐξομολόγησις αὐτοῦ ἐπὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ. Ἄλλος, *Καὶ ὁ ὕμνος αὐτοῦ*. Καὶ ὑψώσει κέρας λαοῦ αὐτοῦ. Ὑμνος πᾶσι τοῖς ὄσίοις αὐτοῦ, τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, *λαῶ ἐγγιζοντι αὐτῷ*. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐδειξα μὲν καὶ ἀπὸ τῶν ὀρωμένων ἀπάντων αὐτοῦ τὴν κηδεμονίαν, τὴν δόξαν, τὴν μεγαλωσύνην· δεῖ δὲ αὐτὸν αἰνεῖν οὐ διὰ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τούτων χωρὶς. Καὶ γὰρ καὶ πρὸ τούτων, καὶ τούτων ἄνευ, συγκεκλήρωται αὐτῷ τὸ ὕψος καὶ ἡ δόξα καὶ ἡ παρά πάντων εὐχαριστία. Τὸ καὶ, αὐτοῦ μόνου, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν οὐκ ὄντων c θεῶν εἶπεν. Εἶτα ἀνάγων ἐπὶ μείζονα τὸν ἀκροατὴν ἐννοίαν, πάλιν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν αὐτὸν μετατίθησιν. Ὅσπερ γὰρ ἀρχόμενος ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ πρὸς τὴν γῆν κατέβη, οὕτως ἀπὸ τῶν ὀρωμένων ἀπάντων ἀνάγει πάλιν αὐτὸν ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν, λέγων· Ἡ ἐξομολόγησις αὐτοῦ ἐπὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ. Τουτέστιν, εἰ καὶ αἱ ἄνω δυνάμεις αἱ ἀόρατοι καὶ νοεραὶ οὐ παύονται εὐχαριστοῦσαι καὶ ἀνυμνοῦσαι, ἀλλ' ὅμως ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικούτος Θεὸς κατηξίωσε λαὸν αὐτοῦ καὶ ἡμᾶς ὀνομάσαι, καὶ οὐκ ὀνομάσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπᾶραι καὶ ὑψῶσαι. Διὸ καὶ ἐπήγαγε· *Καὶ ὑψώσει κέρας λαοῦ αὐτοῦ*, ταύτη πάλιν αὐτοῦς ἐπισπῶμενος πρὸς μείζονα αὐτοῦ θεραπείαν, δεικνύς ὅτι οὐ τῆς παρ' αὐτῶν δεόμενος θεραπείας, (πῶς γὰρ ὁ φύσει συγκεκλήρωμένη ἔχων τὴν δόξαν καὶ τοσαύτην κτίσιν ὑποτεταγμένην;) ἀλλὰ δι' ἀγαθότητα μόνην ὑπεκώσατο αὐτοῦς ἑαυτοῦ, καὶ περιφανεῖς ἐποίησε καὶ λαμπροῦς πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης. Ὅπερ οὖν καὶ δηλῶν ἔλεγεν· Ὑμνος πᾶσι τοῖς ὄσίοις αὐτοῦ, τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, *λαῶ ἐγγιζοντι αὐτῷ*. Ἰνα γὰρ μὴ ταύτη πάλιν βραθυμότερους ποιῆσῃ καὶ ὑπτιωτέρους τῷ λέγειν, καὶ λαὸς αὐτοῦ, καὶ τούτῳ μόνῳ θαρρόντες τῆς κατὰ ψυχὴν ἀμελῶσι τῆς ἀρετῆς· εἰπὼν, Ὑμνος πᾶσιν, οὐχ ἀπλῶς εἶπε, *Τοῖς ἀνθρώποις*, ἀλλὰ, *Τοῖς ὄσίοις αὐτοῦ*· καὶ πάλιν εἰπὼν, *Τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ*, προσέθηκε, *λαῶ ἐγγιζοντι αὐτῷ*. Ἐτερος δὲ ἐρμηνευτῆς, ἀντὶ τοῦ Ὑμνος, Ἐπαινος εἶπεν. Ὁ τοίνυν λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· ἐὰν ἦτε ὄσιοι, Ἐὰν ἐγγιζήτε αὐτῷ, πολλῆς ἀπολαύσεσθε δόξης. Τὰ μὲν γὰρ αὐτοῦ πάντα διαρκῆ d ἐστίν, οὕτω πλουτοῦντος καὶ τοσαύ-

a Post ἐπιβουλεύεσθαι πους addit νεαρῖσκοι καὶ παρθένοι, προσβύτεροι μετὰ νεωτέρων.

b Cujus sit haec lectio ignoratur, ut et sequens καὶ ὁ ὕμνος αὐτοῦ.

c Savil. οὐκ ὄντων. Infra idem ὡσπερ δὲ ἀρχόμενος Μοχ idem in marg. οὕτως ἀπὸ τῆς θαλάσσης καὶ τῶν ὀρωμένων ἀπάντων... ὑπὲρ τὸν οὐρανόν.

d Alius ἔτοιμα.

την δόξαν ἔχοντος. Δεῖ δὲ καὶ τὰ παρ' ἡμῶν λοιπὸν ἀκολουθεῖν, καὶ πολλῆς ἀπολαύσομεν καὶ ἡμεῖς τῆς περιφανείας, χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

[498] Εἰς τὸν ΠΜΘΨ ΦΑΛΜΟΝ.

Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ἄσμα καινόν.

α'. Κατὰ μὲν ἀναγωγὴν τὸ τῆς Καινῆς Διαθήκης ἄσμα καινὸν εἴρηται. Πάντα γὰρ τότε γέγονε καινά. Διαθήκη· Διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκη, φησὶ, καινήν. Κτίσις· *Εἰ τις ἐν Χριστῷ*, φησὶ, *καινὴ κτίσις*. Ἄνθρωπος· *Ἀπεκδυσάμενοι*, φησὶ, *τὸν κλισίον ἀνθρώπου, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν νέον, τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν κατ' εἰκόνα τοῦ κτισαντος αὐτόν*. Διὰ τὴν καινὴν τοίνυν ζωὴν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, Διαθήκη Καινὴ λέγεται, καὶ ἄσμα καινὸν τὸ ταύτης ἄδειν νῦν ὁ προφήτης προτρέπει. Κατὰ δὲ ἱστορίαν\*, ὁ ἐπὶ νίκαις, ὁ ἐπὶ κατορθώμασιν, ὁ ἐπὶ τροπαίοις ἔμελλον ἄδειν, λαμπρὸν καὶ ἐπίσημον. Ἡ υἱεῖσις αὐτοῦ ἐν Ἐκκλησίᾳ ὁσίωσιν.

Ὁρᾷς πῶς πρὸ τῶν βημάτων τὴν διὰ τοῦ βίου καὶ τῶν ἔργων εὐχαριστίαν ἐπιζητεῖ, καὶ τούτους εἰς τὸν χορὸν ἄγει τὸν ὑμνούμενον<sup>β</sup>; Οὐ γὰρ ἄρκει τὸ διὰ βημάτων εὐχαριστεῖν μόνον, ἀν μὴ καὶ ἡ διὰ τῆς πράξεως ἀρετῆ συμβαίη. Ἡ υἱεῖσις αὐτοῦ ἐν Ἐκκλησίᾳ ὁσίωσιν. Καὶ ἑτερόν τι ἐνταῦθα παιδεύει. Δείκνυσι γὰρ, ὅτι ὁμοῦ καὶ μετὰ συμφωνίας ἀπάσης δεῖ τὰς εὐφημίας ἀναφέρειν. Ἐκκλησία γὰρ συστήματος καὶ συνόδου ἐστὶν ὄνομα. *Εὐφρανθήτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τῷ ποιήσαντι αὐτόν*. Πρὸ τῶν ἰδικίων εὐεργεσιῶν τίθησι τὴν καθολικὴν, μονονουχί τοῦτο, δι' ὧν ἐπήγαγε, παραινῶν καὶ λέγων· *Εὐχαριστεῖτε τῷ Θεῷ, ὅτι οὐκ ὄντα σε παρήγαγε, καὶ ψυχὴν ἐνέπνευσεν*. Οὐ μικρὸν γὰρ καὶ τοῦτο εὐεργεσίας μέρος. Ἐνταῦθα δὲ καὶ πλεον τι δείκνυσιν. Οὐ γὰρ ἀπλῶς τὴν δημιουργίαν, ἀλλὰ τὴν οικειότητα ἐμφαίνει τῷ οὕτως εἰπεῖν· καὶ εὐχαριστεῖν παρακελεύεται, οὐχ ὅτι ἐποίησεν αὐτόν, ἀλλ' ὅτι καὶ οἰκεῖον λαόν. Ὁρᾷς πῶς; ἔνωσεν αὐτὸν τῷ Θεῷ καὶ συνάπτων οὐχ ἀπλῶς εὐχαριστεῖν βούλεται, ἀλλὰ μετὰ ἡδονῆς, μετὰ εὐφροσύνης, καὶ διαθερμαινόμενον τὴν διάνοιαν; Ταῦτα γὰρ πάντα διὰ τοῦ, *Εὐφρανθήτω, ἠνίκατο*. Τὴν διάθεσιν οὖν ζητεῖ<sup>γ</sup> τοῦ εὐχαριστοῦντος, ἵνα ἐκκαίηται τῷ πόθῳ, ἵνα διεγείρηται τῷ φίλτρῳ, ἵνα ὁλος ἀνακέηται τῷ ὑμνουμένῳ Θεῷ· καθάπερ καὶ ἀλλαχοῦ τὸ αὐτὸ δηλῶν ἔλεγεν, *Ὅν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὕδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχὴ μου πρὸς σέ, ὁ Θεός*. Καὶ πάλιν, *Ἐδίψησεν ἡ ψυχὴ μου πρὸς τὸν Θεόν τὸν ἰσχυρόν, τὸν ζῶντα*. Καὶ πάλιν, *Ἐδίψησέ σε ἡ ψυχὴ μου, ποσσαπλῶς σοι ἡ σὰρξ μου, ἐν γῆ ἐρήμῳ, καὶ ὕδατι, καὶ ἀνύδρῳ* ὅπερ ἕτερος ἐρμηνευτής, *Ὡς ἐν γῆ διψᾷ, εἶπε*. Βουλόμενος γὰρ τὴν διάθεσιν τῆς ἐζυτοῦ παραστήσαι ψυχῆς καὶ τὸν πόθον, γῆ παραβάλλει διψᾷ, ἐλάφῳ διψώσῃ. [499] Καὶ διὰ βημάτων δὲ πάλιν τὸν αὐτὸν πόθον ἐνδείκνυται, λέγων· *Πότε ἤξω καὶ ἐρῶμαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ*; Τοιαῦτα γὰρ αἱ τῶν ἁγίων ψυχαί, ὡςπερ καὶ ἡ Παύλου στενάζουσα ἐποιεῖ τῇ μελλήσει τῆς ἐντεῦθεν

ἀποδημίας. *Καὶ υἱοὶ Σιών ἀγαλλιάσθησαν ἐπὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν*. Ὁρᾷς ὅτι τοῦτο, ὅπερ ἐφθην εἶπῶν, ἐνταῦθα αἰνιττεται, τὴν οἰκείωσιν, τὸ ἐξαιρετόν αὐτοῦ εἶναι λαόν; Διὰ δὲ τοῦτο καὶ ἐπήγαγε τὸ, *Ἐπὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν*, τοῦτο δηλῶν. Οὐ γὰρ δὴ κατὰ τὸν τῆς δημιουργίας λόγον μόνον ἦν βασιλεὺς, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν τῆς οἰκειώσεως. *Ἀνεσάτωσαν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν χορῷ*. Ὅρα πάλιν καὶ ταύτην τὴν συμφωνίαν διαλάμπουσιν. Διὰ γὰρ τοῦτο χοροί, ἵνα ποιῆ πάντες καὶ ὁμοθυμαδὸν ἀναφέρωσι τὰς εὐφημίας. Τοῦτο καὶ Παῦλος δηλοῖ λέγων, *Μὴ καταλιμπάνετε τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν*. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ εὐχὴ τοῦτο αἰνιττεται, ἀπὸ τοῦ κοινού πάντων ἀναγερομένη· *Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*· καὶ, *Ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν*· καὶ, *Μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν*· καὶ, *Ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ ποτηροῦ*· τῷ πληθυντικῷ ὀνόματι κεχημένους<sup>δ</sup>. Οὕτω καὶ τὸ παλαιὸν ἐπαιδεύοντο μετὰ συμφωνίας ψάλλειν καὶ ἄδειν τῷ Θεῷ, πανταχόθεν εἰς ἀγάπην ἀλειφόμενοι καὶ ὁμόνοια· *Ἐν τυμπάνῳ καὶ ψαλτηρίῳ ψαλδῶσαν αὐτῷ*.

β'. Τινὲς μὲν καὶ τούτων τῶν ὀργάνων τὸν λόγον κατὰ ἀναγωγὴν ἐκλαμβάνοντες, λέγουσιν ὅτι τὸ μὲν τυμπανὸν τὴν νέκρωσιν τῆς σαρκὸς ἡμῶν ἐπιζητεῖ, τὸ δὲ ψαλτήριον τὸ πρὸς τὸν οὐρανὸν βλέπειν. Καὶ γὰρ ἔνωθεν τὸ ὄργανον τοῦτο κινεῖται, οὐ κάτωθεν, ὡςπερ ἡ κιθάρα. Ἐγὼ δὲ ἐκεῖνον ἀν εἰποιμι, ὅτι τὸ παλαιὸν οὕτως ἦγοντο διὰ τῶν ὀργάνων τούτων, διὰ τὴν παχύτητα τῆς διανοίας αὐτῶν, καὶ τὸ ἄρτι ἀπεσπάσθαι ἀπὸ τῶν εἰδύλων. Ὅσπερ οὖν τὰς θυσίας συνεχώρησεν, οὕτω καὶ ταῦτα ἐπέτρεψε, συγκαταβαλὼν αὐτῶν τῇ ἀσθενείᾳ. Ἀπαιτεῖ τοίνυν ἐνταῦθα τὸ μεθ' ἡδονῆς ἄδειν· τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ, *Ἀνεσάτωσαν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν χορῷ*, τὸ μετὰ συμφωνίας, τὸ μετὰ βίου καθαροῦ. Εἶτα πάλιν εἰς πλεονα προθυμίαν αὐτοὺς διεγείρων, λέγει καὶ τοῦ ὁμολοῦμένου τὴν εὐνοίαν τὴν περὶ αὐτοῦ. Ἐπάγει γὰρ· *Ὅτι εὐδοκεῖ Κύριος ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ*. Τί ταύτης Ἰσον γένοιτ' ἂν τῆς εὐμερίας, ὅταν ὁ Θεὸς ἰδῷς ἡ; *Καὶ ὑψώσῃ πραεῖς ἐν σωτηρίᾳ*. Ὅρα πάλιν πῶς καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τίθησι, καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων. Ὅσπερ οὖν ἄνω τὴν εὐχαριστίαν παρ' αὐτῶν ἀπαιτῶν, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ εἰσηγεῖ, λέγων· *Ὅτι εὐδοκεῖ Κύριος ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ*· οὕτω καὶ ἐνταῦθα πάλιν ἐπαγγελλόμενος τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἀπαιτεῖ καὶ τὰ παρὰ ἀνθρώπων, λέγων· *Καὶ ὑψώσῃ πραεῖς ἐν σωτηρίᾳ*. Τὸ μὲν γὰρ ὑψῶσαι, τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ πρῶτον εἶναι, τῶν ἀνθρώπων. Οὐ γὰρ γίνεται τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἐὰν μὴ τὰ παρὰ ἀνθρώπων προηγήσεται<sup>ε</sup>. Καὶ ὅρα τῆς δωρεᾶς τὸ μέγεθος. Οὐκ εἶπε, *Ἐύωσαι*, ἀπλῶς, ἀλλ', *Ἰψώσῃ ἐν σωτηρίᾳ*. Τουτέστιν, οὐκ ἀπαλλάξει τῶν δεινῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ περιβλέπτους ποιήσει καὶ περιφανεῖς, [500] μετὰ τῆς σωτηρίας καὶ τὴν δόξαν αὐτοῖς παρέχων. Τοῦτο γοῦν καὶ διασαφῶν ἐπήγαγε πάλιν, λέγων· *Καυχῆσονται ὁσίοι ἐν δόξῃ*. Ὅσπερ ἔχει πραεῖς ἐπιζητεῖ, οὕτως ἐνταῦθα ὁσίωσιν. Πανταχοῦ γὰρ ὁ Θεὸς μετὰ θαυμάτων τὰ ἑαυτοῦ πάντα ἐπιδείκνυται. Οὕτως αὐτοῦς ἀπέβλαξεν Αἰγύπτου, οὕτως ἐπανήγαγεν ἀπὸ Βαβυλῶνος, οὐκ ἐν τῇ τῶν δεινῶν ἀπαλλαγῇ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ θαύματι τῶν γινόμενων<sup>ε</sup> λαμπερότερους αὐτοῦς

\* Ἦνυσ διὰ τοῦτο καὶ ζωὴ καινὴ, καὶ τὰ ἄλλα πάντα· διὰ τοῦτο καινὴ διαθήκη λέγεται. Κατὰ τὴν ἱστορίαν.

<sup>β</sup> Ἦνυσ τῶν ὑμνούμενων αὐτῶν.

<sup>γ</sup> Ἦνυσ ἐπιζητεῖ.

<sup>δ</sup> Ἦνυσ κεχημένοι. Savil. eonj. κεχημένοι.

<sup>ε</sup> Ἦνυσ ἐπηται.

<sup>ε</sup> Ἦνυσ ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ τῶν ἡγουμάτων ἐπιδείξει.

et perpetua<sup>1</sup>, ut qui sit tam dives, et tantam gloriam habeat. Oportet autem nostra quoque deinceps consequi, et nos etiam insignem splendorem assequemur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

### IN PSALMUM CXLIX.

#### 1. Cantate Domino canticum novum.

1. Si spectetur quidem anagoge, dictum est Novi Testamenti novum canticum. Facta sunt enim tunc nova omnia. Testamentum: *Statuam enim, inquit, vobis testamentum novum (Jer. 31. 31)*; creatura: *Si qua enim, inquit, in Christo nova creatura (2. Cor. 5. 17)*; homo: *Exnentes, inquit, veterem hominem, et induentes novum qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus qui creavit ipsum (Coloss. 3. 9)*. Propter novam ergo vitam, et alia omnia, dicitur Novum Testamentum, et novum ejus canticum adhortatur nunc canere propheta. Si autem spectetur historia, novum est canticum, quod pro victoriis, pro rebus recte gestis, pro successu prospero, pro tropæis ac triumphis clarum et inigne erant decantaturi. *Laus ejus in Ecclesia sanctorum.*

*Gratiarum actio in quo consistat.* — Vides quomodo ante verba requirit gratiarum actionem, quæ sit per vitam et bona opera: et hos deducit in chorum laudantium? Non sufficit enim verbis solum gratias agere, nisi etiam factorum virtus concurrat. *Laus ejus in Ecclesia sanctorum.* Aliud quoque hic docet. Ostendit enim oportere simul et cum omni concentu laudes offerre. Ecclesia enim est nomen conventus et congregationis. 2. *Letetur Israel in eo qui fecit eum.* Ante singularia beneficia ponit generale, per ea quæ subjungit propemodum adhortans et dicens: Age Deo gratias, quod cum non desierit, et tibi animam inspiraverit. Non est enim hoc quoque parvum genus beneficii. Hic autem aliquid etiam ostendit amplius. Non solum enim ostendit creationem, sed etiam familiaritatem et conjunctionem demonstrat sic dicendo: et jubet gratias agere, non solum quod ipsum fecerit, sed etiam quod suum populum. Vides quomodo eum uniens et conjungens Deo, non vult eum solummodo gratias agere, sed cum gaudio, cum lætitia, ardentique et incitato animo. Hæc enim omnia significavit per illud, *Lætetur.* Ejus ergo qui agit gratias, requirit affectionem, ut ardeat desiderio, ut excitetur amore, ut Deo qui laudatur, totus omnino deditur: sicut hoc ipsum quoque alibi significans dicebat, *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus (Psal. 41. 2)*. Et rursus, *Sitivit anima mea ad Deum fortem, vivum (Ibid. v. 3)*. Et rursus, *Sitivit te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea in terra deserta, in via, et iniquosa (Psal. 62. 2)*: quod quidem alius interpretes (a) dixit, *Sicut in terra sitibunda.* Volens enim sui animi affectionem et desiderium ostendere, eum comparat terræ sitibundæ, et cervo sitienti. Rursus

<sup>1</sup> Alius, *sicut enim omnia ejus prævata.*

(a) Hic interpretes est Symmachus.

quoque verbis ostendit idem desiderium, dicens, *Quando veniam et apparebo ante faciem Dei (Psal. 41. 3)*? Tales enim sunt sanctorum animæ, sicut anima Pauli, quæ, quod excessus ex hac vita differretur, ingemiscebat. *Et filii Sion exsultent in rege suo (2. Cor. 5. 4)*. Vides eum significare, id quod antea dixi, per familiaritatem et conjunctionem esse electum ejus populum? Et ideo subjungit illud, *In rege suo.* Non erat enim solum Rex ratione opificii, sed etiam ratione conjunctionis. 3. *Laudent nomen ejus in choro.* Vide rursus et hunc resplendere concentum. Ideo enim instituti sunt chori, ut omnes simul concordibus animis laudes offerant. Hoc enim significat Paulus per hoc quod dicit, *Non relinquentes congregationem suam (Hebr. 10. 25)*. Hoc autem significat etiam precatio, quæ simul affertur ab omnibus: *Pater noster, qui es in cælis (Matth. 6. 9)*; et, *Dimitte nobis debita nostra (Luc. 11. 4)*; et, *Ne nos inducas in tentationem*; et, *Libera nos a malo (Matth. 6. 13)*: nomine plurali ubique utentes. Ita etiam docebantur antiquitus cum numero concentu Deo canere et psallere, omni ratione instituti ad caritatem et concordiam: *In tympano et psalterio psallant ei.*

2. *Psalterium superne movetur.* — Nonnulli quidem horum instrumentorum rationem sumentes anagoge, dicunt tympanum quidem requirere carnis nostræ mortificationem, psalterium autem, ut in cælum aspiciatur. Hoc enim instrumentum a superna parte movetur, non ab inferna, ut cithara. Ego autem illud dixerim, eos per hæc instrumenta olim sic ductos fuisse, propter ingenli eorum hebetudinem, et quod paulo ante avulsæ essent a simulacris. Quemadmodum ergo concessit sacrificia, ita etiam hæc permisit, ad imbecillitatem eorum se accommodans. Ab eis ergo hic exigit ut canant cum gaudio. Hoc enim sibi vult illud, *Laudent nomen ejus in choro, cum modulato concentu, cum vita pura.* Deinde eos rursus ad majorem animi alacritatem excitans, dicit ejus qui canitur in eos benevolentiam. Subjungit enim: 4. *Quia beneplacitum est Domino in populo suo.* Quid cum hac possit prosperitate conferri, quando Deus fuerit clemens et propitius? *Et exaltabit mansuetos in salute.* Vide rursus quomodo ponat et quæ Dei sunt, et quæ hominum. Quemadmodum ergo superius ab eis gratiarum actionem exigens, quæ Dei sunt intulit dicens: *Quia beneplacitum est Domino in populo suo*: ita etiam hic rursus quæ Dei sunt promittens, ea etiam exigit quæ sunt hominum, dicens: *Et exaltabit mansuetos in salute.* Exaltare enim est Dei: mansuetum autem esse, hominum. Quæ enim a Deo proficiunt, non sunt nisi processerint ea quæ sunt hominum. Vide autem doni magnitudinem. Non dixit, *Salvabit*, quoquo modo, sed, *Exaltabit in salute.* Hoc est, Non solum liberabit a malis, sed faciet etiam claros et conspicuos, cum salute eis quoque præbens gloriam. Hoc itaque explanans rursus subjungit, dicens: 5. *Exsultabunt sancti in gloria.* Quemadmodum illic requirit mansuetos, ita hic etiam sanctos. Deus enim ubique sua omnia ostendit cum miraculis. Ita eos liberavit ab Ægypto,

ita eos reduxit a Babylone, non solum in liberatione, sed etiam in rerum gestarum miraculo<sup>1</sup> eos clariores efficiens. *Latabuntur in cubilibus suis.* Magnam ostendit securitatem, quando hæc subjungit, magnam quietem, magnam lætitiã, magnam voluptatem. Hæc autem dicit, ut sciant non suis armis, nec suis viribus, sed Dei auxilio id totum factum esse, et oportere id attrahere per humilitatem et mansuetudinem. 6. *Exaltationes Dei in gutture eorum, et gladii accipites in manibus eorum; 7. ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.* Ostendit hic bellum cum chœrea gerendum, et ipsos si canant et laudent superaturos esse. *Exaltationes* enim dicit hymnos, psalmos, gratiarum actiones. Et ideo *Exaltationes* alius dicit *Hymnos* (a). *Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.* Quid hoc est? Quoniam qui vicerant, assidue probra in eos ingerebant, pollicetur se rebus ipsis eos redarguturum, ostensurum non Dei imbecillitatem, sed ipsorum peccata dedisse eis victoriam. Cum itaque satis pœnarum dedissent, solum annuit benignus et clemens Deus, et res eorum in admirabilem venere mutationem. Vide autem insignem victoriam. Subjungit enim et dicit: *Ad alligandos reges eorum in compedibus, et nobiles eorum in manicis ferreis.* Vidisti vires ingentes? Non solum enim expulerunt hostes ac rejecerunt, sed iis etiam captis reversi sunt, Dei potentiam omnibus ostendentes. 9. *Ut faciant in eis iudicium conscriptum.* Quid est, *Judicium conscriptum*? Apertum, manifestum, quod est in confesso, quod non potest dari oblivioni. Quæ enim Dei sunt, sunt ejusmodi, ut et rerum gestarum magnitudine et miraculorum excellentia in omne tempus extendantur. Talis ergo erit, inquit, victoria, et tale tropæum, ut sit omnibus manifestum, æque apertum, ac si esset in columna scriptum, et nunquam delebitur. *Gloria hæc est omnibus sanctis ejus.* Quænam ea est? Vicisse, vel potius non absolute vicisse, sed ita vicisse per Dei opem, per supernum auxilium. Vide autem quomodo rursus assidue meminit sanctorum, eos ad bene institundæ vitæ et virtutis studium excitans. Mihi autem videtur non victoriam tantum dicere gloriam, sed laudes, hymnos, et cantica, docens per omnia, quod qui Deum laudant, magnam gloriæ accessionem suscipient, et se clariores efficient, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium, in sæcula sæculorum. Amen.

#### IN PSALMUM CL.

*Laudate Deum in sanctis ejus.* Alius, in sancto suo.

Alius, *In sanctificato suo* (b).

Vel hoc hic dicit de populo, vel de vita sancta et de sanctis viris. Vide autem quomodo librum rursus concluderit gratiarum actione, docens nos oportere hoc esse principium et finem eorum, quæ et facimus et dicimus. Et ideo dicit Paulus: *Omne quodcumque*

*facitis in sermone et opere, semper gratias agite Deo et Patri per ipsum* (Col. 3. 17). Ita etiam precationis nostræ proœmium hinc capit initium. Dicere enim, *Pater noster*, est eorum qui agunt gratias propter dona quæ acceperunt, et ea omnia per hoc nomen ostendunt. Qui enim dixit patrem, confessus est filiorum adoptionem: qui autem confessus est adoptionem, justitiam, sanctificationem, redemptionem, peccatorum remissionem, suppeditationem sancti Spiritus prædicavit. Oportet enim hæc omnia prius exstitisse, ut nos filiorum adoptione sic fruamur, et qui patrem vocemus digni habeamur. Mihi autem videtur aliud quoque innuere dicens: *In sanctis enim suis*, id est, per sanctos suos. Gratias ergo agite, quod talem vivendi formam in vitam introduxerit, vel etiam homines angelos effecerit. Et ideo cum prius dixisset, *In sanctis*, subjunxit: *Laudate eum in firmamento virtutis ejus*: id quod jam dixi indicans. Hoc est enim Deo magis curæ quam illud. Cælum enim propter hominem, non propter cælum homo factus est. Alius autem pro eo quod est, *In firmamento*, dixit, *Indelebili*. Alius, *In firmamento imperii ejus* (a). Porro aliud quoque mihi videtur significare, sicut in priori Psalmo. Quemadmodum enim illic dicit, *Laudate eum angeli ejus*: ita etiam hic dicit, *Laudate eum in firmamento ejus* (Psal. 148. 2): hoc est, Qui estis in firmamento ejus. Non cessat enim assidue supernas quoque potestates assumere sociis laudationis. 2. *Laudate eum in virtutibus ejus* (b). Alius, *Per potentias ejus*. Hebræus autem dicit, *Begeburothau*. Hoc est autem quod dicit: *Laudate eum propter vires ejus*, propter potentiam ejus, propter miracula ejus, propter virtutem, quam ostendit per omnia, quæ sunt infra, quæ sunt supra, quæ communiter fiunt, et quæ privatim, quæ sigillatim, et quæ perpetuo. *Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.* Et quomodo fieri potest ut laudem emittat, quæ ejus magnitudinis multitudini respondeat? Non dicit laudem quæ respondeat, sed, *Quantam*, inquit, potes animo comprehendere multitudinem ejus magnitudinis, tantam et talem offer: quantum tibi conceditur, qualem par est offerre magno Deo et supra modum magno eum qui homo est: nemo enim potest dignam offerre. Vidisti desiderium animi? vidisti inflammata mentem, quæ urget, invitat, et contendit, ut et propriam imbecillitatem superet, et ad ipsum deinceps cælum evolet, quæ Deo est colligata, et ei magno desiderio addicta? 4. *Laudate eum in sono tubæ.* Alius, *Per sonum cornæ* (c). *Laudate eum in psalterio et cithara.* Alius, *Per nablum et lyram*. 5. *Laudate eum in tympano et choro; laudate eum in chordis et organo.* Alius, *Per chordas et citharam*. 6. *Laudate eum in cymbalis bene sonantibus;*

(a) Prior interpretatio est Symmachi, posterior Aquilæ.

(b) Hebraice בְּבִרְיָתָיו, in fortitudinibus ejus.

<sup>1</sup> Unus, sed etiam in miraculorum productione.

(a) Gr. ὑμνολογίας. Quis ita verterit ignoro. Certe non videtur satis idonea vocis, ἕρμηνεύω, interpretatio.

(b) Prior interpretatio est Symmachi, posterior Aquilæ. Vide in Hexaplis.

(c) Hæc interpretatio est Symmachi. Hic textus desinebat in Savil. et Morel., ubi illud, *Laudate eum in psalterio et cithara*, desiderabatur: ita ut sequens interpretatio ad priorem partem versiculi pertinere perperam videretur. Illud unum, *per nablum et lyram*, cujus interpretatio aliquaratur. Perinde utescitur cujus sint illa, in chordis et cithara.

ἐργασάμενος. Καὶ ἀγαλλιάσονται ἐπὶ τῶν κοιτῶν αὐτῶν. Πολλὴν δείκνυσι τὴν ἀδειαν, ἐξ ἧν οὕτως ἐπήγαγε, πολλὴν τὴν ἀνεσιν, πολλὴν τὴν εὐφροσύνην, πολλὴν τὴν ἡδονήν. Ταῦτα δὲ λέγει, ὥστε εἰδέναι αὐτοὺς, ὅτι οὐκ οἰκειοῖς ὄπλοις, οὐδὲ οἰκείᾳ δυνάμει, ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ ῥοπῇ τὸ πᾶν γέγονε, καὶ δεῖ ταύτην ἐπισπᾶσθαι δεῖ διὰ ταπεινοφροσύνης καὶ πραότητος. *Αἱ ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ λαρῦγγι αὐτῶν, καὶ αἱ ῥομφααὶ διστομοὶ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν τοῦ ποιῆσαι ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἐλεγμοὺς ἐν τοῖς λαοῖς.* Ἐνταῦθα τὸν μετὰ χορείας πόλεμον δηλοῖ, καὶ ὅτι βδόντες καὶ ὑμνοῦντες οὕτω περιέσσονται. Ὑψώσεις γὰρ τὰς ὑμολογίας, τὰς ψαλμωδίας, τὰς εὐχαριστίας λέγει. Διὸ καὶ ἕτερος τὰς Ὑψώσεις, Ὑμολογίας εἶπε. *Τοῦ ποιῆσαι ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἐλεγμοὺς ἐν τοῖς λαοῖς.* Τί ἐστι τοῦτο; Ἐπειδὴ τὸν πάντα χρόνον κρατήσαντες ὠνείδισον, ἐλέγξει αὐτοὺς διὰ τῶν ἔργων ἐπαγγέλλεται, καὶ δείξει διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν, ὅτι οὐχ ἡ τοῦ Θεοῦ ἀσθένεια, ἀλλ' αἱ αὐτῶν ἀμαρτίαι ἔδωκαν αὐτοῖς κρατήσαι. Ὅτε γοῦν δίκην ἔδωσαν ἰκανήν, ἔνευσε μόνον ὁ φιλόανθρωπος Θεός, καὶ τὰ πράγματα εἰς θαυμαστήν ἤθε μεταβολήν. Καὶ ὄρα τῆς νίκης τὴν ὑπερβολήν. Ἐπάγει γὰρ καὶ λέγει: *Τοῦ δῆσαι τοὺς βασιλεῖς αὐτῶν ἐν πῆδαις, καὶ τοὺς ἐνδόξους αὐτῶν ἐν χειροπέδαις σιδηραῖς.* Εἶδες περιουσίαν ἰσχύος; Οὐ γὰρ ἀπήλασαν τοὺς πολεμίους μόνον, οὐδὲ ἀπώσαντο, ἀλλὰ καὶ δεσμώτας λαβόντες ἐπανήθλον, πᾶσιν ἐπιδεικνύμενοι τοῦ Θεοῦ τὴν ἰσχύν. *Τοῦ ποιῆσαι ἐν αὐτοῖς κρίμα ἔγγραπτον.* Τί ἐστι, *Κρίμα ἔγγραπτον*; Φανερόν, ὠμολογημένον, οὐ δυνάμενον λήθη παραδοθῆναι. Τὰ γὰρ τοῦ Θεοῦ τοιαῦτα· καὶ τῷ μεγέθει τῶν κατορθωμάτων, καὶ τῇ τῆς θαυματουργίας ὑπερβολῇ εἰς πάντα διατείνεται τὸν χρόνον. Τοιαῦτη οὖν ἐστὶ ἡ νίκη, φησὶ, καὶ τοιοῦτον τὸ τρόπαιον, ὡς ἅπασιν εἶναι δῆλον, οὕτω σαφές, καθάπερ ἐν στήλῃ γεγραμμένον, καὶ μηδέποτε ἐξαλειφόμενον. *Δόξα αὐτῇ ἐστὶ πᾶσι τοῖς ὄσίοις αὐτοῦ.* Ποία αὕτη; Τὸ νικῆσαι, μᾶλλον δὲ οὐ τὸ νικῆσαι ἀπλῶς, ἀλλὰ τὸ οὕτω νικῆσαι, διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ συμμαχίας, διὰ τῆς ἀνωθεν ῥοπῆς. Ὅρα δὲ πῶς τῶν ὁσίων μὲνηται, διεγείρων αὐτοὺς εἰς τὴν τοῦ βίου καὶ τῆς ἀρετῆς ἐπιμέλειαν. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, οὐχὶ τὴν νίκην μόνον λέγει δόξαν, ἀλλὰ καὶ τὸν αἶνον, καὶ τὰς μελωδίας, καὶ τοὺς ὕμνους, παιδεύων διὰ πάντων, ὅτι Θεὸν ἀνυμνοῦντες, μεγάλην ἑαυτοῖς περιθήσουσι δόξαν, καὶ λαμπροτέρους ἑαυτοὺς ἀποφανοῦσι, χάριτι [501] καὶ φιλοανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

#### Εἰς τὸν ΠΝΨΑΛΜΟΝ.

*Αἰνεῖτε τὸν Θεὸν ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ.* Ἄλλος, *Ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ.* Ἄλλος, *Ἐν τῷ ἡγιασμένῳ αὐτοῦ.*

Ἡ περὶ τοῦ λαοῦ ἐνταῦθα τοῦτη λέγει, ἢ περὶ βίου ἁγίου καὶ ἀνδρῶν ἁγίων. Ὅρα δὲ πῶς τὸ βιβλίον κατέκλεισε πάλιν εἰς εὐχαριστίαν, παιδεύων ἡμᾶς ὅτι

τοῦτο καὶ ἀρχὴν καὶ τέλος εἶναι δεῖ καὶ τῶν πραγμάτων καὶ τῶν ῥημάτων ἡμῶν. Διὸ καὶ Παῦλός φησι: *Πᾶρ ὁ τι ἂν ποιῆτε ἐν λόγῳ καὶ ἔργῳ, πάντοτε εὐχαριστεῖτε τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ δι' αὐτοῦ.* Οὕτω καὶ τῆς εὐχῆς ἡμῶν τὸ προοίμιον ἐντεῦθεν ἔχει τὴν ἀρχήν. Τὸ γὰρ λέγειν, *Πατερ ἡμῶν, εὐχαριστοῦντων ἐστὶν ἐπὶ ταῖς γεγενημέναις δωρεαῖς, καὶ πάσας αὐτὰς διὰ τοῦ ὀνόματος τούτου δεικνύντων.* Ὁ γὰρ εἰπὼν Πατέρα, τὴν υἰοθεσίαν ὠμολόγησεν ὁ δὲ τὴν υἰοθεσίαν ὠμολογήσας, τὴν δικαιοσύνην, τὸν ἁγιασμόν, τὴν ἀπολύτρωσιν, τὴν τῶν ἀμαρτημάτων ἄφεσιν, τοῦ Πνεύματος τὴν χορηγίαν ἀνεκέρησε. Δεῖ γὰρ ταῦτα πάντα προὑπάρχειν, ὥστε τῆς υἰοθεσίας ἡμᾶς οὕτως ἀπολαῦσαι, καὶ καλεῖσαι Πατέρα ἀξιωθῆναι. Ἐμοὶ δὲ ἕτερον δοκεῖ αἰνίττεσθαι λέγων· τὸ γὰρ, *Ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ,* τοῦτό ἐστι, διὰ τοὺς ἁγίους αὐτοῦ. Εὐχαριστεῖτε οὖν, ὅτι τοιαύτην πολιτείαν εἰς τὸν βίον εἰσήγαγεν, ἢ τοὺς ἀνθρώπους ἀγγέλους ἐποίησε. Διὸ πρότερον, *Ἐν τοῖς ἁγίοις* εἰπὼν, τότε ἐπήγαγεν. *Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν στερεώματι δυνάμεως αὐτοῦ*· ἐμφαίνων ἕπερ ἐφθην εἰπὼν. Τοῦτο γὰρ μᾶλλον τῷ Θεῷ περισπούδατον, ἢ ἐκεῖνο. Καὶ γὰρ οὐρανὸς διὰ τὸν ἄνθρωπον γέγονεν, οὐκ ἄνθρωπος διὰ τὸν οὐρανόν. Ἐτερος δὲ ἀντὶ τοῦ, *Ἐν στερεώματι, τῷ ἀκαθαίρετῳ* εἶπε. Καὶ ἄλλος, *Ἐν στερεώματι κράτους αὐτοῦ.* Καὶ ἕτερον δέ μοι δοκεῖ αἰνίττεσθαι πάλιν, ὡς ἐν τῷ προτέρῳ ψαλμῷ. Ὡς γὰρ ἐκεῖ εἶπεν, *Αἰνεῖτε αὐτὸν οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ*· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, *Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν στερεώματι αὐτοῦ*· τουτέστιν, οἱ ὄντες ἐν στερεώματι αὐτοῦ. Οὐ γὰρ παύεται συνεχῶς κοινωνοὺς λαμβάνειν τῆς εὐφρημίας τὰς ἄνω δυνάμεις. *Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐπὶ ταῖς δυναστείαις αὐτοῦ.* Ἄλλος, *Διὰ τῶν δυναστειῶν αὐτοῦ.* Ὁ δὲ Ἑβραῖός φησιν, *Βεγδουροβαῦ.* Ὁ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Αἰνεῖτε αὐτὸν διὰ τὰς δυναστείας αὐτοῦ, διὰ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, διὰ τὰ θαύματα αὐτοῦ, διὰ τὴν ἰσχύν, ἣν διὰ πάντων ἐπιδείκνυται, τῶν ἄνω, τῶν κάτω, τῶν κοινῇ, τῶν ἰδίᾳ, τῶν καθ' ἕκαστον, τῶν διηλεκτῶς. *Αἰνεῖτε αὐτὸν κατὰ τὸ πλήθος τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ.* Καὶ πῶς τοῦτο δυνατόν, ἀντίβροπον τοῦ πλήθους τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ αἶνον ἀναγαγεῖν<sup>b</sup>; Οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι [502] ἀντίβροπον, ἀλλ' ὅσον, φησὶ, δυνατόν ἐκτελεῖν, ἐννοῶν τὸ πλήθος τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ, τοιοῦτον ὡς ἐγχερεῖ σοι ἀνάφερε<sup>c</sup>, καὶ ὁλον εἰκὸς τοιοῦτον μεγάλῳ Θεῷ καὶ μεθ' ὑπερβολῆς μεγάλῳ ἀναφέρειν ὕμνον ἄνθρωπον ὄντα· καὶ γὰρ ἄξιον οὐδεὶς ἀνευγεῖν δύναται. Εἶδες πόσον ψυχῆς; εἶδες ἐκκατομένην ζήνοιαν, βιαζομένην, φιλονεικοῦσαν καὶ τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν ὑπερβῆναι, καὶ ἀναπτῆναι λοιπὸν πρὸς αὐτὸν τὸν οὐρανόν, συνδεδεμένην τῷ Θεῷ, ἀνακειμένην αὐτῷ πολλῷ τῷ πόθῳ; *Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ἡχοῦ σάλπιγγος.* Ἄλλος, *Δι' ἡχοῦ κερατίνης.* *Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ψαλτηρίῳ καὶ κιθάρᾳ.* Ἄλλος, *Διὰ τῶν λύρας.* *Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τυμπάνῳ καὶ χορῷ· αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν χορδαῖς καὶ ὄργάνῳ.* Ἄλλος, *Διὰ χορδῶν καὶ κιθάρας.* *Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις ἐθήχοις· αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις ἀλαλαγμοῦ.* Ἄλλος, *Ἐν κυμβάλοις σημασίας.* *Πᾶσιν προῆ αἰ-*

<sup>a</sup> Unus πῶς πάλιν ἐνταῦθα τῶν.

<sup>b</sup> Unus εἰσαγαγεῖν.

<sup>c</sup> Unus ὕμνον ἀνάφερε.



νεσάτω τὸν Κύριον. Ἄλλος, Ἀναπνοή. Πάντα ἀνακινεῖ τὰ ὄργανα, καὶ διὰ πάντων τὴν μελωδίαν ἀναφέρεισαι παρακελεύεται, διαθερμαίνων τὴν διάνοιαν αὐτῶν καὶ ἀνεγείρων.

Ὡσπερ οὖν Ἰουδαῖοις διὰ πάντων τῶν ὀργάνων, οὕτως ἡμῖν παρακελεύεται διὰ πάντων τῶν μελῶν ἀνυμνεῖν τὸν Θεόν, δι' ὀφθαλμοῦ, διὰ γλώττης, δι' ἀκοῆς, καὶ διὰ χειρὸς. Ὅπερ οὖν καὶ ὁ Παῦλος δηλοῖ λέγων· *Παραστήσατε τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἀγιαν, εὐάριστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν*. Αἰνεῖ γὰρ καὶ ὀφθαλμῶς, ὅταν μὴ ἀκόλαστα βλέπῃ· καὶ γλώττα, ὅταν φάλλῃ· καὶ ἀκοή, ὅταν μὴ δέχῃται πονηρὰ ἄσματα, μηδὲ κατηγορίας τοῦ πλησίον· καὶ διάνοια, ὅταν μὴ δόλους βράπτῃ, ἀλλὰ ἀγάπην βρῷ· καὶ πόδες, ὅταν μὴ ἐπὶ πονηρίαν τρέχωσιν, ἀλλ' ἐπὶ ἀγαθῶν ἔργων οἰκονομίαν· καὶ χεῖρες, ὅταν μὴ ἐπὶ ἀρπαγὴν καὶ πλεονεξίαν<sup>a</sup> καὶ πληγὰς, ἀλλ' ἐπὶ ἐλεημοσύνην καὶ τὴν τῶν ἀδικουμένων προστασίαν ἐκτείνωνται. Τότε γίνεται κιθάρα ἐμμελής ὁ ἄνθρωπος, παναρμόνιον τινα μελωδίαν καὶ πνευματικὴν ἀναφέρων τῷ Θεῷ. Καὶ τὰ ὄργανα δὲ ἐκεῖνα διὰ τοῦτο ἐπετέτραπτο τότε, διὰ τοῦτ' ἐκείνην αὐτῶν, καὶ διὰ τὸ κερῶν αὐτοὺς εἰς ἀγάπην καὶ συμφωνίαν, καὶ ἐγείρειν αὐτῶν τὴν διάνοιαν μεθ' ἡδονῆς ποιεῖν τὰ τὴν ὠφέλειαν παρεχόμενα, καὶ εἰς πολλὴν βούλευσαι αὐτοὺς ἄγειν σπουδὴν διὰ τῆς τοιαύτης ψυχαγωγίας. Τὸ γὰρ βάνασσον αὐτῶν καὶ βέβημον καὶ ἀναπεπτωκὸς σοφίζομενος ὁ Θεός, ἀφ-

υπνίζειν αὐτοὺς ταύτῃ μεθώδευσε τῇ σοφίᾳ, ἀνακέρσας τῷ πόνῳ τῆς προσεδρίας τὸ ἦδὺ τῆς μελωδίας. Τί δὲ ἐστίν, Ἐρκυμβάλλω σημασίας; Τοὺς ψαλμοὺς οὕτω φησίν. Οὐ γὰρ ἀπλῶς ἐκυμβάλλω, οὐδὲ ἀπλῶς ἐκιθάριζον, ἀλλ' ὡς οἷόν τε ἦν, καὶ διὰ τῶν κυμβάλλων, καὶ διὰ τῶν σαλπγγων, καὶ διὰ τῶν τῆς κιθάρας [503] ψαλμῶν τὰς σημασίας ἐνδεικνύμενοι· καὶ ἦν αὐτοῖς εἰς ταῦτα σπουδὴ καὶ πόνος πολὺ τὸ κέρδος φέρων. *Πᾶσα προῆ αἰνεσάτω τὸν Κύριον*. Ἐπειδὴ γὰρ<sup>b</sup> ἐκάλεσε τοὺς ἐξ οὐρανοῦ, ἐπειδὴ διήγειρε τὸν δῆμον, ἐπειδὴ τὰ ὄργανα ἅπαντα ἐκίνησεν, εἰς τὴν φύσιν πᾶσαν ἐκβαίνει λοιπὸν, πᾶσαν ἡλικίαν εἰς τὴν μελωδίαν καλῶν, πρεσβύτας, ἄνδρας, νέους, ἐφήβους, γυναῖκας, ἅπαντας τοὺς τὴν οἰκουμένην οἰκοῦντας, καὶ ἐντεῦθεν ἤδη προκαταβαλλόμενος τῆς Καινῆς Διαθήκης τὰ σπέρματα τοῖς πανταχοῦ γῆς ἐκτεταμένοις. Αἰνώμεν τοίνυν τὸν Θεὸν διηνεχῶς, μὴ διαλείψωμεν ὑπὲρ ἀπάντων εὐχαριστοῦντες, καὶ διὰ ῥημάτων, καὶ διὰ τῶν πραγμάτων. Αὕτη γὰρ ἡμῶν θυσία καὶ προσφορά, αὕτη λειτουργία ἀρίστη καὶ ταῖς ἀγγελικαῖς πολιτείαις ἰοικυῖα. Κἄν διαμεινωμεν οὕτως αὐτὸν ἀνυμνοῦντες, καὶ τὸν παρόντα βίον ἀπροσκόπως ἀνύσομεν, καὶ τῶν μελλόντων ἀπολαυσόμεθα ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

<sup>a</sup> Καὶ πλεονεξίαν in Morel. deerat : in aliis habetur.

<sup>b</sup> Γάρ deest in Savil.

## AD DUAS HOMILIAS IN ILLUD, NE TIMUERIS CUM DIVES FACTUS FUERIT HOMO,

De hisce duabus homiliis hæc habet Savilius in Notis Tom. 8, col. 721 : « Hujus orationis et proxime sequentis apographa ex Bibliotheca Novi Collegii Oxoniensis descripta. Priorem emendavimus ex duobus Manuscriptis in Bibliotheca Regia Lutetiæ, uno Cæsareo Viennæ; et codice excuso Lutetiæ 1554. Nam ne nescias, Lector, eadem est hæc nostra cum illa excusa (quamvis initia sint diversa), pauculis duntaxat exceptis. In posteriore oratione plana sunt omnia : in priore non pauca hiulca et aspera. Præstitimus quod potuimus, ut loca quæ minus placerent notarem, ingeniosos et industrii lectoribus vel interpretanda, vel emendanda. Utraque γνησία, et habita, ut opinor, Constantinopoli, et quidem posterior videtur a Joanne nostro habita post aliam ab aliquo presbytero, fortasse suo, dictam. »

Quanta sit exemplariorum varietas in prima homilia, mox videbis in nota ad imam paginam posita : quæ varietas, etsi non ubique tanta, observatur fere per totam hanc homiliam. Cogitabam initio num hæc homilia ex earum numero esset, quas abs se retractatas, mutatas, auctas, aliaque principia præferentes, bis aut pluries ad populum habuisset Chrysostomus, quales vidimus Tomo secundo duas, alteram de Juda proditore, p. 386, alteram de Cruce et Latrone, p. 414 : verum re accuratius perpensa, deprehendi tantam exemplariorum varietatem ex temerariis ausibus nugacissimorum Græculorum prodiisse. Quod videas maxime in postrema nota, ubi ex uno Regio Codice nænias protulimus solæcismis plenas, ac quovis sagaci homine, ne dicam Chrysostomo, indignas.

Constantinopoli autem habitam fuisse suadent hæc verba num. 2 : *Nostis vos innumera exempla in hac urbe circa intempestivam hujusmodi divitiarum jacturam : et didicistis, vivente possessore [504] possessionem periisse : divitiarum enim finis est mutatio in paupertatem. Perpente igitur quam brevis temporis sit possessio. Nam possessor vivit post jacturam possessionis. Atque utinam periisset possessio, neque in perniciem traxisset ipsum possessorem. Non erraveris igitur si dixeris divitias esse domesticum ingratum, sanguin-*

*laudate eum in cymbalis jubilationis (a)*. Alius, *In cymbalis significationis. Omnis spiritus laudet Dominum*. Alius, *Respiratio*, Movet omnia instrumenta, et jubet per omnia offerri Deo modulationem, eorum animum accendens et excitans.

*Membra nostra ut Deum laudent; musica instrumenta cur Judæis permissa; laus Dei sacrificium ei gratissimum.* — Quemadmodum ergo Judæis per omnia instrumenta: ita nobis præcipitur laudare Deum per omnia membra, per oculos, per linguam, per aures, et per manus. Quod quidem Paulus quoque significat dicens: *Exhibete corpora vestra hostiam vivam, sanctam, Deo bene placentem, rationalem cultum vestrum (Rom. 12. 1)*. Laudat enim oculus, quando non intuetur impudice: et lingua, quando psallit: et auris, quando improbas cantilenas et accusationem proximi non suscipit: et mens, quando dolos non struit, sed plena est caritate: et pedes, quando non currunt in vitium, sed ad res bonas gerendas: et manus, quando non ad furta et rapinas, nec ad pulsandum et verberandum, sed ad eleemosynam, et ad eos defendendos quibus fit injuria extenduntur. Tunc enim fit homo numerosa cithara, numerosam et spiritalem modulationem Deo offerens. Illa autem instrumenta tunc illis permissa fuerant, et propter eorum imbecillitatem, et quod eos in caritate et concordia contemperarent, et mentem eorum excitarent, ut lubenter facerent quæ eis erant

(a) quis ita verterit ignoramus. Infra vero vox, *respiratio*, pro, רשפה, ad tres præcipuos interpretes, Aquilam, Symmachum et Theodotionem pertinere potest, qui sic (ἀναπνοή) interpretari solent.

utilia: et quod per talem animi delectationem vellet eos ad majus studium adducere. Cum enim Deus intelligeret quam essent illiberales, socordes et supini, eos hac ratione excitare voluit, eorum in assidendo laborem et assiduitatem jucunda modulatione temperans. Quid est autem, in *cymbalis significationis*? Psalmos ita dicit. Neque enim temere cymbalum pulsabant, nec temere cithara sonabant, sed quantum fieri poterat, per cymbala, per tubas et per citharam ostendebant significationem psalmodiarum: et labor studiumque, quod in hæc conferebant, afferebat eis magnam utilitatem. *Omnis spiritus laudet Dominum*. Postquam enim vocavit eos qui sunt in cælis, postquam populum excitavit, postquam omnia instrumenta commovit, ad omnem deinceps naturam egreditur, omnem deinceps ætatem vocans ad modulationem, senes, viros, juvenes, impuberes, mulieres, et omnes qui orbem terræ habitant, ex hoc loco Novi Testamenti jam semina dejiciens iis qui per universum orbem terræ extensi sunt. Deum ergo perpetuo laudemus, nec pro omnibus gratias agere et verbis et factis intermittamus. Hoc est enim nostrum sacrificium, et oblatio; hoc est optimum ministerium, quod decet angelicam vitæ institutionem. Et si Deum ita laudare perseveremus, et præsentem vitam absque ulla offensione peragemus, et bona futura consequemur: quæ detur nobis omnibus consequi, gratia et miserationibus Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri cum sancto Spiritu gloria, honor, imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## MONITUM.

*rius et homicidam: domesticum, qui in remunerationem hero necem infert*. Ubi Eutropii olim potestate et opibus florentis calamitatem et necem commemorare omnino videtur, necnon aliorum multorum qui per hæc tempora Constantinopoli fortunæ vicissitudinem experti sunt. Quodque animadvertas velim, hic pene ipsis verbis multa repetit, quæ in prima de Eutropio homilia, Tom. 3, p. 381 et seqq., pluribus dicuntur, nec non initio sequentis de Eutropio homiliæ. Aliam quoque notam affert Tillemontius, qua probatur Chrysostomum tunc episcopum hæc concionatum esse: quia nimirum sese pastorem dicit numero 4, atque ita dicit ut præcipuam pastoris sollicitudinem ad se pertinere commonstret.

Hinc etiam argui videtur hanc homiliam Constantinopoli habitam fuisse, quod sequens homilia, quæ eidem argumento insistit, et in eundem 48 Psalmi locum habita est, Constantinopoli dicta fuerit, ut in titulo fertur. Hæc porro secunda homilia a Chrysostomo pronuntiata fuit postquam quispiam, seu presbyter Constantinopolitanus, seu alterius civitatis episcopus concionatus fuerat, ut initio dicitur. Post tumultus autem quosdam Constantinopolitanos habita fuit, ut sub initium indicatur his verbis: *Age ergo nos quoque tumultuum, qui jam contigerunt, procella liberati, tamquam fluvialibus quibusdam aquis aures nostras lectione Scripturarum abluamus*. De quo tumultu ac perturbatione quædam dicit etiam inferius. Putaverit fortasse quispiam hic agi de primo ejus exsilio, quod anno 403 contigit: at libentius crederem hic loqui Chrysostomum de rebus Eutropii, itemque Aureliani et Saturnini optimatum, qui Gainæ opera et tumultu pulsati sunt in exsilium, deque ipsius Gainæ defectione, sicque anno circiter 400 habita fuerit; quamquam id non omnino certum sit. Prioris homiliæ interpretationem novam edidimus, quia illa quæ in Editio erat, a Godefrido Tilmanno παραφραστικῶς concinnata fuerat. Secundæ interpretatio est Frontonis Ducæi.

## IN DICTUM ILLUD PROPHETÆ DAVID,

NE TIMUERIS CUM DIVES FACTUS FUERIT HOMO, ET CUM MULTIPLICATA FUERIT GLORIA DOMUS  
EJUS (*Psal.* 48. 17) (a); ET DE HOSPITALITATE.

1. Jucundum agricolæ aratrum trahere ad expurgandum arvum, sulcos findere, spinasque convellere, atque ita semina jacere, nulla superstitè spina quæ sementi officiat: multo jucundius dicenti, cum in aurem tumultu vacuum divina sensa jacit (b). Ideoque cum voluptate sermonem ordimur, quia hoc arvum expurgatum conspicimus. Licet enim mentem vestram non videamus, at aperti oculi e' arrectæ aures vestræ internæ tranquillitatis mihi præbent indicium. In vestram quippe conscientiam ingredi nequeo: verum oculi vestri intenti atque in sublime erecti testificantur nullam intus esse perturbationem; imo potius cum alacritate clamatis: Sparge semina; quidquid jeceris, spe fructus decerpenti excipimus: sæcularem enim omnem curam ex animo ejecimus. Proinde altiore ego semper sententiam attingo, agri nobilitati confusus. Neque enim Scriptura sapientem tantum doctorem quærit, sed etiam intelligentem auditorem. Idcirco beatos vos prædico, beatum me dico. *Beatus* enim, inquit, *qui loquitur in aures audientium* (*Ecdi.* 25. 12); et, *Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam* (*Matth.* 5. 6). In vos igitur, qui cum studio adestis, sensa jacimus. Alii quippe omnes nunc in foro sunt, et sæcularibus curis labefactantur, vos autem superiores terra facti, spiritualia sensa excipitis; illi ancillæ serviunt, dum carnem curant, vos nobilem, liberamque animam exornantes, ipsam servatis.

*Divitiarum vanitas.* — Ubinam nunc versaris, o homo? In foro. Quid collecturus? Cœnum et lutum. Veni, a me unguentum accipe. Cur colligis pecunias

(a) *Homilia* in illud, *Ne timueris cum dives*, etc., collata est cum Codicibus Regiis 1963, 1965 et 2343.

(b) Satis dissimili verborum serie, sed vix diverso sensu hominiam ordiuntur Codd. Regg. 1963 et 1965. Non autem operæ pretium est illorum Codicum textum afferre, utpote in quibusdam vitiatum. Cæterum oratio tota plena salubris esse videtur; quod inde sane profectum putatur, quod nulla apographa ejus edita fuerint, et ab amanuensibus multis vel dempta, vel addita, vel mutata non pauca fuerint.

fluxas, avaritiam vere tyrannum, magistratus qui pereunt, sæcularium curarum copiam, quæ nunc adest, et cras non erit? quid decerpis flores relicto fructu? cur post umbram curris, et veritatem non comprehendis? cur persequeris quæ pereunt, et quæ permanent non quæris? *Omnis caro fœnum, et omnis gloria hominis quasi flos fœni. Exsiccatum est fœnum, et flos cecidit: verbum autem Domini manet in æternum* (*Isai.* 40. 6). Divitiis abundas? Et quid hoc ad animam? Pecuniis locupletior, anima pauperior, foliis ornaris, et fructu eges. Quid, quæso, hinc utilitatis? Nactus es pecunias, quas hic relicturus es; nactus es magistratum, unde insidiæ oriuntur. Veni, fruire sermonibus philosophiæ plenis: expia peccata tua, depone iniquitates tuas, expurga conscientiam<sup>1</sup>, erige cogitationem: esto angelus et homo. Relinque carnis naturam, et levem vitæ pennam sume: te segregata a visibilibus, ut hæreas iis quæ sub sensum non cadunt. Ascende in cælos, choreas age cum angelis, siste te ante tribunal supernum et excelsum: relinque senua et umbram, fœnum, aranearumque telam: neque enim possum tantæ vilitati aptum nomen imponere. Hæc porro dico, nec finem dicendi faciam. Veni, et te hominem præsta, ne naturalis appellatio tibi falso adscripta sit. Num intelligitis id quod vobis dictum est? Homo est, ait aliquis, sed homo sæpe nomine tenus, non item sensu. Cum enim te video præter rationem viventem, quomodo te hominem vocabo, non bovem? Cum te rapientem conspicio, quomodo te hominem appellabo, non lupum? Cum te fornicantem video, quomodo te hominem vocabi, non suem? Cum te dolis utentem video, quomodo te hominem nominabo, non serpentem? Cum te veneno infectum video, quomodo te hominem vocabo, non aspidem? Cum te insensatum animadverto, quomodo

<sup>1</sup> Alius, *exhilara conscientiam*. Mox unus, *angelus ex homine fias*. Infra duo, *teipsum invisibilibus appende*.

## ΕΙΣ ΤΟ ΡΗΤΟΝ ΤΟΥ ΠΡΟΦΗΤΟΥ ΔΑΥΙΔ.

Τὸ λέγον, « Μὴ φοβοῦ ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, ἢ ὅταν πληθυνθῇ ἡ δόξα τοῦ οἴκου αὐτοῦ, »  
καὶ περὶ φιλοξενίας.

α'. Ἦδὺ μὲν γητόνῃ τὸ ἄροτρον ἐκλύσαι εἰς καθαρισμὸν τῆς ἀρούρας, καὶ τὴν αὐλακα ἀνατεμεῖν, καὶ τὰς ἀκάνθας ἀνασπάσαι, καὶ οὕτω τὰ σπέρματα καταβαλεῖν, ἀκάνθης οὐκ οὔσης τῆς λυμαινομένης τὸν σπόρον· πολὺ δὲ ἥδιον τῷ λέγοντι, ὅταν εἰς ἀκοὴν καταβάλλῃ τὰ θεῖα νοήματα θόρυβον οὐκ ἔχουσιν. Διὰ δὲ τοῦτο μετὰ ἡδονῆς ἀπτόμεθα τὸν λόγον, ὅτι τὴν ἄρουραν ταύτην ἐκκαθαράμενην ὀρώμεν. Εἰ γὰρ καὶ τὴν διάνοιαν ὑμῶν οὐ βλέπομεν, ἀλλὰ τὰ ὄμματα ὑμῶν διηνογιγμένα καὶ προανεστηκυῖα ἡ ἀκοὴ σημεῖά μοι δίδωσι τῆς ἐνδοθεν γαλήνης. Εἰς μὲν γὰρ τὸ συνειδὸς ὑμῶν εἰσελθεῖν οὐ δύναμαι· τὰ δὲ ὄμματα ἐστηκότα καὶ μετέωρα γινόμενα φωνῆν ἀφήσιν, ὅτι θόρυβος οὐδεὶς ἐνδον ἐστίν, ἀλλὰ μᾶλλον βοᾶτε μετὰ προθυμίας· κατάβαλλε τὰ σπέρματα, ὑποδεχόμεθα ἕπερ ἂν καταβάλλῃς, διὰ τὴν ἐλπίδα τοῦ καρποῦ· πᾶσαν γὰρ φροντίδα βιωτικὴν ἐξεύσαμεν τῆς διανοίας. [505] Διὰ δὲ τοῦτο καὶ βαθυτέρων ἀεὶ ἀπτομαι νοημάτων, θαρρῶν τῇ εὐγενείᾳ τῆς ἀρούρας<sup>α</sup>. Οὐ γὰρ δὴ σοφὸν διδάσκαλον ἡ Γραφὴ ζητεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ συνετὸν ἀχροατὴν. Διὰ τοῦτο μακαρίζω μὲν ὑμᾶς, μακαρίζω δὲ καὶ ἑμαυτὸν. Μακάριος γὰρ, φησὶν, ὁ λέγων εἰς ὅτα ἀκουόντων· καὶ, Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην. Οὐκοῦν εἰς ὑμᾶς τοὺς μετὰ προθυμίας παραγενομένους καταβαλοῦμεν τὰ νοήματα. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι<sup>β</sup> πάντες νῦν ἐν ἀγοραῖς καὶ βιωτικαῖς φροντίσι καταστήπονται, ὑμεῖς δὲ τῆς γῆς ὑψηλότεροι γινόμενοι, τὰ νοήματα νοερά δέχεσθε· κάκεινοι μὲν τῇ δούλῃ δουλεύουσι, τῆς σαρκὸς ἐπιμελούμενοι, ὑμεῖς δὲ τὴν εὐγενῆ καὶ ἐλευθέραν ψυχὴν καλλωπίζοντες, διατηρεῖτε.

Ποῦ γὰρ διατρίβεις, ἄνθρωπε, νῦν; Ἐν ἀγορᾷ. Ἴνα τί συναγάγῃς; Βόρβορον καὶ πηλόν. Ἐλθέ, λάβε μύρον παρ' ἐμοῦ. Τί συνάγεις χρήματα ἀπολλύμενα, φιλαργυρίαν τὴν τύραννον, ἀρχὰς τὰς ἀπολλυμένας, περιουσίαν τῶν βιωτικῶν φροντίδων, τὴν

<sup>α</sup> Uuus καθορῶν τὴν εὐγένειαν τῆς ἀρούρας.

<sup>β</sup> Duo mss. laof. Infra vero alius uerbo: ubi uoerá.

νῦν οὔσαν, καὶ αὐριον οὐκ οὔσαν; τί δρέπῃ τὰ ἄνθη, καὶ ἀφίης τὸν καρπὸν; τί τρέχεις ὀπίσω τῆς σκιάς, καὶ οὐ καταλαμβάνεις τὴν ἀλήθειαν; τί διώκεις τὰ ἀπολλύμενα, καὶ οὐ ζητεῖς τὰ μένοντα; Ὅτι Πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. Ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσε· τὸ δὲ ῥῆμα Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Γέγονας εὐπορος χρήμασι; Καὶ τί τοῦτο πρὸς τὴν ψυχὴν; Εὐπορώτερος χρήμασι, καὶ πενέστερος τῇ ψυχῇ, κομᾶς τοῖς φύλλοις, καὶ πένη τῷ καρπῷ. Τί ὄφελος; εἰπέ μοι. Ἐλαβες χρήματα, ἀ μέλλεις ἐνταῦθα καταλιμπάνειν; Ἐλαβες ἀρχὴν, ἐξ ἧς ἐπιβουλή τίκτεται. Ἐλθέ, ἀπόλαυσον λόγων φιλοσόφων· δαπάνησόν σου τὰ ἁμαρτήματα, ἀνάλωσόν σου τὰ παρνομήματα, καθάρων σου ποίησον τὸ συνειδὸς<sup>α</sup>, μετάρσιον ποιήσον τὸν λογισμὸν· γενοῦ ἄγγελος καὶ ἄνθρωπος. Κατάλιπε τῆς σαρκὸς τὴν φύσιν, καὶ λάβε κούφον τὸ πτερόν τῆς ζωῆς, ἀπάλλαξον σαυτὸν τῶν ὀρατῶν, καὶ κρέμασον σεαυτὸν ἐν τοῖς ἀοράτοις. Ἀνάβα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, χόρευε μετὰ τῶν ἀγγέλων, παράστηθι τῷ βῆματι τῷ ἄνω, τῷ ὑψηλῷ· κατάλιπε τὸν καπνὸν, καὶ τὴν σκιάν, καὶ τὸν χόρτον, καὶ τὴν ἀράχνην· οὐδὲ γὰρ ὄνομα οἶδα ἄξιον τῆς εὐτελείας ταύτης ἐπιθεῖναι. Ταῦτα δὲ λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι. Ἐλθέ, καὶ γενοῦ ἄνθρωπος, ἵνα μὴ ἐπιψεύδηται σου ἡ προσηγορία τῆς φύσεως<sup>α</sup>. Ἄρα συνήκατε τὸ λεχθὲν πρὸς ὑμᾶς; Ἀνθρωπὸς ἐστίν, φησὶν, ἀλλ' ἄνθρωπος μὲν τὸ ὄνομα πολλάκις, οὐκ ἄνθρωπος δὲ τὸ φρόνημα. Ὅταν γὰρ ἴδω σε ἀλόγως βιοῦντα, πῶς σε καλέσω ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐχὶ βοῦν; Ὅταν ἴδω σε ἀρπάζοντα, πῶς σε καλέσω ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐχὶ λύκον; Ὅταν ἴδω σε πορνεύοντα, πῶς σε καλέσω ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐχὶ χοῖρον; Ὅταν

<sup>α</sup> Sic dno. In edito καθάρων σου τὸ συνειδὸς. Alius encl. λαρὸν ποιήσων σου τὸ συνειδὸς. Mox unus γενοῦ ἐξ ἀνθρώπου ἄγγελος. Infra duo κρέμασον σεαυτὸν τῶν ἀοράτων.

<sup>δ</sup> Duo ἵνα μὴ ἐπιψεύδῃς σου ἡ προσηγορία τῆς φύσεως γέννηται.

ἴδω σε δολερὸν, πῶ; σε καλέσω ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐχὶ ὄφιν; Ὅταν ἴδω σε ἰὸν ἔχοντα, πῶς σε καλέσω ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐχὶ ἄσπίδα; Ὅταν ἴδω σε ἀνόητον, πῶς σε καλέσω ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐχὶ δρον; Ὅταν [506] ἴδω σε μοιγεύοντα, πῶς σε καλέσω ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐχὶ ἴππον θηλυμανῆ; Ὅταν ἴδω σε ἀπειθῆ καὶ ἀσύνετον, πῶς σε καλέσω ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐχὶ λίθον; Ἐλαβες εὐγένειαν παρὰ τοῦ Θεοῦ, τί προδίδως τὴν ἀρετὴν τῆς φύσεως; Τί ποιεῖς; εἰπέ μοι. Ἐτεροὶ τέχνην ἔχουσιν ἄνθρωποι, τὰ ἄλλα, κατὰ τὸ ἐγγυροῦν, εἰς ἀνθρώπων εὐγένειαν μετατιθένα· ψιττακοὺς παιδεύουσι φωνῆ ἀνθρωπίνῃ<sup>α</sup> φθέγγεσθαι, καὶ τῆ τέχνη τὴν φύσιν βιάζονται· λέοντας ἡμέρους ἐργάζονται, διὰ τῆς ἀγορᾶς ἔλκοντες. Τὸν λέοντα ἡμέρον ποιεῖς ζῶον ἀτιθάσσευτον, καὶ σαυτὸν λύκου ἀγριώτερον καθιστᾷς; Καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι τῶν μὲν ἀλόγων ἕκαστον ἐν ἐλάττωμα ἔχει, ὁ λύκος εἰς τὸ ἀρπακτικὸν, ὁ ὄφιν εἰς τὸ δολερὸν, ἡ ἄσπις εἰς τὸ ἰώδες· ἐπὶ δὲ ἀνθρώπου πονηροῦ οὐκ ἔστι τοῦτο. Οὐδὲ γὰρ ἐν ἐλάττωμα πολλάκις κέχτηται ὁ ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ ἀρπακτικὸς γίνεται, καὶ δολερὸς, καὶ ἰώδης, καὶ τὰς τῶν ἀλόγων κακίας εἰς τὴν ἑαυτοῦ συνάγει ψυχὴν. Πῶς οὖν σε καλέσω ἄνθρωπον, ὃς οὐκ ἔχεις τῆς βασιλείας τὸ σύνθημα, οὐκ ἔχεις τὸ διδῆμα, οὐκ ἔχεις τὴν πορφύραν; *Ποιήσωμεν, φησὶν, ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν.* Ἐνόησον κατὰ τίνος εἰκόνα ἐγένου, ἄνθρωπε, καὶ μὴ κατενεχθῆς εἰς τὴν τῶν ἀλόγων εὐτέλειαν. Ἐὰν ἴδῃς βασιλέα πορφύραν εἰψάντα καὶ διδῆμα καὶ μετὰ τῶν στρατιωτῶν<sup>β</sup> συναγελάζόμενον, καὶ προδιδόντα τὴν ἀρχὴν τὴν ἑαυτοῦ, πῶς καλέσεις τὸν τοιοῦτον βασιλέα; Καὶ σὺ ἄνθρωπος εἶ. Μὴ μοι οὖν δείξῃς, ὅτι ψυχὴν ἀνθρώπου ἔχεις, ἀλλ' εἰ τὸ φρόνημα ἀνθρώπου εἶ. Ἀρχὸν εἶ τῶν ἀλόγων, καὶ τῶν ἐν σοὶ ἀλόγων παθῶν δούλος ἐγένου;

β'. Καὶ πῶς γένουαι ἄνθρωπος; φησὶν. Εἰ κρατεῖς τῶν λογισμῶν τῆς σαρκὸς, ἐκείνων τῶν ἀλόγων, εἰ ἐξέβαλες πορνεῖαν, εἰ ἐξέβαλες ἐπιθυμίαν χρημάτων ἀκαιρον, εἰ ἐξέβαλες τὴν πονηρὰν ἐκείνην τύραννον, εἰ καθαρὸν σαυτοῦ τὸ χωρίον εἰργάσω. Ἀλλὰ πῶς γίνῃ ἄνθρωπος; Ἐὰν ἔλθῃς ὡς, ὅπου δημιουργοῦνται ἄνθρωποι. Ἐὰν λάβῃς σε ἴππον, ποιῶς σε ἄνθρωπον· ἐὰν λάβῃς σε λύκον, ποιῶς σε ἄνθρωπον· ἐὰν λάβῃς σε ὄφιν, ποιῶς σε ἄνθρωπον, οὐ μεταβάλλων τὴν φύσιν, ἀλλὰ μετατιθεῖς τὴν προαίρεσιν. Ἀλλὰ τί φησι; Τέκνα ἔχω, οἰκίας προϊσταμαι, γυναικὸς ἐπιμελοῦμαι, πενίχ κατέχομαι, ἐπὶ τὴν ἀναγκαίαν σπευδὼ τροφῆν. Σκῆψεις ταῦτα καὶ προφάσεις. Εἰ μὲν γὰρ δι' ὅλου σε κατεῖχον ἐνταῦθα, καὶ οὐδὲ μικρὰν καιροῦ ῥοπήν τοῖς ἔξω σε συνεχώρουν ἐκδιδόναι πράγμασιν, εἴχεις ἂν ἀπολογησασθαι μοι καὶ εἰπεῖν, ὅτι Τέκνα ἔχω, καὶ οἰκίας προϊσταμαι· καὶ καλῶς ἂν ταῦτα ἔλεγεσ· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τότε ταῦτα λέγειν ἔχρη. Ἰκανὸς<sup>δ</sup> γάρ σοι ὁ Θεὸς ἐνταῦθα ἀσχολουμένῳ πλειόνος εὐπορίας τὰ ἀ πάντα διατυπῶσαι. Νῦν δὲ οὐδὲν τούτων σε ἀναγκάζω, οὐδὲ λέγω, καθ' ἑκάστην ἡμέραν σκόλαζε, ἀλλὰ δεύτερον τῆς ἑβδομάδος. Τί βαρὺ, τί φορτικόν; Οὐδὲ ὄλην τὴν ἡμέραν, ἀλλὰ μικρὰν καιροῦ ῥοπήν ἔλαθες εἰς τὴν ἐκκλησίαν· δέξαι

[507] νοερά νοήματα, ἵνα μὴ δέξῃ τραύματα· οὐχ ἵνα ἄλλους καταβάλλῃς, ἀλλ' ἵνα ποιήσῃς τὴν ἀγορὰν ἐκκλησίαν. Ἐλθὲ, λάβε ὄπλον, ἵνα ἐν τῷ ὄπλῳ μὴ δέξῃ τὴν πληγὴν βλαβεράν. Στήθι ἐπὶ τῆς παρατάξεως, μόνον ὠπλισμένος· στήθι ἐν τόπῳ ἀγίῳ, μόνον καθαρὰ ἔχων τὰ ἄμματα· Ἐμῆθι εἰς τὸν λιμένα, μόνον μετ' ἀκριθείας<sup>ε</sup> σαλεύων τὸ πλοῖον. Ταῦτα ἐνταῦθα δύνασαι μαθεῖν· καὶ οὐ θέλεις, ἀλλ' ἐξέρχῃ ἐν παρατάξει κοσμητικῆ γυμνὸς τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν. Ἐνόησον ἡλίκον ἐστὶν ἐξέναι ἀπὸ ἐκκλησίας πάντων τῶν ἀνθρωπίνων ὑπερορῶντα, καὶ τὰ λυπηρὰ πατοῦντα, καὶ χρηστῶν ὑψηλότερον γινόμενον, οὔτε ἐν ἐκείνοις ἐπαρῶμενον, οὔτε ἐν τούτοις πιεζόμενον· οἷος ἦν ὁ Ἰῶβ, οὔτε ὑπὸ τῆς πενίας βαπτίζόμενος, οὔτε ὑπὸ τοῦ πλοῦτου ἐπαρῶμενος, ἀλλ' ἐν τῇ ἀνωμαλίᾳ τῶν πραγμάτων ἴσῃ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην διατηρῶν.

Ἐλθὲ, λάβε ὄπλον παρ' ἐμοῦ. Ποῖον δὲ ὄπλον; Ὁ πολλάκις σοὶ ἐγγυᾶται τὴν σωτηρίαν. Ἐξέρχῃ, καὶ βλέπεις ἄνθρωπον ἐφ' ἵππου ἐπαρῶμενον χρυσοχαλινῶτου, καὶ πολλοὺς περὶ αὐτὸν τοὺς δορυφόρους· πάλιν εὐτελὴ τινα καὶ ἀπερβίμμενον. Εἶτα εἰσέρχεται σοὶ φθόνος διὰ τὸν πλοῦσιον· κατέχει σε βασκανία τοῦ πένητος. Προσερχεται σοὶ ὁ Δαυὶδ, παρίσταται σοὶ καὶ λέγει· *Μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος.* Ἐξέλθε μετὰ τοῦ προφήτου, καὶ μὴ φοβοῦ. Ἀπελθε ὅπου λέγω σοὶ μετὰ τοῦ προφήτου, μετὰ τοῦ διδασκάλου, μετὰ τῆς βακτηρίας, μετὰ τοῦ κήρυκος. *Μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος.* Ἄλλ' ἔρεις<sup>ε</sup>. Τοῦτο παραινούντος ἐστὶ καὶ συμβουλευόντος, καὶ τὰ δέοντα ἀποφαινόμενος· εἰπέ μοι καὶ τὸν τρόπον, δι' ὃν οὐκ ὀφείλω φοβηθῆναι τὸν ἄνθρωπον. Ὅτι μιμείται τὴν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου ἡ φύσις τοῦ πλοῦτου. Καὶ πῶς, ἐγὼ λέγω. Τί ἄνθρωπος; Ζῶον εὐτέλες, ἐπίκτρον, ὀλιγοχρόνιον. Τοιοῦτον καὶ ὁ πλοῦτος· μᾶλλον δὲ οὐ τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ ἀσθενέστερον. Οὐ γὰρ μετὰ τοῦ ἀνθρώπου τελευτᾷ πολλάκις, ἀλλὰ καὶ πρὸ τοῦ ἀνθρώπου τελευτᾷ. Καὶ ἴστε ὑμεῖς μυρία ἐπὶ τῇ πόλει ταύτῃ ὑποδείγματα τῆς τελευτῆς τοῦ ἀώρου πλοῦτου<sup>ε</sup>, καὶ μεμαθήκατε, ὅτι ὁ μὲν κεκτημένος ζῆ, τὸ δὲ κτήμα ἀπώλετο· τελευτῆ γὰρ πλοῦτου μεταβολὴ πενίας. Ἐνόησον οὖν πῶς ὀλιγοχρόνιον τὸ κτήμα. Ὁ μὲν γὰρ κεκτημένος ζῆ, τὸ δὲ κτήμα ἀπώλετο, καὶ εἴθε ἀπώλετο μόνον, καὶ μὴ συναπώλεσε τὸν κεκτημένον. Οὐκοῦν οὐκ ἂν ἀμάρτοις τὸν πλοῦτον ἀγνώμονα οἰκέτην καλέσας, οἰκέτην αἰμοδόρον καὶ ἀνδροφόνον, οἰκέτην ἀμοιβὰς ἀποδιδόντα οὐ δεσπότη τὴν σφαγῆν. Καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, οὐχ ὅταν αὐτὸν καταλίπη, περιβάλλει κινδύνους, ἀλλὰ καὶ πρὶν ἢ καταλίπη αὐτὸν, θορυβεῖ αὐτὸν καὶ ταραττεῖ. Μὴ γὰρ μοι εἴης τὸν τὰ σερικὰ περιβεβλημένον ἱμάτια, καὶ μύρον πνέοντα, καὶ θεραπεύομενον ἔξωθεν· ἀλλ' ἀνάπτυσον αὐτοῦ τὸ συνεῖδῃς, γύμνωσον αὐτοῦ τὴν διάνοιαν ἐπὶ πλοῦτοντος, καὶ ὄψῃ ἐνδοθεν θορυβῶν καὶ ταραχᾶς. Ὅταν δὲ ἴδῃς ἕτερον πίπτοντα ἐν τῷ ἐκείνου πτώματι, τὴν οἰκείαν συμφορὰν καταμάνθανε.

γ'. Τί γὰρ σφαλερώτερον τῶν ἀνθρωπίνων [508] πραγμάτων; Ὁ πολλάκις εἶπον, ὅτι ποταμίον βρυμάτων μιμείται· φύσιν, ὅμοιο τε φαίνεται καὶ παρὰ τρέχει, ὅμοιο κατέχεται καὶ ἀποπηδᾷ. *Μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος.* Τοῦτον λάβε τὸν λόγον.

<sup>α</sup> Ἴδιο φωνῆν ἀνθρωπίνην. Infra alii θηρίον ἀτιθάσσευτον.

<sup>β</sup> Ἰππὸς μετὰ τῶν στρατιωτῶν.

<sup>γ</sup> Ἰππὸς ἐκείνην τυ·α·ν·ιδ·ζ, non male.

<sup>δ</sup> Saviil. πράγμασι. καλῶς ἂν ταῦτα εἴλεως, μᾶλλον δὲ ταῦτα οὐδέποτε λέγειν ἔχρη. Ἰκανός.

<sup>ε</sup> Idem ἐν τόπῳ καθαρῷ, ἔχων ἄμματα νοερά· Ἐμῆθι εἰς τὸν λιμένα, μόνον μετὰ ἀκριθείας.

<sup>ε</sup> Haec omnino dicta videntur post Eutropii calamitatem.

te hominem vocabo, non asinum? Cum te adulterum cerno, quomodo te hominem vocabo, non equum emissarium? Cum te inobsequentem stupidumque video, quomodo te hominem vocabo, non lapidem? Nobilitatem a Deo accepisti, cur naturæ virtutem prodis? Quid, quæso, facis? Alii homines illa sunt instructi arte, ut bruta, quoad ejus fieri potest, in hominis nobilitatem transferant; psittacos docent humana voce loqui, arteque naturam cogunt; leones cicures reddunt, perque forum trahunt. Leonem efferrum animal cicurem reddis, et te lupo efferatorem exhibes? Quodque gravius est: quæque bellua unum habet vitium, lupus rapax est, serpens dolosus, aspis venenosus: at homo improbus non item. Sæpe namque non uno vitio affectus est, sed et rapax est, et dolosus, et venenosus, brutorumque vitia in animo suo colligit. Quomodo itaque te hominem vocabo, qui nec regni insigne, nec diadema, nec purpuram habeas? *Faciamus, inquit, hominem ad imaginem et similitudinem nostram (Gen. 1. 26).* Cogita ad cujus imaginem factus sis, homo, nec te ad vilem bestiarum conditionem deprime. Si videris regem, purpuram et diadema abjicientem, at cum militibus commixtum, prodentemque imperium suum, quo pacto illum regem vocabis? Tu homo es. Ne mihi ostenderis te hominis animam habere, sed an prudentia sis homo. Præes brutis, et brutorum affectuum tuorum factus es servus?

2. *Quis vere homo sit.* — Et quomodo homo evadam? inquis. Si cogitationes carnis, absurdas illas, subegeris: si ejeceris fornicationem, si ejeceris intempestivum amorem pecuniarum, si improbam illam tyrannidem ejeceris, si purum locum tuum reddideris. At quomodo efficiaris homo? Si huc veneris ubi homines creantur. Si te equum sumam, te hominem faciam; si te lupum sumam, te hominem faciam; si te serpentem accipiam, faciam te hominem, non naturam, sed propositum mutans. Sed quid dices? Liberos habeo, domui præsum, de uxore sollicitus sum, paupertate premor, necessarium victum paro. Obtenus hæc sunt et causificationes. Si enim hic te perpetuo retinerem, ac ne vel momento concederem, ut externis vacares negotiis, posses hac excusatione uti, mihi que dicere: Liberos habeo, domui præsum: ac probe certe hoc diceres: imo potius neque tunc illa dicere oporteret. Potest enim <sup>1</sup> Deus tibi hic agenti, majori copia tua omnia augere. Nunc autem nullam tibi hujusmodi necessitatem impono, neque dico, ut quotidie his vaces, sed bis tantum in hebdomada (a). Quid grave, quid onerosum? Non per totum diem, sed per exiguum temporis spatium veni in ecclesiam: accipe spiritualia sensa, ne accipias vulnera: non ut alios dejicias, sed ut in ecclesiam forum convertas. Veni, accipe arma, ut armatus noxiam plagam non accipias. Sta in acie, sed armatus; sta in loco san-

<sup>1</sup> In Savil. sic legitur.... *ut externis vacares negotiis, probe certe hoc diceres; imo potius, neque tunc illa dicere oporteret. Potest enim, etc., intermediis omissis.*

(a) Bis in hebdomada tunc predicabat Chrysostomus.

cto, sed puris præditus oculis; intra in portum, sed diligenter navem commove <sup>1</sup>. Hæc potes hoc in loco discere: sed abnuis, et in sæcularia castra Dei mandatis nudatus te conjicis. Cogita quantum sit ex ecclesia egredi humana omnia despicientem, molestiasque calcantem, bonisque superiore factum; ita ut neque illis superbiat, neque his prematur: qualis erat Job, neque paupertate obrutus, neque divitiis elatus, sed in rerum vicissitudine æqualem servans animum.

*Exempla vicissitudinis rerum humanarum.* — Veni, sune armaturam a me. Qualem armaturam? Quæ tibi sæpe salutem pollicetur. Exis, et vides hominem equo vectum aureo freno, multis satellitibus stipatum, rursusque vilem quemdam et abjectum. Hinc invidia in divitem commoveris, livor pauperis te apprehendit. Accedit ad te David, adest et dicit: *Ne timueris, cum dives factus fuerit homo (Psal. 48. 17).* Egredere cum propheta, et ne timeas. Abi quo tibi dico cum propheta, cum doctore, cum baculo, cum præcone. *Ne timueris, cum dives factus fuerit homo.* At dices: hoc monentis est, et consilium dantis, ac quæ decent commonstrantis: dic mihi etiam modum, quo debeo hominem non timere. Quia divitiarum natura hominis naturam imitatur. Qua autem ratione, ego dicam. Quid est homo? Animal vile, caducum, exigui temporis. Tales etiam divitiæ; imo non tales, sed infirmiores. Sæpe namque non cum homine desinunt, sed etiam ante hominem. Nostis vos innumera exempla in hac urbe, circa intempestivam hujusmodi divitiarum jacturam, et didicistis, vivente possessore, possessionem periisse: divitiarum enim finis est mutatio in paupertatem. Perpende igitur quam brevis temporis sit possessio. Nam possessor vivit post jacturam possessionis. Atque utinam periisset possessio, neque in perniciem traxisset ipsum possessorem. Non erraveris igitur si dixeris divitias esse domesticum ingratum, sanguinarium et homicidam; domesticum qui in remunerationem heroicam infert. Quodque gravius est, non cum hominem deserit, ipsum in pericula conjicit, sed et antequam ipsum relinquat, turbat ipsum ac consternat. Ne mihi respicias illum sericis vestimentis indutum, unguentis perfusum, et famulitio cultum: sed ejus conscientiam resera, ejus adhuc opulenti animum retege, videbisque intus tumultus et turbas. Cum autem videris alium ejus casu labentem, calamitatem propriam edisce.

3. Quid enim humanis rebus fallacius? Id quod sæpe dixi, fluvialium undarum naturam imitantur, simul apparent et prætereunt, simul tenentur et fluunt. *Ne timueris, cum dives factus fuerit homo.* Hunc accipe sermonem, canticum spirituale. Cum enim ingressa fuerit invidia, et una accesserit hic versus, dictum illud animi affectum talem eliminat. *Ne timueris, cum dives factus fuerit homo.* Hæc mea sunt remedia, quæ non pecunias, sed cælos quærunt. Non enim corpus curo, sed animæ remedium appono; non vestræ tantum, sed etiam meæ. Etsi namque doctor sim, sed

<sup>1</sup> In Savil. legitur, *sta in loco sancto oculos habens spirituales; agitato adeas pelagus, sed diligenter agas.*

homo etiam sum, communi subjectus naturæ, communemque doctrinam præbens.

*Divitiæ veræ quæ. Adulatorum indoles. Eleemosynæ laudes. — Ne timueris, cum dives factus fuerit homo.* Hunc accipe versum in thesaurum et argumentum : hunc accipe versum radicem divitiarum et opulentia. Non enim divitem esse, sed divitias nolle, hæ sunt veræ divitiæ. Num intellexistis illud quod vobis dictum est? Qui vult esse dives, possessionibus eget ac pecuniis : qui autem non vult esse dives, est semper in opulentia. *Ne timueris, cum dives factus fuerit homo, aut cum multiplicata fuerit gloria domus ejus. Ne timueris, dic mihi, propter quid? Quoniam metuendi sunt divites, vitam propheta explicat. Quid metuis hominem foliis ornatum, fructus expertem? cur times hominem qui in amaritudine ambulat? cur times hominem semper trementem? quid times hominæm in perpetuo metu viventem? Servus enim tuus non timet te absentem : ille vero dominum suum intus circumfert. Quocumque icrit, amor pecuniæ ipsum sequitur. Is propinquos, domesticos, amicos, invidos, beneficos, omnes simul habet inimicos. Invidiam quippe magnam conceitat. Pauper certe neminem timet, quoniam philosophia et patientia tantum dives est : dives autem, quia in habendi cupiditate vivit, omnibus perosus est, et in publicis cælibus hostis circumit, vultu assentantibus, animoque odientibus omnibus. Quod autem hæc illo modo se habeant, ingruente vento, cadentibusque foliis, cum scilicet mutatio rerum advenit, tunc ementiti amici comperiuntur, tunc assentantium larvæ noscuntur, tunc manifestus evadit simulantium chorus, tunc scena aperitur. Aperiuntur ora omnium dicentium : Scelestus ille, improbus, perditissimus. Quid ais? annon heri ipsi adulabaris? annon manus ejus osculabaris? Hæc larva erant. Venit tempus, et larvam posui, mentemque aperui. Quid ergo times, quæso, eum qui a tot hominibus accusatur? Et quid hoc? Utinam ne se ipse accuset. Hæc dico non quod divitias, ut millies dixi, criminari velim, sed eos qui bona re male utuntur. Pecuniæ enim cura operibus honestæ sunt. Quomodo honestæ? Si paupertatem sublevent, si inopiam sustentent. Audi Job dicentem : *Ego eram oculus cæcorum, pes claudorum, ego eram pater egenorum (Job. 29. 15. 16).* Ecce divitiæ sine peccato; sed cum amore pauperum. *Domus mea omni venienti aperta fuit (Job. 31. 32).* Hoc divitiarum ministerium est, earum nempe quæ non nomine, sed re sunt divitiæ. Illæ divitiæ servæ sunt harum; illæ quippe nomen sunt re vacuum, hæ vero et nominis et rei veritatem habent. Quænam? Eæ quæ ad virtutes et ad eleemosynam exercendam impenduntur. Quomodo? Ego dicam. Est dives qui omnium bona rapit, et est dives qui sua pauperibus erogat : hic in colligendo, ille in spargendo dives est : ille seminat terram, hic cælum excolit. Quantum præstat terræ cælum, tantum illius opulentia, hujus divitiis infirmior est. Hic innumeros habet amatores : ille omnes accusatores. Et quod est mirabile, raptorem et avarum non illi modo qui læsi sunt, sed etiam ii qui nihil mali sunt passi*

oderunt, vicem illorum dolentes, qui mala sunt perpassi : misericordem vero non modo ii qui misericordiam sunt consequuti, sed etiam ii qui non sunt experti, diligunt. Virtus enim est vitio præstantior, fratres. Vitium illos etiam qui læsi non sunt inimicos habet; eleemosyna autem illos quoque qui beneficio non sunt affecti habet amicos. Omnes enim dicunt : Deus illi benefaciat. Quó tandem bono affectus est? Nullo; sed frater meus : non ego, sed membrum meum : beneficium quippe illi præstitum, meum reputo. Vidisti quantum bonum sit virtus, quam desiderabile, quam amabile, quam pulchrum? Misericors est communis portus, pater omnium, baculus senum. Misericors si quid insuave patiat, precantur omnes, Deus ipsius misereatur, ipsi bene faciat, bona apud illum maneat : si autem ad raptorem veneris, audies qui dicant : Exsecrandus ille, improbus, scelestus. Quid passus est? Ego nihil, sed frater meus<sup>1</sup>. Adsunt quotidie clamores innumeri. Si ceciderit, omnes in illum irruunt. Hocine vita? hoc divitiæ? annon hæc conditio deterior quam reorum damnatorum? Qui damnatus est, corpore ligatus est; hic anima. Vides eum vinctum, et non miseraris ipsum? Illum odi, quia vinctus est, non vi, sed præposito : quia catenam atraxit.

4. *Chrysostomus pastor.* — Rursus tu contra divites? dicent mihi. Rursus vos contra pauperes. Rursus tu contra raptores? Rursus vos contra eos quorum bona rapiuntur. Vos non satiamini, dum pauperes devoratis et mordetis; ego non satior vos corripiens et emendans. Semper tu his hæres? Semper tu pauperi adhæres? Abscede tu ab ove mea, abi a grege; ne ipsum labefactes. Si vero labefactas gregem meum, an crimini vertes, si te persequar? Si pastor essem ovium, annon me incusares, si lupum in gregem ingruentem non persequeretur? Pastor sum rationabilium ovium (a) : non lapide persequor, sed verbo : imo potius non persequor te, sed voco. Esto ovis, accede, esto e numero gregis mei. Cur gregem corrupis, qui augere deberes? Non persequor te, sed lupum persequor. Si lupus non es, non te persequor. Si lupus factus es, te ipsum accusa. Non contra divites, sed pro divitibus sum. Hæc quippe dicens, pro te dico, etsi non sentias. Quomodo pro me loqueris? Quia te a peccato libero, et a rapina, omnibusque te amicis constituo, omnibus desiderabilem. Semper dico tibi : Rapuistine? pecunias auxisti? veni, te mutabo : inimicitiam in amicitiam convertam, periculum in securitatem. Hæc in hoc sæculo, illic vero rursus dabo tibi regnum cælorum, ne in supplicia æterna abeas; ut accipias bona, *Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt (1. Cor. 2. 9).* Hæcine persequentis sunt, an consulentis? amantis an odientis? Verum tu me oderis. Imo vero te amo. Præceptum Domini mei habeo : *Diligite inimicos ve-*

<sup>1</sup> Duo Mss., in quo male tibi fecit? Non mihi, sed fratri meo, etc.

(a) Dicit se pastorem esse, quia tunc erat archiepiscopus Constantinopolitanus.



τὴν ὥδην τὴν πνευματικὴν. Ὅταν γὰρ εἰσέλθῃ ὁ φθόνος, ἐπεισέλθῃ δὲ καὶ ὁ στίχος, ἀπαλλάττει τὸ βῆμα τὸ πάθος. *Μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος.* Ταῦτά μου τὰ φάρμακα οὐ χρημάτων δεόμενα, ἀλλὰ οὐρανῶν. Οὐ γὰρ σῶμα θεραπεύω, ἀλλὰ ψυχὴν ἰατρῶω· οὐ τὴν ὑμετέραν δὲ λέγω μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ. Εἰ γὰρ καὶ διδάσκαλός εἰμι, ἀλλ' ἀνθρωπῶς εἰμι, τῇ κοινῇ φύσει ὑποκείμενος, κοινήν καὶ τὴν διδασκαλίαν παρέχων.

*Μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος.* Λάβε τοῦτον τὸν στίχον θησαυρὸν καὶ ὑπόθεσιν· λάβε τὸν στίχον ρίζαν πλοῦτου καὶ εὐπορίας. Οὐ γὰρ τὸ πλουτεῖν, ἀλλὰ τὸ μὴ βούλεσθαι πλουτεῖν, τοῦτό ἐστι πλούτος. Ἄρα συνήκατε τὸ λεχθὲν πρὸς ὑμᾶς; Ὁ βουλόμενος πλουτεῖν, χρεῖαν ἔχει κτημάτων καὶ χρημάτων· ὁ δὲ μὴ βουλόμενος πλουτεῖν, ἀεὶ ἐστὶν ἐν εὐπορίᾳ. *Μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, ἢ ὅταν πληθυνθῇ ἡ δόξα τοῦ οἴκου αὐτοῦ. Μὴ φοβοῦ, εἰπέ μοι, διὰ τί;* Ἐπειδὴ γὰρ φοβεροὶ εἰσιν οἱ πλουτοῦντες, ἐκλαλεῖ τὴν ζωὴν ὁ προφήτης. Τί δέδοικας ἄνθρωπον φύλλοις κομῶντας, καρποῦ δὲ ἀπεστερημένον; τί δέδοικας ἄνθρωπον εἰς πικρίαν βαδίζοντα; τί δέδοικας ἄνθρωπον ἀεὶ τρέμοντα; τί δέδοικας ἄνθρωπον διηνεκεῖ φόβῳ συζῶντα; Ὁ μὲν γὰρ δοῦλός σου οὐ δέδοικέ σε ἀπόντα· ἐκεῖνος δὲ τὸν δεσπότην ἐνδοθεν περιφέρει. Ὅπου ἐὰν ἀπέλθῃ, ὁ ἔρωσ τῆς φιλοχρηματίας ἔπεται· καὶ πλησίους, καὶ οἰκέτας, καὶ φίλους, καὶ βασκάνους, καὶ εὐεργέτας, ἀπαντας ἰμοῦ ἔχθρους ἔχει. Φθόνον γὰρ ἐγείρει μέγαν. Ὁ μὲν γὰρ πένης οὐδένα δεδοικώς διάγει, ἐπειδὴ πλουτεῖ μόνον τῇ φιλοσοφίᾳ καὶ ὑπομονῇ· ὁ δὲ πλούσιος, ἐπειδὴ πλεονεξία συζῆ, μισεῖται παρὰ πάντων, καὶ ἐν κοινοῖς συλλόγοις πολέμιος περιέρχεται, κολακούμενος μὲν τῶν προσώπων, μισούμενος δὲ τῇ διανοίᾳ. Ὅτι δὲ ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ὅταν ἔλθῃ ὁ ἄνεμος, καὶ ρίψῃ τὰ φύλλα, ὅταν μεταβολὴ τῶν πραγμάτων γένηται, τότε εὐρίσκονται οἱ πεπλασμένοι φίλοι, τότε γνωρίζεται τὰ προσώπεια τῶν κολάκων, τότε φανεροῦται ὁ χορὸς τῶν ὑποκριτῶν, καὶ ἡ σκῆψις τοῦ δράματος. Ἄνοιγεται τὰ στόματα πάντων λεγόντων· Ὁ μιὰρὸς, ὁ πονηρὸς, ὁ παμπόνηρος. Τί λέγεις; οὐχὶ χθὲς αὐτὸν ἐκολάκεις; οὐχὶ τὰς χεῖρας αὐτοῦ κατεφλεις; Προσωπεῖον ἦν ἐκεῖνα. Ἦλθεν ὁ καιρὸς, καὶ περιεῖλον τὸ προσωπεῖον, καὶ ἀπεφνήσαν τὴν διανοίαν. Τί οὖν δέδοικας, εἰπέ μοι, τὸν ὑπὸ τοσοῦτων κατηγορούμενον; Καὶ τί τοῦτο; Εἴθε μὴ αὐτὸς ἑαυτοῦ κατηγόρει. Ταῦτα λέγω οὐ πλοῦτον διαβάλλων, μυριάκις εἶπον, ἀλλὰ τοὺς κακῶς τῶν καλῶν κεχρημένους πράγματι. Τὰ γὰρ χρήματα σὺν ταῖς πράξεσι καλά. Πῶς καλά δέ; Ἐὰν παρμυθῶνται [509] τὴν πηνίαν, ἐὰν διορθῶνται πιτωχίαν. Ἀκουσον πῶς λέγει ἐ Ἰώβ· *Ἐγὼ ἤμην ὄφθαλμὸς τυφλῶν, πούς δὲ χωλῶν· ἐγὼ ἤμην πατὴρ ἀδυνάτων.* Ἴδου πλοῦτος, καὶ ἁμαρτία οὐκ ἦν, ἀλλὰ φιλοπτωχία. Ἡ οἰκία μου παντὶ ἐλθόντι ἀνέωκτο<sup>a</sup>. Τοῦτο πλοῦτου διακονία, πλοῦτου οὐκ ὄνοματι, ἀλλὰ πράγματι. Οὗτος ὁ πλοῦτος δοῦλος ἐκεῖνου τοῦ πλοῦτου· οὗτος μὲν γὰρ ὄνομα ἐστὶν ἔρημον πραγμάτων, ἐκεῖνος δὲ ὄνοματος καὶ πράγματος ἔχει τὴν ἀλήθειαν. Ποῖος; Ὁ τῶν ἀρετῶν, ὁ τῆς ἐλεημοσύνης. Πῶς; Ἐγὼ λέγω. Ἔστι πλούσιος τὰ πάντων ἀρπάζων, καὶ ἐστὶ πλούσιος τὰ ἑαυτοῦ τοῖς πένησι παρέχων. Ὁ μὲν ἐν τῶν συνάγειν, ὁ δὲ ἐν τῶν ἀναλαίσκειν πλοῦτῶν· καὶ ὁ μὲν σπεῖρει τὴν γῆν,

<sup>a</sup> Allii παντὶ ἀνθρώπῳ ἠνέφκεται.

ὁ δὲ γεωργεῖ τὸν οὐρανόν. Ὅσον ὁ οὐρανὸς τῆς γῆς· βελτίων, τοσοῦτον ἐκεῖνου ἢ εὐπορία τοῦτου ἀσθενεστέρα. Οὗτος μυρίους ἔχει τοὺς ἔραστὰς, ἐκεῖνος δὲ πάντας κατηγόρους. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστόν, ἐπὶ μὲν τοῦ ἄρπαγος καὶ πλεονέκτου, οὐ μόνον οἱ ἡδίκημένοι, ἀλλὰ<sup>b</sup> καὶ οἱ μὴδὲν παθόντες κακὴν μισοῦσιν ἐκεῖνον, συναλοῦντες τοῖς κακῶς πεπονηθῶσιν· ἐπὶ δὲ τοῦ ἐλεήμονος, οὐ μόνον οἱ ἐλεηθέντες, ἀλλὰ καὶ οἱ μὴ ἐλεηθέντες φιλοῦσιν αὐτόν. Βέλτιον γὰρ ἢ ἀρετὴ τῆς κακίας, ἀδελφοί. Ἡ κακία καὶ τοὺς μὴ ἀδικηθέντας πολέμιους ἔχει· ἢ δὲ ἐλεημοσύνη καὶ τοὺς μὴ εὐεργετηθέντας ἔραστὰς κέκτηται. Λέγουσι γὰρ πάντες· Καλῶς αὐτῷ ὁ Θεὸς ποιήσει[ε]! Τί γὰρ εὐεργετήθη; Οὐκ ἐγώ, ἀλλ' ὁ ἀδελφὸς ὁ ἐμός· οὐκ ἐγώ, ἀλλὰ τὸ μέλος τὸ ἐμόν. Τὴν γὰρ εἰς ἐκεῖνον γενομένην εὐποσίαν εἰς ἐμαυτὸν λογιζομαι. Εἶδες ἤλικον ἢ ἀρετὴν; πῶς ποθεινόν; πῶς ἔπαρσον; πῶς καλόν; Ὁ ἐλεήμων ὁ κοινὸς λιμὴν, ὁ πατὴρ πάντων, ἡ βακτηρία τῶν γεγηρακῶτων. Καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ ἐλεήμονος, ἐὰν τι ἀηδὲς πάθῃ, εὐχονται πάντες· Ὁ Θεὸς αὐτὸν ἐλεήσει, ποιήσαι αὐτῷ καλῶς, παραμείναι αὐτῷ τὰ ἀγαθὰ! ἐὰν δὲ ἔλθῃ ἐπὶ τὸν ἄρπαγα, ἀκούσῃ λεγόντων· Ὁ μιὰρὸς, ὁ πονηρὸς, ὁ βέβηλος. Τί ἡδίκησαι; Ἐγὼ μὲν οὐδὲν, ἀλλ' ὁ ἀδελφὸς ὁ ἐμός<sup>c</sup>. Βοαὶ μυρία καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Ἐὰν πέσῃ, πάντες ἐπεμβαίνουσι τούτῳ. Τοῦτο ζωὴ; τοῦτο πλοῦτος; τοῦτο οὐ χαλεπώτερον καταδίκου; Ὁ κατὰδικος δέδεται τὸ σῶμα· οὗτος δὲ τὴν ψυχὴν. Ὅρξαι αὐτὸν δεσμιώτην, καὶ οὐκ ἔλασε αὐτόν; Διὰ τοῦτο αὐτὸν μισῶ, ὅτι δέδεται, οὐκ ἀνάγκη, ἀλλὰ προαιρέσει· διότι τὴν ἄλυσιν ἐπεσπάσατο.

δ. Πάλιν σὺ πρὸς τοὺς πλοῦσίους; ἐροῦσίν μοι. Πάλιν ὑμεῖς κατὰ τῶν πένητων. Πάλιν σὺ κατὰ τῶν ἀρπαζόντων; Πάλιν ὑμεῖς κατὰ τῶν ἀρπαζομένων. Ὑμεῖς οὐ κορῆνυσθε ἐσθιόντες καὶ καταδύκνοντες τοὺς πένητας, καὶ ἐγὼ οὐ κορῆνυσμαι διορθούμενος ὑμᾶς. Ἄεὶ σὺ τούτοις κεκόλλησαι; Ἄεὶ σὺ τῶν πένητι κεκόλλησαι; Ἀπόστηθι σὺ τοῦ προβάτου μου, ἀπόστηθι τῆς ποιμνῆς μου· μὴ αὐτὴν λυμαίνου. Εἰ δὲ λυμαίνῃ μου τὴν ποιμνὴν, ἐγκαλεῖς<sup>d</sup> ἂν διώκω σε; Ποιμὴν εἰ ἤμην προβάτων, ἐνεκαλεῖσθε ἂν μοι, ὅτι οὐ διώκω [510] ἐπερχόμενον τῇ ποιμνῇ λύκον. Ποιμὴν εἰμι λογικῶν θρεμμάτων· οὐ λίσθω διώκω, ἀλλὰ λόγω· μάλλον δὲ οὐδὲ διώκω σε, ἀλλὰ καλῶ σε· γενοῦ πρόβατον, ἔλθε, γενοῦ τῆς ἀγέλης μου. Τί λυμαίνῃ τὴν ποιμνὴν, ὁ φέλιων ἀυξῆσαι τὴν ἀγέλην; Οὐ διώκω σε, ἀλλὰ λύκον διώκω· εἰ μὴ λύκος εἶ, οὐ διώκω σε. Εἰ δὲ λύκος ἐγένου, σαυτὸν αἰτιῶ. Οὐκ εἰμὶ κατὰ τῶν πλουτούντων, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν πλουτούντων. Ταῦτα γὰρ λέγων, ὑπὲρ σοῦ λέγω, κἄν μὴ αἰσθάνῃ. Πῶς ὑπὲρ ἐμοῦ λέγεις; Ὅτι ἀπαλλάττω σε ἁμαρτίας, ἐλευθεροῦ σε ἀρπαγῆς, πᾶσι ποιῶ φίλον, πᾶσι ποθεινόν. Ἄεὶ σοι λέγω· Ἠρπασίαι; ἐπλεονέκτερας; ἔλθε, καὶ μεταβάλλω σε, μεταβάλλω τὴν ἐχθραν εἰς φίλιαν, τὸν κίνδυνον εἰς ἀσφάλειαν· ταῦτα ἐπαύσα, καὶ ἐκεῖ δίδωμί σοι πάλιν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἵνα μὴ εἰς τὰς ἀπεράντους· κολάσεις ἀπέλθῃς, ἵνα ἀπολάβῃς τὰ ἀγαθὰ, Ἄ ὄφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, ὅσπερ οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίᾳ ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. Ταῦτα τοῖνων διωκόντος ἐστὶν, ἢ συμβουλευ-

<sup>b</sup> Allii καταδοῦσιν, ἀλλά.

<sup>c</sup> Duo mss. τί σε ἡδίκησεν; ἐμὲ οὐδὲν, ἀλλὰ τὸν ἀδελφόν τὸν ἐμόν, etc. Sic mutato regimine.

<sup>d</sup> Allii μὴ ἐγκαλεῖς sine interrogatione.

<sup>e</sup> Allii ἀπορρήτους. Infra quidam φιλοῦντός ἐστιν, οὐ μισοῦντός σε.

οντος; φιλοῦντός ἐστιν, ἢ μισοῦντός σε; Ἄλλὰ σὺ μοι εἰσεῖς με. Ἄλλ' ἐγὼ φίλῳ σε. Ἐπίταγμα ἔχω τοῦ Δεσπότη μου· Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθρούς ὑμῶν. Οὐκ ἀφίσταμαί σου ἰατροῦν σε. Ὁ Δεσπότης ἡμῶν ἑσταυροῦτο, καὶ ἔλεγεν· Ἄφες αὐτοῖς, Πάτερ· οὐ γὰρ οἶδασι τί ποιούσι. Μὴ γὰρ σὲ διώκω; Τὸ πάθος σου ἐλαύνω. Μὴ γὰρ σοὶ πολεμῶ; Τῆ κακίᾳ σου. Καὶ οὐχ ἡγῆ με εὐεργέτην; οὐχ ἡγῆ με κηδεμόνα; οὐχ ἡγῆ με προστάτην πάντων μᾶλλον; Τίς σοι περὶ τούτων ἄλλος ἐρεῖ; Ὁ ἄρχων; Οὐδὲν τοιοῦτον· ἀλλὰ περὶ ἐγκλημάτων, περὶ κατηγορίας. Ἄλλ' ἡ γυνή; Περὶ κοσμίαν, περὶ χρυσοῦ. Ἄλλ' ὁ παῖς; Περὶ κληρονομίας, περὶ διαθήκης, περὶ κλήρου. Ἄλλ' ὁ οἰκέτης; Περὶ ὑπηρεσίας, περὶ δουλείας, περὶ ἐλευθερίας. Ἄλλὰ παρσῆτοι; Περὶ συμποσίων, περὶ δεῖπνων, περὶ ἀρίστων. Ἄλλ' οἱ ἐν τῷ θεάτρῳ; Περὶ γέλωτος αἰσχροῦ, περὶ ἐπιθυμίας ἀκολάστου. Ἄλλ' ὁ ἐν τοῖς δικαστηρίοις; Περὶ διαθηκῶν, περὶ κληρονομίας, περὶ ἐλευθερίας, ἀ πράσσει. Ποῦ ἔχεις ἀκούσαι ταῦτα, εἰ μὴ παρ' ἐμοῦ; Πάντες σε φοβοῦνται, ἐγὼ δὲ σου καταφρονῶ· ἕως ἂν ἦς τοιοῦτος, καταφρονῶ σου, ὑπερορῶ σε, καταφρονῶ σου τοῦ πάθους. Ἐγὼ τέμνω, σὺ κράξεις· ἀλλ' οὐ φοβοῦμαι σου τὴν φωνήν, ποθῶ δὲ σου τὴν σωτηρίαν· ἱατρὸς γὰρ εἰμι. Ἄρα εἰ ἔλλοξες ἔχων ἱατρὸν μετεκάλες, καὶ εἶδες ὅτι ἠκρόνησε τὸ σιδήριον, οὐκ ἔλεγες, Τέμε, εἰ καὶ ὀδυνῶμαι, τὴν ἀπὸ τῆς τομῆς σωτηρίαν ἐκδεχόμενος; ἐμὲ δὲ φεύγεις μὴ τέμνοντα, ἀλλὰ λόγῳ τὴν διάνοιάν σου καθαιρόντα. Καίτοι ὁ ἱατρὸς τί ποιεῖ; Τέμνει πολλάκις, καὶ χεῖρον ποιεῖ τὸ ἔλλοξ· ἐγὼ δὲ οὐ ποῦ χεῖρον, ἀλλὰ βέλτιον. Ἐκεῖ μὲν γὰρ φύσις ἐστὶν ἡ ἀπορομένη, καὶ φαρμάκων ἀδυναμία· ἐνταῦθα δὲ λόγων δύναμις. Ἱατρὸς οὐκ ἐγγυᾶται σου τὴν σωτηρίαν, ἐγὼ δὲ ἐγγυῶμαι σου τὴν σωτηρίαν· ἀκούε μου. Διὰ τοῦτο ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ κατήλθεν, ἵνα ἡμᾶς ἀναγάγῃ, καὶ τῶν οὐρανῶν <sup>a</sup> [51] ὕψηλοτέρους ἐργάστῃται.

Ἐν φοβοῦμαι μόνον, ἁμαρτίαν· τὰ δὲ ἄλλα ἅπαντα οἰχέσθω, κἂν πλοῦτος, κἂν πενία, κἂν δυναστεία, κἂν ὀτιοῦν. Ταῦτα λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι· οὐδένα γὰρ βούλομαι ἀπολέσθαι τῆς ἀγέλης τῆς ἐμῆς. Τί οὖν; δυνατὸν ἐστὶ πλοῦσιον σωθῆναι; Καὶ πάνυ. Ὁ Ἰωβ πλοῦσιος ἦν, ὁ Ἀβραάμ πλοῦσιος ἦν. Εἶδες αὐτοῦ τὸν πλοῦτον; Βλέπε αὐτοῦ καὶ τὴν φιλοξενίαν. Εἶδες αὐτοῦ τὴν τράπεζαν; Βλέπε αὐτοῦ καὶ τὴν φιλοφροσύνην. Τί οὖν ὁ Ἀβραάμ; Πλοῦσιος ἦν. Μὴ ἐπιλονεκῆσά σοι; Πλοῦσιος ἦν ὁ Ἀβραάμ; Ναί, πλοῦσιος ἦν. Εἶδες αὐτοῦ τὸν πλοῦτον; Βλέπε αὐτοῦ καὶ τὴν διαγωγήν. Κατὰ δὲ τὸ μεσημβρινὸν ὤρθη αὐτῷ ὁ Κύριος πρὸς τῆ δρυὶ τῆ Μαμβρῆ καθημένῳ· καὶ ἰδοὺ τρεῖς ἄνδρες. Καὶ ἀναστὰς (οὐ γὰρ ἐνόμιζεν, ὅτι Θεὸς ἦν ὁ παρών· πῶς γάρ;) προσεκύνησε, καὶ λέγει· Εἰ κεκρίκατέ με ἄξιον, ἵνα εἰσέλθῃτε εἰς τὴν σκηνὴν τῶν δοκῶν μου. Εἶδες τί ἐποίει ἐν μεσημβρίᾳ ὁ γέρων; Οὐχ ὑπὸ στέγην καθήμενος, ἀλλὰ ξένους καὶ ὀδοπόρους οὐδαμῶθεν γνωρίμους ἐπισπῶμενος, καὶ ἀναστὰς προσεκύνησεν ὁ πλοῦσιος καὶ εὐγενής. Ὁ χρήματα περιελόμενος καταλιπὼν οἰκίαν, γυναῖκα, παῖδας, οἰκέτας, καίτοι τριακοσίους δέκα καὶ ὀκτῶ ἔχων, καταλιπὼν ἅπαντας, ἐξῆλθεν ἀλειεῦσαι, σαγήνην ἤπλωσε φιλοξενίας, μήπου ὀδοπόρος, μήπου ξένος, καὶ παραδράμῃ τὴν οἰκίαν. Βλέπε τί ποιεῖ ὁ γέρων. Οὐχ ἐπιτρέπει οἰκέτῃ, καίτοι

τριακοσίους δέκα καὶ ὀκτῶ ἔχων· ἦδει γὰρ ὅτι βῆθιμόν ἐστι τὸ γένος τῶν οἰκετῶν· μήπου ἀπονυστάξῃ ὁ οἰκέτης, καὶ παραδράμῃ ὁ ξένος <sup>b</sup>, καὶ ἀπολέσῃ τὴν ἄγραν. Ἴδε ὁ Ἀβραάμ, ἴδε ὁ πλοῦσιος. Καταξίους σὺ κἂν ἰδεῖν πένητα; κἂν ἀποκριθῆναι; κἂν διαλεχθῆναι; Ἄλλὰ κἂν ποτε δῶς, διὰ δούλου. Ἄλλ' οὐκ ἦν ὁ δέκασιος οὕτως· ἀλλὰ ἐκάθητο θερμὴν τὴν ἀκτίνα δεχόμενος, δρόσον ἐν καύματι σταζόμενος· σκία ἦν αὐτῷ ἡ ἐπιθυμία τῆς φιλοξενίας· ἐκάθητο τρυγῶν τὸν καρπὸν τῆς φιλοξενίας, καὶ τοῦτο πλοῦσιος. Παράβαλλέ μοι τοὺς πλοῦσιους τοὺς νῦν. Ἐν μεσημβρίᾳ ποῦ κἄθηται; Ἐν τῷ ἄδῃ. Ποῦ κἄθηται; Ἐν τῷ θανάτῳ τῆς μέθης. Ποῦ κἄθηται; Ἐπὶ τῆς δημοσίας, ἐρόμιμένοι, μεθύοντες. πεπρωμένοι τὴν καρδίαν, ἀλόγων ἀλογώτεροι. Ἄλλ' οὐχ ὁ δίκαιος οὕτω.

ε'. Θέλεις μιμήσασθαι τὸν Ἀβραάμ; Μίμησαι οὕτως, οὐ κωλύει, ἀλλὰ καὶ συμβουλεύω ε· καίτοι μείζονα τοῦ Ἀβραάμ δικαιοῦμεθα. Ἐὰν γὰρ, φησί, μὴ περισεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλέον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐκ εἰσελεύσεσθε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Τέως δὲ σὺ κἂν τὸν Ἀβραάμ φθάσῃ. Καὶ τί εἶχεν ὁ Ἀβραάμ; Φιλόξενος ἦν, καὶ ἀνέστη, καὶ προσεκύνησεν, οὐδὲ εἰδώς τίνες ἦσαν οἱ παριόντες <sup>d</sup>. Εἰ γὰρ ἦδει, οὐδὲν θαυμαστὸν ἐποίει, ὅτι Θεὸν μεθόραπευσεν· ἀλλ' ἡ ἄγνοια τῶν παραγενομένων μόνον εἶβρανα αὐτοῦ δεικνυσι τῆς φιλοξενίας τὴν προθυμίαν. Καὶ ἐκάθητο καὶ ὑπεδέχετο. Καὶ πῶς; Δαψιλῶς· μόσχον ἔθυσσε, καὶ καλεῖ καὶ τὴν Σάρραν, καὶ κοινῶν ποιεῖ τῆς φιλοξενίας τὴν γυναῖκα, καὶ οὐκ ἐν θαλάμῳ κρυπτομένην. ἀλλ' ὑπὸ τὴν δρῦν ἐστήκυϊαν. [512] Ἡ γὰρ τράπεζα ἐκείνη λοιπὸν διήνοιξεν αὐτῆς τὴν μήτραν, καὶ τὴν πῆρωσιον τῆς φύσεως διώρρωσεν. Ἔθυσσε μόσχον, καὶ ἔλαβε τὸν Ἰσαάκ· ἐφύρασεν ἄλευρα, καὶ ἔλαβε τὸ σπέρμα αὐτῆς <sup>e</sup>, ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὴν ψάμμον τῆς θαλάσσης. Ἄλλὰ πάντα εἶρες· ἄδ; καὶ ἔμοι τὸν καρπὸν τοσοῦτων γνησίων <sup>f</sup> υἱῶν. Ἄθλιε, καὶ ταλαίπωρε, καὶ εὐτελέστατε, τὰ ἐν τῇ γῆ ζητεῖς; Τὸν οὐρανὸν σοι δίδωμι, τὴν μετ' ἀγγέλων χορείαν, τὴν δι' αἰῶνος ἀπόλαυσιν, καὶ θάνατον φθαρτῶν ζητεῖς; Ζωὴν σοι δίδωμι τέλος οὐκ ἔχουσαν. Μείζων ἡ ἀμοιβή, πλείων ἡ ἀντίδοσις. Πρόσεχε μετ' ἀκριβείας <sup>δ</sup> λέγω, ἵνα ἴδῃς ἀντιστροφὴν πραγμάτων. Ὅτε γὰρ ἔδει φιλοξενίαν ἐπιδείξασθαι, ὁ Ἀβραάμ τί λέγει τῇ γυναίκα αὐτοῦ Σάρρα; Σπεύσον, καὶ φύρασον τρία μέτρα σεμιδάλεως. Ἀκουήτωσαν γυναῖκες τῶν λεγομένων. Σπύσον, καὶ φύρασον τρία μέτρα σεμιδάλεως. Κοινὸν γὰρ ἡμῖν τὸ θέατρον, καὶ ἑκατέρω τῇ φύσει τὸ διδασκαλεῖον <sup>e</sup> πρόκειται. Ἀκουήτωσαν γυναῖκες τῶν λεγομένων· ἀκουήτωσαν καὶ ἄνδρες, καὶ μιμείσθησαν. Σπύσον, φησί, καὶ φύρασον τρία μέτρα σεμιδάλεως· καὶ αὐτὸς ἔδραμεν ἐπὶ τὴν ἀγέλην τῶν βοῶν. Μεριζόνται τὸν πόνον, ἵνα μερίσωνται καὶ τὸν στέφανον. Κοινὰ τὰ τοῦ γάμου· ἔστω κοινὰ καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς. Βοηθὸς σε ἔλαβον· γενοῦ μοι βοηθός καὶ ἐν τοῖς ὕψηλοτέροις πράγμασι· σπεύσον, σπεύσον. Ἐπεῖγει τὴν γυναῖκα, καὶ ἵνα μὴ ἡ μέλλῃσις εἰς ἀθυμίαν ἐμβάλλῃ τοὺς <sup>h</sup> ξένους· Σπεύσον, καὶ φύρασον τρία

<sup>b</sup> Duo mss. ὁ ἔμπορος. Ibidem unus μήπως ἀπονυστάξῃ ὁ οἰκέτης, καὶ παραδράμῃ.

<sup>c</sup> Savil. ἀλλὰ καὶ βούλομαι.

<sup>d</sup> Alius ὁ παρώντες.

<sup>e</sup> Alii αὐτοῦ.

<sup>f</sup> Savil. τὸν καρπὸν τοιοῦτον γνήσιον.

<sup>g</sup> Alii τὸ δικαστήριον.

<sup>h</sup> Γυναῖκα, ἵνα μὴ ἀμελήσῃ, καὶ εἰς βῆθιμίαν ἐμβάλλῃ τοὺς. Sic unus, qui variat infra in constructione verborum, non in re.

<sup>a</sup> Duo mss. καὶ τῶν ἀνθρωπίνων.

stros (*Matth. 4. 44*). Non abscedo abs te, sed tibi medeor. Dominus noster crucifixus est, et dicebat : *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt* (*Luc. 23. 34*). Num te persequor? Morbum tuum pello. Num tecum pugno? Cum vitio certe tuo. Annon me beneficium ducis? annon curatorem? annon patronum præ aliis omnibus? Quis alius te his de rebus alloquetur? Num magistratus? Nihil simile loquetur, sed de accusationibus et de crimine aget. Num uxor? De ornamentis tantum et de auro loquetur. Num filius? De hereditate, de testamento, de sorte dicit. Num domesticus? Is de ministerio, de servitute, de libertate. An parvasi? Illi de convivis, de cœnis, de prandis. An ii qui in theatro? Illi de risu turpi, de concupiscentia effreni. An is qui in foro? Ille de testamentis, de hæreditate, de libertate, in quibus ille versatur. Unde hæc audias, nisi a me? Omnes te metuunt, ego vero te contemno; donec talis fueris, te contemno, te despicio, morbum tuum contemno. Ego seco, tu clamas: sed non timeo vocem tuam, opto salutem tuam: medicus enim sum. Si ulcus habens medicum vocares, videresque ferrum acuere, annon diceres, Seca, etiamsi doleam, eo quod ex sectione salutem expectares? me autem fugis, non secantem, sed sermone animam tuam purgantem. Atqui medicus quid facit? Secat sæpe, et ulcus deterius facit: ego deterius non facio, sed melius. Illic enim natura est imbecilla et nutans, remediorumque debilitas; hic autem vis sermonis. Medicus tibi salutem non pollicetur, ego tibi salutem pollicor: audi me. Ideo unigenitus Filius Dei descendit, ut nos reduceret, et cœlis<sup>1</sup> ipsius excelsores constitueret.

*Peccatum unum timendum. Abraham hospitalitas.* — Unum solum timeo, peccatum: cætera facessant omnia, divitiæ, paupertas, potentia, quidvis aliud. Hæc dico, nec finem dicendi faciam: neque enim quemquam gregis mei perire volo. Quid ergo? potestne fieri ut dives salutem consequatur? Sane quidem. Job dives erat, Abraham dives erat. Vidisti ejus divitias? Vide hospitalitatem. Vidisti mensam ejus? Vide benignitatem. Quid ergo Abraham? Dives erat. Num tecum contendi? Divesne erat Abraham? Imo, dives erat. Vidisti ejus divitias? Vide ejus vitæ institutum. Meridie apparuit ei Dominus juxta quercum Mambre sedenti. Et ecce tres viri. Et surgens (non enim putabat Deum esse eum, qui præsens erat, quomodo enim?) adoravit, et dixit: Si judicatis me dignum, ut ingrediamini in tabernaculum trabium mearum (*Gen. 18. 1.-3*). Vides quid in meridie faceret senex? Non sub tecto sedebat, sed peregrinos et viatores prorsus ignotos pertrahebat, et surgens adoravit dives et nobilis. Qui pecuniis affluēbat, relicta domo, uxore, pueris, domesticis, quos trecentos octodecim habebat, illis omnibus relictis, exiit piscaturus; sagemnam hospitalitatis expandit, ne viator, ne peregrinus donum præteriret. Vide quid faciat senex. Non præcipit famulo, quos trecentos octodecim habebat; scie-

bat enim genus famulorum negligens esse; ne obdormisceret famulus, et peregrinus præteriret, sique ipse prædam amitteret. En Abrahamum, en divitem. An dignaris tu pauperem vel respicere? an ipsi respondere? an ipsum alloqui? Quod si aliquando des, certe per famulum. At non ita vir justus: sed sedebat, ardentes radios excipiens, rore in æstu perfusus; umbra ipsi erat desiderium hospitalitatis; sedebat fructum hospitalitatis decerpens, idque dives cum esset. Huic mihi confer hodiernos divites. In meridie ubi sedent? In inferis. Ubi sedent? In morte ebrietas. Ubi sedent? In publico, projecti, ebrii, corde occæcati, brutis stupidiore. Sed non ita justus ille.

5. Vis imitari Abrahamum? Sic imitare, non impedio, imo suadeo<sup>1</sup>: etiamsi majora a nobis exigantur, quam ab Abrahamo. *Nisi enim abundaverit, inquit, justitia vestra plus quam scribarum et Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum* (*Matth. 5. 20*). Interea tu saltem Abrahamum assequere. Quid habuit Abraham? Hospitalis erat, surrexit, et adoravit, cum ignoraret quinam essent qui præterirent<sup>2</sup>. Si enim scivisset, nihil admirandum fecisset, quia Deum coluisset; verum ignoratio eorum qui aderant, majus ejus hospitalitatis studium declarat. Sedebat et excepit. Quomodo? Liberaliter: vitulum mactavit, Saram vocavit, uxorem hospitalitatis consortem fecit, neque eam in cubiculo latentem, sed sub quercu stantem. Illa enim mensa demum aperuit vulvam ejus, naturæque sterilitatem correxit. Mactavit vitulum, et accepit Isaac: farinam conspersit, et semen accepit ut stellas cæli et arenam maris. Verum plane dices: Da mihi quoque fructum tot genuinorum filiorum<sup>3</sup>. Infelix, miser, et vilissime, terrena quæris? Cælum tibi do, angelorum societatem, æternam voluptatem, et mortem corruptionemque quæris! Vitam tibi do finem non habentem. Major est remuneratio, major retributio. Studiosè attende dictis meis, ut rerum conversionem videas. Cum enim oporteret hospitalitatis studium declarare, quid dicit Abraham uxori suæ Saræ? *Festina, inquit, et commisce tres mensuras similæ* (*Gen. 18. 6*). Hæc audiant mulieres, *Festina, et commisce tres mensuras similæ*. Commisce quippe nobis theatrum, et utriusque sexui magisterium offertur<sup>4</sup>. Audiant mulieres id quod dicitur: audiant viri, et imitentur. *Festina, inquit, et commisce tres mensuras similæ*: et ipse cucurrit in armentum boum. Laborem partiuntur, ut etiam ambo coronam sortiantur. Communia sunt jura nuptiarum: communia sint virtutis officia. Adjutricem te accipi; sis mihi adjutrix etiam in rebus altioribus: festina, festina. Urget uxorem, et ne tarditas lædium afferat hospitibus: *Festina, et commisce tres mensuras similæ*. Laboriosum præceptum, grave mandatum: *Commisce tres mensuras similæ*. Non dixit: Quid hoc? num hac spe tibi nupsi, ut me ad molendum coquendumque panem adhiberes,

<sup>1</sup> Savil., *imo volo*.

<sup>2</sup> Alius, *qui adessent*.

<sup>3</sup> Savil., *fructum geminum tot filiorum*.

<sup>4</sup> Alii, *tribunal in medio ponitur*.

<sup>5</sup> Duo Mss., pro, *cælis*, habent, *rebus huminis*.

rium illi suppeditas alimentam? Cur item, homo cum ais, cum hominibus misceri dedignaris, sed in mediis urbibus solitudinem quaeris, nec tibi in mentem venit Dominum tuum cum publicanis cibum sumpsisse, cum meretrice colloquutum, cum latronibus crucifixum, et cum hominibus fuisse commixtum, sed fastu ac superbia efferatus, humanam ipsam naturam amittis? Hinc magnus in nobis oritur misericordiae contemptus, hinc avaritiae studium, hinc crudelitas et inhumanitas. Cum enim aureum frenum equo adhibes, cum auream famulo armillam, et aureas lapidi bracteas, cum pelles apud te sunt aureae, vestes aureae, cingulus aureus, itemque calcei, tantamque tibi hujus nequitiae necessitatem imponis, ut insatiabilem cupiditatem explere contendas, et omnium saevissimam belluam pascere, avaritiam dico: tum et orphanos spoliatis, et viduas nudas, et communis omnium hostis incedis, vanoque labore suscepto cursum inis, qui nullo bono sine claudetur. Quid enim hoc sibi vult, quod barbarum servum tuum auro exornas (a)? quod lucrum, quae utilitas animae oritur, quod commodum corpori, quis domui reditus? Imo vero plane contrarium, sumptus intempestivus alienae a ratione impensae, materia luxuriae, malitiae documenta, prodigae ac dissolutae vitae occasio, animae corruptela, via quae ad innumera mala deducit. Lecti vero argento nexi, auroque fulgentes, scabella et lebetes inde conflati, multusque risus, quid ad emendationem vitae conferre possunt? aut quid te juverunt ut melior fieres, vel conjugem tuam, vel alium quempiam domesticorum? Nonne hinc potius fures, ac multi parietum perfossores? nonne inde fugitivi famuli fiunt? Cum enim, quocumque oculos suos convertant, argentum fulgere conspexerint, furacitatis in eis morbus alitur. Nam si te liberum hominem, et qui propter nobilitatem magnifice de te sentis, quod in foro refulget argentum ad cupiditatem allicit: multo magis famulum. Atque haec a me non ideo dicuntur, ut fugitivos servos crimine liberem, eosque qui talia scelera perpetrent: sed ut vos cohorter ne talium illis morborum alimenta subministretis. At enim, eas opes ubi deponemus? inquit: num in terram defodiemus? Absit, sed meis consiliis acquiescere si volueris, modum te docebo, quo fugitivum hunc servum probum ac fidelem efficere poteris.

3. *Divitiae fugitivae.* — Sunt enim plane fugitivae divitiae (b), hodierno die transeuntes ad hunc, cras ad illum: neque fugitivae sunt tantum, sed alios reddunt etiam fugitivos, dum efficiunt ut ii quibus custodiendae commissae sunt, saepe fugam arripiant. Quo tandem igitur pacto fieri potest, ut fugitivus iste teneatur? Contrario penitus modo caeteris fugitivis. Nam alii quidem dum retinentur, manent, hic si detineatur, aufugiet: si dispergatur, manebit. Quod si forte novum tibi, quod dico, videatur, hoc ex agricolis discite. Siquidem illi cum inclusum triticum domi defoderint, tineis ac ver-

ribus rodendum illud exponunt ac perdunt; sin autem in arva dispergant, non illud modo conservant, sed etiam multiplicat: ita quoque divitiae dum in arcubus manent, et sub januis vectibusque vel in terram defossae, confestim aufugiunt; sin autem, ut agricolae triticum in agros, sic in pauperum ventres illas disperseris, non modo non aufugiunt, sed copiosiores inde reddunt. Haec ergo cum scias, ne famulis eas trade, sed innumeris manibus tenendas committe, viduarum scilicet, pupillarum, corpore mutilatorum, eorumque qui carcere sunt conclusi. Non enim poterunt tot manibus detentae diffugere, sed firmiter tenebuntur, et auctiores fient. Sed quid liberis meis derelinquam? inquit. Enimvero non omnia te cogi profundere: quamquam si omnia profundas, hac ratione liberos amplius ditabis, dum pro pecunia Deum illis propitium et opes eleemosyna partas, et inter homines adjuutores innumeros ac benefactores derelinques. Ut enim raptores, tametsi nulla laesi simus injuria, odio prosequimur: sic eos qui misereri, et egenis succurrere noverunt, tametsi nihil ad nos ex illorum liberalitate dimanavit, reveremur et amamus: nec illos tantum, sed illorum etiam liberos. Cogita ergo quantum sit illud ornamentum, ut ab innumeris hominibus filii tui videantur adamari, cum oranes ista verba pronuntiant, si in sustentationem egenorum opes impendantur: Ille benigni hominis, ille misericordis est filius. At tu rem quidem sensu carentem exornas; quippe cum sensus expertus sit lapis, quantumvis innumeris eum talentis auri contegas; ei vero, qui sensu praeditus est, et enecatur fame, ne necessarium quidem alimentum impertis. Quando igitur tremendum illud tribunal apparuerit, et igne fluvii, quando a nobis rerum gestarum rationes exigentur, qua defensione tantam ignaviam tantamque vecordiam et immanitatem tueberis? quam legitimam excusationem afferes? Ut enim aliorum quisque propositum scopum habet, atque rationem, qua suas dirigat actiones: et agricola, si rationem ab illo exigas, dicet, quam ob causam boves junxerit, sulcum duxerit, aratrum traxerit, et mercator quare navem in mare deduxerit, et operarios conduxerit, ac pecunias deposuerit, et architectus et calceorum sutor, faber aenarius, pistior et singuli quarumvis artium opifices rationem reddunt et causam: ita tu quoque, dum lectum argento sic operis, dum equum et lapidem deauras, ac pelles ejusmodi apparatus, si a te ratio exigatur, quam causam dices? quem modum? An vero ex ejusmodi lecto dulcior tibi somnus obrepat? At hoc dicere minime potes: quin potius si quid praeter opinionem dicendum est, etiam injucundior: major enim est sollicitudo, et anxietas major. An vero firmior est propter aurum structura? Ne hoc quidem verum est. An melior equus ob tale frenum? an vero servus? plane contrarium hic quoque cernitur. Cur igitur tam ineptos in his omnibus vos ostenditis? Omnino dicetis, inde vos gloriam vobis illustriorem comparare. Quid? nonne jam inde ab exordio sermonis audivisti, haec hominis non esse gloriam, sed plane contrarium, ignominiam et dedecus

(a) Servi barbari adhibebantur.

(b) His similia vide Homilia secunda in Eutropium, Tom. III, paulo post initium.

καὶ μετὰ πόρνῃς; διελέγετο, καὶ μετὰ ληστῶν ἐσταυροῦτο, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεμίγνυτο· ἀλλὰ τῷ τύφῳ καὶ τῇ ἀπονοεῖα τυραννοῦμένος, ἀπολλύεις καὶ τὸ θνητὸς εἶναι; Ἐντεῦθεν ἤμιν ἡ πολλὴ τῆς ἐλεημοσύνης ὑπερφία, ἐντεῦθεν ὁ τῆς πλεονεξίας ἔρωσ, ἐντεῦθεν ἡ ὠμότης καὶ ἀπανθρωπία. Ὅταν γὰρ καὶ χαλινὸν χρυσοῦν τῷ ἵππῳ περιβῆς, καὶ μανιάνην χρυσοῦν τῷ οἰκέτῃ, καὶ πέταλα χρυσοῦ τῷ λίθῳ, καὶ δέσματα χρυσοῦ παρὰ σοί, καὶ ἱμάτια χρυσοῦ, καὶ ζώνη[ν] χρυσοῦ[ν], καὶ ὑποδήματα, καὶ τοσαύτας τῆς πονηρίας ταύτης σαυτῷ περιβῆς ἀνάγκας, βουλόμενος τὴν ἀκόρεστον ἐπιθυμίαν πληροῦν, καὶ τροφήν, τῷ πάντων ὠμοτάτῳ θηρίῳ παρέχειν, τῇ φιλαργυρίᾳ λέγω· τότε καὶ ὄρφανούς ἀποδύεις, καὶ χήρας γυμνοῖς, καὶ κοινὸς περιέρρη πόλεμος ἅπασιν, μάταιόν τινα ἀνελλττων πόνον, καὶ δρόμον οὐδὲν ἔχοντα πέρας χρηστῶν. Τί γὰρ σοὶ βούλεται τὸν οἰκέτην σου τὸν βάρβαρον χρυσοφορεῖν; τί τὸ κέρδος; τίς ἡ ὠφέλεια τῆς ψυχῆς; τίς βνησις σώματος; ποία πρόσδος οἰκίας; Τοῦναντίον μὲν ἅπαν, ἀκαιρὸς δαπάνη, ἀνώλιμα ἀλογίας γέμον, ἀελέγειας ὑπόθεσις, διδασκαλεῖον κακίας, βαναύσου βίου καὶ διαβρέοντος ἀφορμῆ, φθορὰ ψυχῆς, ὁδὸς ἐπὶ μυρία φέρουσα κακά. Αἱ δὲ κλίνας αἱ ἀργυρένδετοι, αἱ χρυσοπάστοι, καὶ τὰ ὑποπόδια, καὶ οἱ λέθηρες οἱ ἐντεῦθεν κατεσκευασμένοι, καὶ ὁ πολὺς γέλωσ, τί σοὶ τὸν βίον ὀρθῶσαι δυνατόν; τί δὲ ἀμείνω σε ἐποίησεν, ἢ τὴν σύνοικον, ἢ ἄλλον τινὰ τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν; Οὐκ ἐντεῦθεν ληστοὶ καὶ τοιχωρῶχοι πολλοί; οὐκ ἐντεῦθεν οἰκέται δραπετεύουσιν; Ὅταν γὰρ πανταχοῦ βλέποντες ἄργυρον ἴδωσι στήθοντα, [522] τρέφεται ἐν αὐτοῖς τὸ νόσημα τῆς κλοπῆς. Εἰ γὰρ σὲ τὸν ἐλεύθερον, καὶ ἐπ' εὐγενείᾳ μέγα φρονούντα, ἄργυρος ἐν ἀγορᾷ λάμπων ἐφέλκεται πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν, πολλῶν μᾶλλον τὸν οἰκέτην. Καὶ ταῦτα λέγω οὐκ ἀπαλλάττων ἐγκλημάτων τοὺς δραπετέας τῶν οἰκετῶν, καὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα κακουργούντας, ἀλλὰ παραινῶν ἡμῖν μὴ παρατιθέσθαι τῶν τοιούτων νοσημάτων αὐτοῖς τὴν τροφήν. Ἀλλὰ ποῦ καταθώμεθα αὐτά; φησὶν· εἰς γῆν κατορυξώμεν; Ἀπαγες· ἄλλ', εἰ βούλει τῆς ἐμῆς ἀνασχέσθαι συμβουλῆς, ἐρῶ σοὶ τρόπον, δι' οὗ τὸν δραπετήν εὐγνώμονα δυνήσῃ ποιήσαι.

γ'. Καὶ γὰρ δραπετέτης ἐστὶν ὁ πλούτος, σήμερον πρὸς τοῦτον, αὔριον πρὸς τὸν ἕτερον μεταπηθῶν· οὐ δραπετήτης; ἔξ μόνον, ἀλλὰ καὶ δραπετοποιός, τοὺς φυλάττοντας αὐτὸν πολλὰκις φυγάδας ποιῶν. Πῶς ἂν οὖν ὁ δραπετής οὗτος κατεσχέσθῃ; Ἄν' ἐναντίας τοῖς δειλοῖς δραπεταῖς. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τηρούμενοι μένουσιν, οὗτος δὲ τηρούμενος φεύγει, σκορπιζόμενος μένει. Εἰ δὲ καινὸν τὸ ἐιρημένον εἶναι οὐ δοκεῖ, μάνθανε τῷτα παρὰ τῶν γηπόνων. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τὸν σίτον ἐὰν μὲν ἐν οἴκῳ κατακλείσαντες χώσωσι, σῆτι καὶ ἀκώληκι παραδόντες ἀπώλεσαν· ἐὰν δὲ σκορπίσωσιν εἰς τὰς ἀρούρας, οὐ μόνον φυλάττουσιν, ἀλλὰ καὶ πλείονα ἐργάζονται· οὕτω καὶ ὁ πλούτος, μένων μὲν ἐν κιβωτίῳ, καὶ ὑπὸ θύραις ὦν καὶ μοχλοῖς, καὶ εἰς γῆν κατορυγόμενος, δραπετεύει τριχῶς· ἐὰν δὲ αὐτὸν, ὡς ὁ γηπόνος τὸν σίτον εἰς τὴν ἄρουραν, οὕτως εἰς τὰς τῶν πενήτων σκορπίσης γαστέρας, οὐ μόνον οὐ δραπετεύει, ἀλλὰ καὶ πλείων ἐκείθεν γίνεται. Ταῦτα τοῖνον εἰδὼς, μὴ παραδῶς αὐτὸν οἰκέτῃ, ἀλλὰ μυρίαὶ αὐτὸν ποιήσων κατέχεσθαι χερσὶ, ταῖς τῶν χηρῶν, ταῖς τῶν ὀρφανῶν, ταῖς τῶν τὰ σώματα λελωρημένων, ταῖς τῶν τὸ δεσποτήριον οἰκούντων.

PATROL. GR. LV.

Οὐ γὰρ ἂν δυνηθεῖ διαδράναι τοσαύτας λαβῆς, ἀλλὰ κατέχεται μετ' ἀσφαλείας, καὶ πλείων γίνεται. Καὶ τί καταλείψω τοῖς παιδίῳ; φησὶ. Μάλιστα μὲν οὖν οὐ πάντα σοὶ· ἀναγκάζω κενοῦν· εἰ δὲ καὶ πάντα, ταύτη μᾶλλον τοὺς παῖδας εὐποριωτέρος ποιήσεις, ἀντὶ χρημάτων τὸν Θεὸν αὐτοῖς καταλιμπάνων ἴλω, τὴν ἀπὸ τῆς ἐλεημοσύνης εὐπορίαν, μυρίους προστάτας καὶ εὐεργέτας καὶ ἐν ἀνθρώποις. Ὅσπερ γὰρ τοὺς πλεονέκτας, κἂν μὴ ἀδικηθῶμεν, μισοῦμεν· οὕτω τοὺς ἐλεεῖν εἰδὼτας, κἂν μὴ αὐτοὶ τῆς φιλοτιμίας ἀπολαύσωμεν, αἰδοῦμεθα, καὶ ποθοῦμεν, οὐκ ἐκεῖνους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκείνων παῖδας. Ἐννόησον τοῖνον ἡλίκοσ κόσμος τοὺς παῖδας ὀρυμένους μυρίους· ἔχειν ἔραστὰς, καὶ πάντας ταῦτα λέγειν τὰ ῥήματα, εἰ εἰς τὴν τῶν δεομένων [523] διατροφήν ἀναλίσκοιτο ὁ πλούτος· ὁ τοῦ φιλανθρώπου, ὁ τοῦ ἐλεήμονος υἱός. Ἀλλὰ οὐ τὸν μὲν ἀναίσθητον καλλωπίσεις εἰκῆ καὶ μάτην· ἀναίσθητος γὰρ ἐστὶν ὁ λίθος, κἂν μυρία τάλαντα αὐτῷ περιβῆς χρυσοῦ· τὸν δὲ αἰσθανόμενον καὶ λιμῶν τρηκόμενον οὐδὲ τῆς ἀναγκαίας ποιεις μεταλαμβάνειν τροφῆς. Ὅταν οὖν τὸ φοβερὸν βῆμα φανῇ, καὶ οἱ τοῦ πυρὸς ποταμοί, καὶ τῶν πεπραγμένων τὰς εὐθύνας ἀπαιτῶμεθα, τί ἐρεῖς ὑπὲρ τῆς τοσαύτης βλακείας, ὑπὲρ τῆς τοσαύτης ἀνοίας; καὶ ὠμότητος, καὶ ἀπανθρωπίας; ποῖαν πρόφασιν εὐλογον; Ὅσπερ γὰρ ἐκάστου τῶν ἄλλων σκοπός τις ἔστι καὶ λόγος· καὶ ὁ γεωργός, ἐὰν ἀπαιτήσης αὐτὸν εὐθύνας, ἐρεῖ τίνας ἔνεκεν καὶ βόας ἔξευξες, καὶ αὐλακας ἔταμε, καὶ ἄροτρον εἰλκυσε· καὶ ὁ ἔμπορος, τίνας ἔνεκεν τὸ πλοῖον καθείλκυσε, καὶ ἐργάτας ἐμισθώσατο, καὶ χρήματα ἐναπέθετο· καὶ ὁ οἰκοδόμος, καὶ ὁ ὑποθηματορρόφος, καὶ ὁ χαλκοτύπος, καὶ ὁ ἄρτοποιός, καὶ ἕκαστος τῶν ἡντιναοῦν μετιόντων τέχνην ἀποδίδωσι τὸν λόγον καὶ τὴν αἰτίαν· οὕτω καὶ σὺ, ὅ τὴν κλίτην τῷ ἀργύρῳ περιβάλλων, ὁ τὸν ἵππον καὶ τὸν λίθον χρυτῶν, ὁ τὰ δέσματα τοιαῦτα κατασκευάζων, ἂν ἀπαιτηθῆς εὐθύνας καὶ λόγον, ποῖαν ἐρεῖς αἰτίαν; ποῖον τρόπον; Ἠδῶν ὁ ὕπνος ἐκ τῆς τοιαύτης γίνεται κλίτης; Ἄλλ' οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν, ἀλλ' εἰ χρῆ τι καὶ παράδοξον εἰπεῖν, καὶ ἀηδέστερος· φροντίς γὰρ πλείων, καὶ ἀγωνία μείζων. Ἄλλ' ἀσφαλεστέρα ἡ οἰκοδομὴ ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ; Ἄλλ' οὐδὲ τοῦτο. Ἄλλ' ἀμείνων ὁ ἵππος ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ; Ἄλλ' ὁ οἰκέτης; Τοῦναντίον μὲν ἅπαν καὶ ἐναυῦθα, τίνας οὖν ἔνεκα τοσαύτην ἀπειροκαλίαν ἐπιδεικνύσθε διὰ πάντων τούτων; Πάντως ἐρεῖτε, ὅτι δόξαν ἡμῖν λαμπροτέραν κατασκευάζοντες. Εἶτα οὐκ ἤκουσας καὶ ἐν προομίῳ τοῦ λόγου, ὅτι ταῦτα οὐκ ἐστὶν ἀνθρώπου δόξα, ἀλλὰ τοῦναντίον ἅπαν, ἀτιμία καὶ θνειδος, καὶ κατηγορία καὶ γέλωσ; Ἐκ τούτων τίκεται φθόνος καὶ βασκανία, καὶ τὰ μυρία δεινά· καὶ ὅση μονιμώτερα τὰ κτήματα, τοσοῦτω καὶ ἡ κατηγορία διαρκής· καὶ αἱ μεγάλα αὐταὶ καὶ λαμπραὶ οἰκίαι ἐσθήκασι φωνὴν ἀφίεσαι, καὶ μετὰ τελευτῆν τῶν κτησαμένων, κατηγορῶν πικροτάτων· καὶ τὸ μὲν σῶμα τῇ γῆ παραδίδωται, ἡ δὲ ὕψς τῶν οἰκημάτων οὐκ ἀφίση συγκαταχυσθῆναι τῇ σαρκὶ τῆς πλεονεξίας τὴν μνημῆν· ἀλλ' ἕκαστος παριῶν, καὶ πρὸς τὸ ὕψος καὶ μέγεθος ἀφορῶν τῆς λαμπρῆς καὶ μεγάλης οἰκίας, ἢ πρὸς ἑαυτὸν, ἢ πρὸς τὸν πλη-

\* Sarril. conjicit os. Recte.

32

σιον ἔρει· Ἐκ πόσων θακρύων αὐτῆ ψοκομήθη ἡ οἰκία! πόσων ὄρφανῶν γυμνωθέντων! πόσων χηρῶν ἀδικηθεισῶν! πόσων τὸν μισθὸν στερηθέντων! Ὅστε τούναντίον σοι συμβαίνει· βουλόμενος δόξης ἀπολαῦσαι ἐν τῷ ζῆν, οὐδὲ μετὰ τὸ καταλῦσαι τὸ ζῆν ἀπαλλάττει τὸν κατηγορῶν· ἀλλ' ὥσπερ ἐν στήλῃ χαλκῇ τὸ ὄνομά σου περιφέρουσα ἡ οἰκία, καὶ τοὺς οὐδὲ [524] ζῶντά σε ἑωρακότας παρασκευάζει μυρίοις βάλλειν δειδέσειν.

· θ. Ἐπει οὖν οὐδὲ τοῦτο ἔχει τὸ κέρδος ἢ περιττὴ αὐτῆ φιλοτιμία, φεύγωμεν, ἀγαπητοί, φεύγωμεν τὸ νόσημα, καὶ μὴ γινώμεθα τῶν ἀλόγων θηριωδέστεροι. Ἐκείνοις πάντα κοινὰ, καὶ γῆ, καὶ πηγαί, καὶ νομαί, καὶ ὄρη, καὶ νάπαι, καὶ οὐδὲν θάτερον θατέρου πλέον ἔχει· σὺ δὲ ἄνθρωπος ὢν, τὸ ἡμερώτατον ζῶν, θηρίου γίνῃ χαλεπότερος, μυρίων πενήτων τροφάς, καὶ πολλάκις μυρίων μιᾶ κατακλείων οἰκίαν. Καίτοι γε οὐχ ἡ φύσις ἡμῖν μόνη κοινὴ, ἀλλὰ καὶ ἕτερα πολλῶ τῆς φύσεως πλείονα· οὐρανὸς κοινός, καὶ ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ ὁ τῶν ἀστέριων χορὸς, καὶ ἄηρ, καὶ θάλασσα, καὶ πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γῆ, καὶ ζωή, καὶ τελευτή, καὶ αὐξήσις, καὶ γῆρας, καὶ νόσος, καὶ ὑγεία, καὶ χρεῖα τροφῆς καὶ ἐνδυμάτων· καὶ τὰ πνευματικὰ πάλιν κοινὰ, καὶ ἡ τράπεζα αὐτῆ ἡ ἱερά, τὸ σῶμα τὸ δεσποτικόν, τὸ αἷμα τὸ τίμιον, τῆς βασιλείας ἢ ἐπαγγελία, τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας, ὁ καθαρμὸς τῶν ἁμαρτημάτων, ἡ δικαιοσύνη, ὁ ἀγιασμός, ἡ ἀπολύτρωσις, τὰ ἀπρόβητα ἀγαθὰ, ἡ ἀσθαλιμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὐκ οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀρέσθῃ. Πῶς οὐκ ἀποπον τοὺς ἐν τοσούτοις

κοινωνοῦντας ἀλλήλοις, καὶ φύσει, καὶ χάριτι, καὶ ἐπαγγελίαις, καὶ νομοθεσίαις, τοῦτους ἐν τοῖς χρήμασιν οὕτως εἶναι πλεονέκτας, καὶ τὴν αὐτὴν μὴ διατηρεῖν ἰσονομίαν, ἀλλὰ τῶν ἀλόγων παρέρχεσθαι τὴν θηριωδίαν, καὶ ταῦτα μέλλοντας αὐτῶν μικρὸν ὑστερον ἀφίστασθαι, καλοῦκ ἀφίστασθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἐσχάτων, τοῦτων ἐνεκεν, κινδυνεύειν; Ὁ γὰρ θάνατος τῆς μὲν ἀπολαύσεως ἀπάγει, πρὸς δὲ τὰς εὐθύνας ἀγει λοιπὸν, καὶ τὰς ἀθανάτους κολάσεις. Ἴν' οὖν μὴ τοῦτο γένηται, πολλῇ χρησώμεθα τῇ ἐλεημοσύνῃ. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ βασιλισσα τῶν ἀρετῶν, ἢ καὶ παραστήσεται μετὰ παρρησίας ἐκεῖσε, καὶ ἐξαιρήσεται τῆς κολάσεως καὶ τῆς τιμωρίας, καὶ οὐδεὶς ἀντιστήσεται τῷ μετὰ ταύτης εἰς τὸν οὐρανὸν εἰσιόντι. Καὶ γὰρ κοῦφον αὐτῆς τὸ περὶν, καὶ πολλῇ τῆς παρρησίας αὐτῆς ἡ ὑπερβολή, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀναβαίνει τὸν βασιλικὸν θρόνον, τοὺς αὐτῆς τροφίμους μετ' ἀδείας εἰσάγουσα. Αἱ εὐχαὶ γὰρ σου, φησί, καὶ αἱ ἐλεημοσύναι ἀνέβησαν εἰς μημόσυνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Τί οὖν μὴ καὶ ἡμεῖς πρὸς τὸ ὕψος ἀναβῶμεν ἐκεῖνο, ἀπαλλαγέντες τῆς ἀκαίρου ταύτης πλεονεξίας καὶ ἀχρήστου τρυφῆς καὶ φιλοτιμίας; Τὰ περιττὰ ποιήσωμεν χρήσιμα, τὸν πολὺν ἐκείνον προέμενοι πλοῦτον, καὶ τῇ δεξιᾷ τοῦ δικαστοῦ τοῦτον ἐγγχειρίσαντες, ὃς καὶ φυλάξει δυνήσεται μετ' ἀκριβείας, καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως ἐντεῦθεν ἡμερος γενήσεται καὶ ἵεως· κἄν μυρία ὤμεν πεπλημμεληκότας, μεταδώσει συγγνώμης ἡμῖν καὶ ἀπολογίας· ἤς γένοιτο πάντα; ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## MONITUM

Haec homilia, Chrysostomo verè digna, in magna hebdomada habita fuit, quam hodie hebdomadam sanctam vocamus; et quidem, ut videtur, in ejusdem hebdomadae Sabbato, non modo quia sic orditur Chrysostomus: διηύσαμεν τῆς νηστείας τὸν πλοῦν, ἐπέσεμιν ἡμεῖς ἡμεῖς ἡμεῖς ἡμεῖς; id quod in Sabbato tantum illius hebdomadae dici posse videtur; sed etiam quia inferius dicit: Ideo magna hebdomada vocatur; ac quemadmodum illa caput est cæterarum hebdomadarum, ita hujus caput est Sabbatum πικτικόν: id quod in corpore caput, hoc in hebdomada Sabbatum. Ubi Sabbatum commendare videtur,



vituperium et risum? Ex his livor innumeraque oriuntur mala; quantoque stabiliores sunt possessiones, tanto magis constans ac perennis est accusatio: atque ingentes istæ ac magnificæ domus stant instar gravissimorum quorundam accusatorum vocem mittentes etiam post obitum possessorum: et corpus quidem terræ mandatur, at conspectus ædificiorum ambitionis memoriam una cum corpore sepeliri non patitur: sed prætereuntium unusquisque dum altitudinem amplitudinemque splendide ac magnæ domus intuetur, vel secum ipse vel proximum alloquens dicit: Quam multis ex lacrymis domus ista constructa est? quot spoliatis populis? quot viduis injuria affectis? quot operariis mercede privatis? Itaque tibi contrarium plane contingit; cum gloriam consequi vivendo cuperes, ne post ipsum quidem vitæ finem accusatoribus liber es: sed tanquam in ærea columna tuum nomen domus circumferens offleat, ut mille conviciis proscindaris ab iis, qui te viventem ne quidem unquam viderunt.

4. *Plurima, tum terrena, tum spiritualia, communia habentes, non decet homines sibi invicem esse infensos.*— Quando igitur ne hoc quidem lærum ex ista superflua liberalitate colligitur, fugiamus, dilectissimal, fugiamus hunc morbum, neque feris ipsis ferociores evadamus. Illis communia sunt omnia, terra, fontes, pascua, montes et saltus, nec altera quidquam amplius habet quam altera: tu vero cum homo sis, mitissimum animal, bestia savior evadis, dum mille pauperum cibos, atque adeo multorum milium una domo tua concludis. Quamquam non sola nobis est natura communis, sed alia multo plura quam natura: commune cælum, sol, luna, cœtus astrorum, aer, mare, ignis, aqua, terra, vita, mors, adolescentia, senectus, morbus, sanitas, ciborum ac vestium necessitas. Spiritualia rursus communia sunt hæc, sacra menses,

corpus dominicum, pretiosus sanguis, regni promissio, lavacrum regenerationis, purgatio peccatorum, justitia, sanctificatio, redemptio, arcana bona, *Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt* (1. Cor. 2. 9). Annon igitur absurdum est, qui tot tantisque mutuo communicamus, natura, gratia, promissionibus ac legibus, in pecuniis adeo violentos esse ac rapaces, nec eandem juris æquabilitatem servare, sed brutorum immanitatem excedere, idque cum non ita multo post ista deserturi simus, neque deserturi tantum, sed et horum causa summum salutis discrimen adituri. Nam mors quidem ab eorum usu nos abducit, ad pœnas vero deinceps, et ad supplicia æterna deducit. Ne igitur nobis hoc accidat, multam exhibeamus misericordiam. Hæc enim est regina virtutum, quæ nobis in futura vita multa cum fiducia succurret, atque a pœna supplicioque vindicabit, nec ullus ei se opponet, qui cum ipsa cælum intraverit. Leves quippe sunt ejus alæ, multaque valet apud Deum gratia, atque ad ipsum regium solum ascendit, ad quem intrepide suos alumnos introducit: *Orationes enim, inquit, tuæ et elemosinæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei* (Act. 10. 4). Cur ergo nos quoque non ad illam altitudinem ascendamus, ab intempestiva illa avaritia, inutili luxuria, et ambitione liberati? Superflua reddamus utilia: multas illas opes profundamus, easque Judicis dextera committamus, qui et illa custodire tuto poterit, et inde nobis in die judicii benignus, propitiusque fiet: licet innumeris nos sceleribus adstrinxerimus, indulgentiam nobis ac veniam largietur: quam omnes utinam consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium, in sæcula sæculorum. Amen.

## AD HOMILIAM IN ILLUD, LAUDA, ANIMA MEA, DOMINUM.

quia illo ipso die hæc concionabatur. Ut ut res est, hæc concio inter nobilissimas Chrysostomi cœnenda est.

Quo tempore illam habuerit, nulla arte deprehendi posse videtur. Nec certò scire possumus Antiochiene an Constantiœ concionatus sit. Unum fortasse est quod Antiochiæ habitam suadere posse videatur; quod videlicet nup. 8 monachos in mentibus degentes in exemplum afferat; quod de monachis Antiochiæ vicinis frequenter dicit. At hæc conjecturæ loco dicta sint: res enim non est explorata.

Interpretationem Nannii utpote minus accuratam rejecimus, novamque paravimus.

## HOMILIA

HABITA IN MAGNAM HEBDOMADAM, IN QUA DOCETUR CUR EA MAGNA HEBDOMADA APPELLATUR : ET IN ILLUD, LAUDA, ANIMA MEA, DOMINUM (a) (Psal. 145. 2); AC DE CUSTODE CARCERIS IN ACTIS.



1. Consecimus jejunii navigationem, et per Dei gratiam ad portum jam pervenimus; sed ne ideo negligenter agamus, quod ad portum appulerimus: imo ideo majorem curam adhibeamus, quia finem attingimus. Sic enim et gubernatores faciunt: quando navem onerariam frumento atque immani mercium mole onustam ad portus ostium inducturi sunt, anxie et sollicite curant, ne post tanta transmissa maria, in scopulum impingens oneraria, cum totis mercibus demergatur. Ita et nos metuere et sollicitos esse par est, ne sub finem mercede laborum excidamus. Ideoque major adhibenda diligentia est. Ita quoque se gerunt cursores: cum enim vident se prope bravia accessisse, tunc magis cursum accelerant; sic et athlete, post mille certamina et mille victorias, quando coronarum tempus instat, tunc acrius insurgunt, ac nervos intendunt<sup>1</sup>. Eodem modo et nos jam faciamus. Quod enim gubernatoribus est portus, quod cursoribus bravia, quod athleticis coronæ, id ipsum nobis est presens hebdomada<sup>2</sup>, caput honorum, et jam de coronis certatur. Ideoque magnam illam vocamus: non quod illius dies majores sint aliis omnibus; sunt enim alii longiores; neque quod sint numero plures, pares quippe sunt: sed quod in ea a Domino res præclare gestæ sint. In hac quippe hebdomada quæ magna dicitur, diuturna diaboli tyrannis soluta est, mors extincta est, fortis ille vinctus est, ejusque vasa direpta sunt, peccatum sublatum, maledictum solutum, paradisi apertus est, cælum pervium factum, homines angelis commixti sunt, medius paries mæria: sublatus est, velum subductum, Deus pacis in cælum et in terram pacem attulit. Ideo magna hebdomada vocatur: ac quemadmodum illa caput est cæterarum hebdomadarum, ita hujus caput est sabbatum magnum: ac quod in corpore caput, hoc in hebdomada sabbatum. Quamobrem in illa multi studia intendunt; alii jejunium augent, alii vigiliis sacras, alii largiorem eleemosynam erogant, bonorum operum studio, et pie vivendi accuratone, beneficii in nos a Deo collati magnitudinem testificantes. Quemadmodum enim quando Lazarum suscitavit Dominus, occurrebant illi omnes Jerosolymitani, ac

<sup>1</sup> Unus, cum de corona luctantur, tunc maxime animum suum excitant.

<sup>2</sup> Savil: sicut cum gubernatoribus portum, cursoribus bravia, athleticis coronas, ita nobis hanc hebdomadam Deus largitus est.

(a) Homilia in magnam hebdomadam, et in Psalmum 145 collata est cum quatuor Regiis 1835, 2027, 2053, 2424. Savil. duplici modo titulum effert; priori modo sic habet: *Homilia habita* (cætera ut in titulo a nobis allato, usque ad vocem, appellatur). Altero autem modo sic habet: *De jejunio, et in illud, «Lauda, anima mea, Dominum,» et in custodem carceris in Actis; habita autem hæc homilia est in magna sanctaque hebdomada.*

multitudine sua testificabantur, quod ille mortuum suscitavisset (nam adventantium sollicitudo indicium erat miraculi): ita et nunc studium circa illam magnam hebdomadam, magnitudinis præclare in illa gestorum est indicium et argumentum. Neque enim ex una civitate egredimur, qui Christo hodie occurrimus, neque ex Jerosolymis solum, sed ex toto orbis populosissimæ Ecclesiæ undique egrediuntur Jesu occurrentes, non ramos palmarum tenentes et quotientes, sed eleemosynam, humanitatem, virtutem, jejunium, lacrymas, preces, vigiliis, totumque pietatis genus Domino Christo offerentes.

*Justitium tempore hebdomadæ sanctæ.* — Non nos solum hanc hebdomadam veneramus, sed Imperatores orbis nostri, nec perfunctorie ipsam honorant, justitium indicentes omnibus publica urbium negotia tractantibus, ut curis vacui, hos omnes dies spirituali cultu prosequantur. Ideoque fori januas clauserunt. Cessent, inquit, lites, jurgia, omnisque concertationis ac supplicii genus; quiescant tantisper carnificum manus. Communia sunt Domini præclara gesta: fiat etiam a nobis servis aliquid boni. Neque illo solo studio et honore ipsam venerantur, sed et alio non minore. Imperatoris enim literæ mittuntur, quibus edicitur ut in carcere detentorum vincula solvantur. Quemadmodum enim Dominus noster cum in inferis esset, eos qui a morte detinebantur omnes solvit: ita et servi, quæ in sua potestate sunt afferentes, ac Domini benignitatem imitantes, a sensilibus vinculis solvant, cum non possint a spiritualibus.

2. Hanc et nos hebdomadam veneramus: et egressus ego vobiscum vice palmarum doctrinæ verbum proferens, duo minuta deposui instar illius viduæ (Luc. 21. 2). Egressi sunt tunc illi ramos palmarum gestantes, et clamabant his verbis: *Hosanna in excelsis: benedictus qui venit in nomine Domini* (Matth. 21. 9). Egrediamur et nos, ac pro ramis palmarum propositum florentis animi exhibentes clamemus, quemadmodum hodie succinimus: *Lauda, anima mea, Dominum: laudabo Dominum in vita* (Psal. 145. 2). Et illud verbum et hoc pariter Davidicum est; imo neque hoc neque illud est Davidicum; sed utramque divinæ gratiæ. Loquutus quippe est propheta; sed prophetæ linguam excitavit Paracletus. Ideo inquit: *Lingua meo calamus scribæ velociter scribentis* (Psal. 44. 2). Quemadmodum calamus non a seipso scribit, sed virtutis manus ipsum moventis: sic et lingua prophetarum non a seipsa loquebatur, sed ex Dei gratia<sup>1</sup>. At cur non dixit, *Lingua mea calamus scribæ, tantum sed, Calamus scribæ velociter scribentis? Ut discas spi-*

<sup>1</sup> Unus, sed ex virtute gratiæ spiritus.

## [525] ΟΜΙΛΙΑ

*Ἐρωθεῖσα εἰς τὴν μεγάλην ἑβδομάδα, ἐν ἣ διδασκαλία, τίνος χάριν καλεῖται μεγάλη ἑβδομάς· καὶ εἰς τὸ, « Αἶνει, ἡ ψυχὴ μου, τὸν Κύριον »· καὶ εἰς τὴν ἐν ταῖς Πράξεσι δεσμοφύλακα ».*

α'. Διηγήσαμεν τῆς νηστείας τὸν πλοῦν, καὶ πρὸς τὸν λιμένα τῆ τοῦ Θεοῦ χάριτι λοιπὸν κατηντήσαμεν· ἀλλὰ μὴ διὰ τοῦτο ἀβρυμώμεν, ἐπειδὴ πρὸς τὸν λιμένα κατηντήσαμεν, ἀλλὰ διὰ τοῦτο σπουδάζωμεν μᾶλλον, ἐπειδὴ πρὸς τὸ τέλος ἐφθάσαμεν. Οὕτω γὰρ καὶ κυβερνῆται ποιοῦσιν· ἐπειδὴ μυριοφόρον ὀλάδα πεπληρωμένην τῶν σίτων καὶ τῶν φορτίων εἰς ὕψος συγκαιμένων εἰς στόμα λιμένος εἰσάγειν μέλλουσιν, ἐναγωνίως καὶ περιδεῖς εἰσι, μήποτε μετὰ τὰ μακρὰ πειλὰγ πέρα· τινὲ προσῆξαν τὸ πλοῖον, ἐκεῖ τὴν ἐμπορίαν καταδύσῃ πᾶσαν. Οὕτω δὲ καὶ ἡμεῖς δεδοικέναι χρὴ καὶ ἐναγωνίους εἶναι, μὴ πρὸς τῷ τέλει τῆς ἀμοιβῆς τῶν πόκων ἐκπέσωμεν. Διὸ καὶ ἐπιτεῖναι χρὴ τὴν σπουδὴν. Οὕτω καὶ οἱ ὁρμεῖς ποιοῦσιν· ὅταν ἴδωσιν ἑαυτοὺς ἐγγὺς τῶν βραβεῖων γινομένους, τότε μᾶλλον ἐπιτείνουσιν τὸν δρόμον. Οὕτω καὶ ἀθληταί, μετὰ μύρια παλαίσματα καὶ μυρία νίκαις, ὅταν περὶ τοὺς στεφάνους πλησιάσωσι, τότε μᾶλλον διανίστανται, καὶ συντείνουσιν αὐτῶν τὴν ἠ προθυμίαν. Οὕτω δὲ καὶ ἡμεῖς ποιήσωμεν νῦν. Ὅπερ γὰρ κυβερνήταις λιμῆν, καὶ ὁρμεῦσι βραβεῖα, καὶ ἀθληταῖς στεφάνοι, τοῦτο ἡμῖν ἡ παρούσα ἑβδομάς, τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, καὶ τὰ περὶ τοὺς στεφάνους παλαίσματα νῦν. Διὸ καὶ μεγάλην καλούμεν αὐτήν· οὐκ ἐπειδὴ μείζον ἔχουσι μῆκος ἄλλων ἀπασῶν αἱ ταύτης ἡμέραι· καὶ γὰρ εἰσὶν ἕτεραι μείζους· οὐδὲ ἐπειδὴ πλείους τὸν ἀριθμὸν· καὶ γὰρ ἴσαι ταῖς ἄλλαις εἰσὶν· ἀλλ' ἐπειδὴ μεγάλη ἡμῖν γέγονεν ἐν αὐτῇ πρὸς τὸ ἄσποτον κατορθώματα. Καὶ γὰρ ἐν ταύτῃ τῇ ἑβδομῇ τῇ μεγάλῃ ἡ χρονία τοῦ διαβόλου κατελύθη τυρηννῆς, ὁ θάνατος ἐσθέσθη, ὁ ἰσχυρὸς ἐδέθη, τὰ σκεῦη αὐτοῦ διηρηπάγη, ἡ ἁμαρτία ἀνηρέθη, ἡ κατὰρα κατελύθη, ὁ παράδεισος ἀνέψυθη, ὁ οὐρανὸς βράσιμος γέγονεν, ἄνθρωποι τοῖς ἀγγέλοις ἀνεμίγησαν, τὸ μεσότηχον τοῦ φραγμοῦ ἤρηθη, τὸ θρηγίχον περιῆρέθη, ὁ τῆς εἰρήνης Θεὸς εἰρηνοποίησε τὰ ἄνω καὶ τὰ ἐπι τῆς γῆς. Διὰ τοῦτο μεγάλη καλεῖται ἑβδομάς· καὶ ὡς περ αὐτὴ κεφαλαιὸν τῶν λοιπῶν ἑβδομάδων, οὕτω ταύτης κεφαλὴ τὸ σάββατον τὸ μέγα· καὶ καθάπερ ἐν ὀνόματι κεφαλὴ, οὕτως ἐν τῇ ἑβδομάδι τὸ σάββατον. Διὰ τοῦτο ἐν αὐτῇ πολλοὶ τὴν σπουδὴν ἐπιτείνουσιν· καὶ οἱ μὲν τὴν νηστείαν ἀβρυσουν, οἱ δὲ τὰς ἀβρυπνίας τὰς ἱεράς, οἱ δὲ ἐλεημοσύνην θαφιλεστέραν ἐργάζονται, τῇ περὶ τὰς ἀγαθὰς πράξεις σπουδῇ καὶ τῇ συντεταμένῃ περὶ τὸν βίον εὐλαβείᾳ τὸ μέγιστον· τῆς εὐεργεσίας τῆς εἰς ἡμᾶς γεγεννημένης παρὰ [526] τοῦ Θεοῦ μαρτυροῦντες. Καθάπερ γὰρ, ὅτε τὸν Ἀδάρον ἀνέστησεν ὁ Κύριος, ἀπήντων αὐτῷ πάντες οἱ

ἐν Ἱερουσολύμοις, καὶ τῷ πλήθει ἐμαρτύρουν, ὅτι ἀνέστησε τὸν νεκρὸν (ἡ γὰρ σπουδὴ τῶν ἐξελεθόντων τοῦ θαύματος ἦν ἀπόδειξις)· οὕτω δὲ καὶ ἡ νῦν σπουδὴ ἡ περὶ τὴν μεγάλην ἑβδομάδα ταύτην, τοῦ μεγέθους τῶν κατορθωμάτων τῶν ἐν αὐτῇ τεκμηρίον ἐστὶ καὶ ἀπόδειξις. Οὐδὲ γὰρ ἐκ μιᾶς πόλεως ἐξερχόμεθα ἀπαντῶντες τῷ Χριστῷ σήμερον, οὐδὲ ἐξ Ἱερουσολύμων μόνον, ἀλλ' ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἀπάσης μυριανδροὶ πάντοθεν Ἐκκλησίαι ἐξέρχονται ἀπαντῶσαι τῷ Ἰησοῦ, οὐ βατὰ φοινίκων κατέχουσαι καὶ ἐπισείουσαι, ἀλλ' ἐλεημοσύνην καὶ φιλανθρωπίαν καὶ ἀρετὴν καὶ νηστείαν καὶ δάκρυα καὶ εὐχὰς καὶ ἀβρυπνίας καὶ πᾶσαν εὐλάβειαν προσφέρουσαι τῷ Δεσπότη Χριστῷ.

Οὐχ ἡμεῖς δὲ μόνον ταύτην τιμῶμεν τὴν ἑβδομάδα, ἀλλὰ καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης, οὐχ ὡς ἔτυχεν, αὐτὴν τιμηθήσασιν, ἐκχειρίαν πᾶσι δόντες τοῖς τὰ κοινὰ τῶν πόλεων πράττουσι πράγματα, ἵνα τῆς ἐκεῖθεν ἀπολύσαντες σχολῆς, τὰς ἡμέρας ταύτας ἀπάσας τῇ πνευματικῇ προσέχῃσι θεραπεία. Διὰ τοῦτο καὶ τῶν δικαστηρίων τὰς θύρας ἀπέκλεισαν. Ἀργεῖται, φησὶ, πᾶσα ἀμφισβήτησις καὶ μάχης εἶδος καὶ τιμωρίας, ἀναπαυσάσθωσαν μικρὸν τῶν δημίων αἱ χεῖρες. Κοινὰ τὰ κατορθώματα τοῦ Δεσπότη γέγονε· γενέσθω δὲ τι καὶ περ' ἡμῶν τῶν δούλων ἀγαθόν. Οὐ ταύτη δὲ μόνον αὐτὴν τιμηθήσασιν τῇ σπουδῇ καὶ τιμῇ, ἀλλὰ καὶ ἑτέρα οὐκ ἐλάττων ταύτης. Βασιλικὰ καταπέμπονται γράμματα, λέγοντα τοὺς τὸ δεσποτήριον οἰκούντας ἀφίεσθαι τῶν δεσμῶν. Καθάπερ γὰρ ὁ Δεσπότης ἡμῶν ἐν ᾧδε γενόμενος, τοὺς κατεχομένους ὑπὸ τοῦ θανάτου πάντας ἀπέλευσεν· οὕτω δὲ καὶ οἱ δούλοι· τὰ κατὰ δύναμιν εἰσφέροντες, καὶ τὴν Δεσποτικὴν μιμούμενοι φιλανθρωπίαν, δεσμῶν ἀπολύουσι τῶν αἰσθητῶν, ἐπειδὴ τῶν νοητῶν οὐκ ἰσχύουσιν.

β'. Ταύτην καὶ ἡμεῖς τιμῶμεν τὴν ἑβδομάδα, καὶ ἀντὶ φοινίκων ἐξήλθον καὶ γὰρ ὡς ἡμῶν διδασκαλίας λόγον προτεινόμενος, τὰ δύο καταβάλλων λεπτά καθάπερ ἡ χίρα. Ἐξήλθον τότε ἐκεῖνοι βατὰ φοινίκων ἔχοντες, καὶ ἐπαθῶν καὶ ἔλεγον· Ὁσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις· ἐυλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν δρόματι Κυρίου. Ἐξέλθωμεν καὶ ἡμεῖς, καὶ ἀντὶ τῶν φοινίκων βατῶν προαίρεσιν θάλλουσιν ἐπιδεικνύμενοι βοήσωμεν, καθάπερ σήμερον ὑπεψάλλομεν· Αἶνει, ἡ ψυχὴ μου, τὸν Κύριον· αἰρέσω Κύριον ἐν ζωῇ· κἀκείνη τὸ ρῆμα Δαυιδικόν, καὶ τοῦτο· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐκεῖ· ο Δαυιδικόν, οὐδὲ τοῦτο· ἀλλ' ἀμφότερα τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος. Ἐφθέγγατο μὲν γὰρ ὁ προφήτης, ἐκίνησε δὲ τὴν τοῦ προφήτου γλῶσσαν ὁ Παράκλητος. Διὰ τοῦτο φησιν· Ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου. Καθάπερ ὁ κάλαμος οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ γράφει, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἐξουσίας τῆς κινουσης αὐτὸν χειρὸς· οὕτω δὲ καὶ ἡ γλῶσσα τῶν προφητῶν [527] οὐκ ἀφ' ἑαυτῆς ἐφθέγγετο, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος<sup>d</sup>. Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν οὐκ εἶπεν, Γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως, ἀπλῶς, ἀλλὰ, Κάλαμος γραμματέως.

<sup>d</sup> Unus ἀπὸ τῆς ἐξουσίας τῆς χάριτος τοῦ πνεύματος.

<sup>a</sup> *Savil.* : Λόγος ῥηθεῖς εἰς τὴν μεγάλην ἑβδομάδα, ἐν ᾧ καὶ διδασκαλία, τίνος χάριν καλεῖται μεγάλη ἑβδομάς. *Alium item offert iudicium Savil.* : Περὶ νηστείας, καὶ εἰς τὸ, Αἶνει, ἡ ψυχὴ μου, τὸν Κύριον, καὶ εἰς τὸν δεσμοφύλακα τὸν ἐν ταῖς Πράξεσιν εἰρημένον. Ἐλέθη δὲ τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ ἑβδομάδι.

<sup>b</sup> Unus ὅταν τὴν τοῦ στεφάνου παλαιὴν πάλιν, τότε μᾶλλον διεγείρουσιν αὐτῶν τὴν.

<sup>c</sup> *Savil.* ὡς περὶ γὰρ κυβερνήταις λιμένα, καὶ ὁρμεῦσι βραβεῖα, καὶ ἀθληταῖς στεφάνους, οὕτως ἡμῖν τὴν παρούσαν ἑβδομάδα κεχρίσται ὁ Θεός.

ματέως ἐξυγράζου; Ἴνα μάθῃς, ὅτι πνευματικὴ ἡ σοφία διὰ καὶ πολλῆ ἡ εὐκολία, καὶ πολλὸς ὁ δρόμος. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ ἀφ' ἑαυτῶν φεγγόμενοι συντιθέασαι, βουλευόνται, βραδύνουσι, πολὺν παρέλκασαι χρόνον· ἐκεῖ δὲ, ἐπειδὴ καθάπερ ἀπὸ κηγῆς ἀνέβλυσε τὰ ῥήματα, καὶ οὐδὲν ἐμπόδιον ἦν, ἀλλὰ τὴν δρόμον τῆς γλωττηγῆς ἐνίκα τῶν \* νοημάτων ἢ ἐπιβόη, διὰ τοῦτο ἔλεγεν· Ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως δ' ἐξυγράζου. Ἀναβλύζει κίττω τὰ νάματα μετὰ πολλῆς ἐαυλιέας, φησί. Διὰ πολλῆ ἡ δέξυτης. Οὐ δεῖ σκέψως ἡμῖν, οὐδὲ μελέτης καὶ κόνου.

Ἄλλ' Ἔωμεν τί φησιν. Αἰνεῖ, ἡ ψυχὴ μου, τὸν Κύριον. Ταῦτα καὶ ἡμεῖς μετὰ τοῦ Δαυιδ ψάλλωμεν <sup>b</sup> σήμερον. Εἰ γὰρ καὶ μὴ τῷ σώματι πάρεστιν, ἀλλὰ τῷ πνεύματι πάρεστι. Καὶ ὅτι πάρεστιν ἡμῖν οἱ δίκαιοι, καὶ μεθ' ἡμῶν ψάλλουσιν, ἀκουσον τί φησιν ὁ Ἀβραάμ πρὸς τὸν παύσιον. Λέγοντος γὰρ ἐκείνου, Πέμψον Λάζυρον, Ἴνα οἱ ἀδελφοί <sup>c</sup> μου, μαθόντες τὰ ἐν ἔθου, διορθώσονται τὰ κατ' ἑαυτοὺς· λέγει πρὸς αὐτόν· Ἔχουσι Μωυσέα καὶ τοὺς προφήτας. Καὶ μὴ Μωυσῆς καὶ οἱ προφῆται πάντες πάλαι τεθυήκεσαν τῷ σώματι, διὰ τῶν γραμμάτων δὲ εἶχον ἀψόους. Εἰ γὰρ εἰκόνα τις ἀψυχὸν ἀναθεὶς παιδὸς ἢ φίλου, νομίζει παρῆναι ἐκείνου τὸν ἀπελθόντα, καὶ διὰ τῆς εἰκόνας αὐτὸν φαντάζεται τῆς ἀψύχου· πολλῶ μᾶλλον ἡμεῖς διὰ τῶν ὁσίων Γραφῶν τῆς τῶν ἁγίων ἀπολαύομεν συνουσίας, οὐχὶ τῶν σωματίων αὐτῶν, ἀλλὰ τῶν ψυχῶν τὰς εἰκόνας ἔχοντες. Τὰ γὰρ παρ' αὐτῶν εἰρημένα τῶν ψυχῶν αὐτῶν εἰκόνας εἰσι. Βούλει μαθεῖν, ὅτι ζῶσιν οἱ δίκαιοι καὶ πάρεστιν; Οὐδεὶς τοὺς τεθνεῶτας μάρτυρας καλεῖ· ὁ δὲ Χριστὸς μάρτυρας αὐτοὺς ἐκάλεσε τῆς οικείας θεότητος, καὶ πρὸ τούτων <sup>d</sup> αὐτὸν τὸν Δαυιδ, Ἴνα σε διδάξῃ ὅτι ζῆ. Τῶν γὰρ Ἰουδαίων ἀμφοσθητόντων περὶ αὐτοῦ, λέγει πρὸς αὐτοὺς· Τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ; τίνας ἔστιν υἱός; Λέγουσιν αὐτῷ, Τοῦ Δαυιδ. Λέγει αὐτοῖς· Πῶς οὖν Δαυιδ ἐν Πνεύματι Κύριον αὐτὸν καλεῖ λέγων· Εἶπερ ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου; Εἶδες πῶς ζῆ ὁ Δαυιδ; Εἰ γὰρ μὴ ζῆ, οὐκ ἂν ἐκάλεσεν αὐτὸν μάρτυρα τῆς θεότητος αὐτοῦ. Καὶ οὐκ εἶπε, Πῶς οὖν ὁ Δαυιδ ἐν Πνεύματι Κύριον αὐτὸν ἐκάλεσεν; ἀλλὰ, Κύριον αὐτὸν καλεῖ; Ἴνα δείξῃ ὅτι πάρεστιν ἔτι, καὶ διὰ τῶν γραμμάτων φέγγεται. Ἐφάλλε ποτε ὁ Δαυιδ ἐν ψαλμοῖς, καὶ ἡμεῖς μετὰ τοῦ Δαυιδ σήμερον. Ἐκεῖνος κηθάραν εἶχεν ἀπὸ νευρῶν ἀψύχων· ἡ Ἐκκλησία κηθάραν ἔχει ἀπὸ νευρῶν ἐμψύχων ἐντεταμένην. Αἱ γλώτται ἡμῶν νευραὶ τῆς κηθάρας <sup>e</sup> εἰσι, διάφορον μὲν ἀφιεῖται· τὸν φθόγγου, σύμφωνον δὲ τὴν εὐτέθειαν. Καὶ γὰρ καὶ γυναῖκες καὶ ἄνδρες, καὶ πρεσβύτεροι καὶ νέοι διήρηται μὲν κατὰ τὴν ηλικίαν, οὐ διήρηται δὲ κατὰ τὸν τῆς ὑμνωδίας λόγον· τὴν γὰρ ἐκάστου φωνὴν <sup>f</sup> τὸ Πνεῦμα κεράσαι, μίαν ἐν ἅπασιν ἐργάζεται τὴν μελωδίαν· καθὼς καὶ αὐτὸς ἐδήλωσεν ὁ Δαυιδ, πᾶσαν μὲν ηλικίαν, ἐκατέραν [528] δὲ φύσιν πρὸς τὴν συμφωνίαν ταύτην καλῶν καὶ λέγων· Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον. Αἰνεῖ, ἡ ψυχὴ μου,

<sup>a</sup> Tres mss. ἐβλυζε τὰ ῥήματα, ἐνίκα τῶν, omissis inter p. kilitis:-  
<sup>b</sup> Unus ὑποψάλλωμεν.  
<sup>c</sup> Unus συγγενεῖς.  
<sup>d</sup> Duo mss. θεότητος τὸν Μωυσῆν καὶ τὸν Ἰλιαν, καὶ πρὸ τούτων, atque ita legit Manuiss.  
<sup>e</sup> Duo mss. νευραὶ λογικῆς κηθάρας, atque ita legit inter p. kilitis.  
<sup>f</sup> Unus ψυχῶν.

τὸν Κύριον. Τίνος ἔνεκεν τὴν σάρκα κατέλιπε; τίνος ἔνεκεν πρὸς τὸ σῶμα οὐδὲν διαλέγεται; Ἄρα ἔστιν εἰς δύο τὸ ζῶν; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ τὸν τεχνίτην πρῶτον διεγείρει <sup>g</sup>. Ὅτι δὲ οὐκ ἀπέσχισε τὴν σάρκα ἀπὸ τῆς ψυχῆς, ἀκουσον ἀλλαχοῦ πῶς φησιν· Ὁ Θεός, ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ὁρρηρίζω· Ἐδίψησέ σε ἡ ψυχὴ μου, ποσαπλῶς σοι ἡ σὰρξ μου, ἐν γῆ. Ἄλλ' ἐν ὕμνοις δεῖξόν μοι καὶ τὴν σάρκα καλούμενην, φησὶ. Εὐλόγει, ἡ ψυχὴ μου, τὸν Κύριον, καὶ πάντα τὰ ἐντός μου τὸ βρομα τὸ ἄριον αὐτοῦ. Εἶδες καὶ τὴν σάρκα κοινωνοῦσαν τῆς συμφωνίας; Τί ποτὲ ἐστὶ, Καὶ πάντα τὰ ἐντός μου τὸ βρομα τὸ ἄριον αὐτοῦ; Τὰ νεῦρα, φησὶ, τὰ ὀστά, τὰς φλέβας, τὰς ἀρτηρίας, καὶ πάντα τὰ ἐνδοῦ μορια.

γ. Καὶ πῶς δύναται τὰ ἐντός ἡμῶν τὸν Θεὸν εὐλογεῖν; Φωνὴν οὐκ ἔχει, στόμα οὐκ ἔχει, γλώτταν οὐκ ἔχει. Ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ δύναται· τὰ δὲ ἐντός πῶς δύναται, μήτε φωνὴν, μήτε γλώτταν, μήτε στόμα ἔχοντα, εὐλογεῖν τὸν Θεόν; Ὅσπερ οἱ οὐρανοὶ διηγροῦνται δόξαν Θεοῦ. Καθάπερ γὰρ οἱ οὐρανοὶ οὐ γλώτταν, οὐ στόμα, οὐ χελεὴ ἔχουσιν, ἀλλὰ τῷ κἀλεῖ τῆς ὕψεως ἐκπλητόντες τοὺς θεατὰς παραπέμψουσι τῷ θαύματι πρὸς τὴν εὐφημίαν τοῦ πεποιηκότος αὐτούς· οὕτω δὴ καὶ τὰ ἐντός ἡμῶν ἐὰν ἐπιβίθης ἅπαντα τῷ λογισμῷ, ἐὰν ἴδῃς τὴν διαφορὰν τῆς ποιότητος, τῆς ἐνεργείας, τῆς δυνάμεως, τῆς συμφωνίας, τῆς διαπλάσεως, τῆς θέσεως, τοῦ ἀριθμοῦ <sup>h</sup>, τῆς ἀρμονίας, ἐκεῖνο τὸ προσητικὸν ἀναγρέξῃ ῥῆμα· Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε! πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. Εἶδες πῶς εὐλογεῖ τὰ ἔγκατα τὸν Θεὸν χωρὶς φωνῆς καὶ στόματος καὶ γλώττης; Τίνος οὖν ἔνεκεν πρὸς τὴν ψυχὴν διαλέγεται; Ἴνα μὴ τῆς γλώττης φθεγγόμενης ἐκείνην βέμβηται, ὁ πᾶσι καὶ ἐν ταῖς εὐχαῖς πάσχομεν καὶ ἐν ταῖς ὑμνωδίαις· Ἴν' ἐκατέρωθεν ἡ συμφωνία ἦ. Ὅταν γὰρ εὐχόμενος μὴ ἀκούσης φωνῆν ῥημάτων τοῦ Θεοῦ, πῶς ὁ Θεός; ἀκούσεται σου τῆς ἐντεῦξως; Ὅταν οὖν λέγῃ, Αἰνεῖ, ἡ ψυχὴ μου, τὸν Κύριον, τοῦτο λέγει, Ἔδον ἐκ βάλου τῆς καρδίας ἀναφρεσθώσαν εἰς ἱκετηρία. Καὶ γὰρ ὁ Παῦλος φησὶ· Ψαλῷ τῷ πνεύματι, ψαλῷ δὲ καὶ τῷ νοῦ μου, Μουσικὸς τις ἄριστός ἐστιν ἡ ψυχὴ, τεχνίτης ἐστίν· ὄργανόν ἐστι τὸ σῶμα, κηθάρας καὶ αὐλοῦ καὶ λύρας χώραν ἐπέχει. Ἡ μὲν οὖν ἄλλα· μουσικὸς οὐ διὰ παντός μετὰ πάντων τῶν ὄργάνων εἰσὶν, ἀλλὰ ποτὲ μὲν ἀναλαμβάνουσι αὐτὰ, ποτὲ δὲ ἀποσθηνεῖται· οὐ γὰρ δεηνηκεῖς ὁ καιρὸς αὐτοῖς τῆς μελωδίας ἐστὶ· διόπερ εἴδῃς δεηνηκῶς τὰ ὄργανα μεταχειρίζουσι· σὲ δὲ βαυλόμενος; ὁ Θεός διδάξει, ὅτι διὰ παντός ὀφείλεις αὐτὸν ὑμνεῖν τε καὶ εὐλογεῖν, ἦνωσε τῷ τεχνίτῃ τὸ ὄργανον διηνηκῶς· Ὅτι γὰρ διαπαντός αἰνεῖν δεῖ, ἀκουσον τί φησιν ὁ Ἀπόστολος· Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε. [529] Ἐπεὶ οὖν ἀδιαλείπτως προσεύχεται δεῖ, ἀδιαλείπτως ἐστὶ τὸ ὄργανον μετὰ τοῦ τεχνίτου. Αἰνεῖ, ἡ ψυχὴ μου, τὸν Κύριον. Τὸ πρότερον μὲν γλώττη ἔλεγε ταῦτα ὁ Δαυιδ· νυνὶ δὲ, ἐπειδὴ ἐτελεύτησε, μυριαὶ γλώσσαις ταῦτα φέγγεται, οὐ ταῖς παρ' ἡμῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς πανταχοῦ τῆς αἰκουμένης. Εἶδες οὖν οὐ τέθνηκεν, ἀλλὰ ζῆ; Πῶς γὰρ τέθνηκεν ὁ τοσαῦτα; ἔχων γλώττας, καὶ διὰ τοσοῦτων στομάτων φεγγόμενος; Μῆγα ἀληθῶς ἀνός· ἐκκαθαίρει γὰρ τὴν ἡμετέραν ψυχὴν, καὶ πολλὴν ἡμῖν ἐνδοῦται τὴν εὐλαδίαν.

Βούλει μαθεῖν, πόση τῶν εἰς Θεὸν ὑμνων ἡ οὐ-  
<sup>g</sup> Unus πρῶτον διεγείρει τοῦ ὄργανου.  
<sup>h</sup> Duo mss. τοῦ βυβῶν, cœcinnitatis.

ritualem esse sapientiam : ideo magna facilitas, ingens cursus. Homines siquidem, cum a seipsis loquuntur, componunt, deliberant, cunctantur, multum temporis absument : illic vero, quia tamquam a fonte verba scaturiebant, nihilque aderat impeditenti, sed cursum linguæ vincebant sententiarum fluente, ideo dicit : *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Manant inferius fluente magna copia, inquit ; idcirco multa celeritas. Non opus est nobis consideratione, non meditatione, non labore.*

*Sancti nobis adsunt canentibus.* — Sed videamus quid dicat, *Lauda, anima mea, Dominum.* Hæc et nos cum Davide psallamus hodie. Etsi enim ille corpore non adsit, sed adest spiritu. Quod autem justis nobis adsint, et nobiscum psallant, audi quo pacto dicat Abraham ad divitem. Illo namque dicente, *Mitte Lazarum, ut fratres mei, discentes ea quæ in inferno, emendent sua gesta,* respondet illi, *Habent Moysen et prophetas (Luc. 16. 24. 28. 29).* Atqui Moyses et prophetae jamdiu corpore mortui erant, sed per scripta sua illos habebant. Si enim posita filii aut amici inanimata imagine, ipsam adesse existimas, licet obierit, et per imaginem inanimatam ipsum tibi effingis : multo magis nos per divinas Scripturas sanctorum consortio fruamur, non corporum, sed animorum imagines habentes. Illorum quippe dicta animarum ipsorum sunt imagines. Vis discere sanctos illos vivere et adesse ? Nemo mortuos testes advocat : sed Christus illos testes advocavit suæ divinitatis, ac præ cæteris ipsum Davidem<sup>1</sup>, ut te doceret ipsum vivere. Judæis enim de se dubitantibus, dixit : *Quid vobis videtur de Christo ? cujus filius est ? Dicunt ei, David. Ille vero, Quomodo ergo David in Spiritu vocat eum dicens : Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis (Matth. 22. 42-44; Psal. 109. 1) ?* Vides quomodo vivat David ? Nisi enim viveret, non vocavisset eum testem divinitatis suæ. Nec dixit, *Quomodo David in Spiritu vocavit eum Dominum ? sed, Vocat eum Dominum ?* ut ostendat illum adhuc adesse, et per literas loqui. Psallebat olim psalmis, et nos hodie cum Davide. Ille citharam habuit ex nervis inanimatis : Ecclesia vero citharam habet ex nervis viventibus intensam. Lingua nostræ sunt chordæ citharæ<sup>2</sup>, quæ diversum sonum edunt, sed concordem pietatem. Nam mulieres, viri, senes, juvenes ætate quidem distincti sunt, sed hymnorum cantu non sunt distincti : cujusque enim vocem temperans Spiritus<sup>3</sup>, unam in omnibus melodiam efficit ; quemadmodum ipse David declaravit, omnem ætatem et utrumque sexum ad hunc concentum advocans : *Omnis spiritus laudet Dominum. Laudate, anima mea, Dominum (Psal. 150. 3).* Cur carnem reliquit ? cur corpus nullo modo alloquitur ? num animal in duo divisit ? Nequaquam : sed prius artificem excitat. Quod autem non sejunxerit corpus ab anima, audi quomodo alibi dicat : *Deus, Deus meus,*

*ad te de nocte vigilo. Sibi vult intè anima mea, quam multipliciter tibi caro mea, in terra (Psal. 62. 2).* Sed ostende mihi carnem ipsam ad hymnos advocari, ait ille. *Benedic, anima mea, Domino, et omnia quæ intra me sunt nomini sancto ejus (Psal. 102. 1).* Vides etiam carnem concentus participem ? Quid sibi vult illud : *Et omnia quæ intra me sunt nomini sancto ejus ?* Nervi, inquit, ossa, venæ, arteriæ, et omnes internæ partes.

3. *Interiora nostra quomodo possunt Deo benedicere.* — Quomodo possunt interiora nostra Deo benedicere ? Vocem non habent, os non habent, linguam non habent. Anima quidem potest ; interiora vero quomodo possint, cum nec vocem, nec os, nec linguam habeant, Deo benedicere ? Quemadmodum *Cæli enarrant gloriam Dei (Psal. 18. 1).* Quemadmodum enim cæli non linguam, non os, non labia habent ; sed aspectus pulchritudine obstupefacientes eos qui se contemplantur, ipso rei miraculo ad Opificem laudandum invitant : sic et interiora nostra, si ea animo percurreris, si videris differentiam qualitatum, operationis, virtutis, concentus, eformationis, positionis, numeri, harmoniæ, illud propheticum pronuntiabis : *Quam magnificata sunt opera tua, Domine ! omnia in sapientia fecisti (Psal. 103. 24).* Vides quomodo viscera, sine voce, sine ore, sine lingua, Deum laudent ? Cur ergo animam alloquitur ? Ne lingua loquente, ipsa evagetur, quod sæpe in precando et hymnos cantando patimur ; ut utrinque concentus sit. Cum enim inter orandum non audieris verba Dei, quomodo Deus audiet supplicationem tuam ? Eum igitur dicit, *Lauda, anima mea, Dominum,* id significat, Intus ex profundo cordis offerantur supplicationes. Etenim Paulus ait : *Psallam spiritu, psallam et mente (1. Cor. 14. 15).* Musicus est quispiam optimus anima, artifex est : organum autem corpus, citharæ, tibiæ et lyræ locum tenens. Alii igitur musici, non semper cum omnibus organis sunt, sed modo illa sumunt, modo deponunt ; non enim perpetuo et omni tempore melodiæ vacant ; quapropter non semper organa tractant : Deus autem docere te volens, te eum semper debere et laudare et benedicere, artificii semper adjunctum instrumentum esse curavit. Quod enim semper laudare oporteat, audi quo pacto dicat Apostolus : *Sine intermissione orate, in omni gratias agite (1. Thess. 5. 17. 18).* Quoniam igitur sine intermissione orandum est, sine intermissione instrumentum cum artifice est. *Lauda, anima mea, Dominum.* Primo vox una id dicebat, nempe Davidis : nunc vero quoniam mortuus est, innumeris linguis id loquitur, non nostris solum, sed etiam totius orbis. Viden' eum non mortuum esse, sed vivere ? Quo pacto enim mortuus sit, qui tot linguas habet, et per tot ora loquitur ? Magna plane res est laus : expurgat enim animam nostram, et multam nobis inscribit religionem.

<sup>1</sup> Duo Mss. ... suæ divinitatis, videlicet : Moysen et Eliam, et præ cæteris, ipsum Davidem. Ita legit Naunius.

<sup>2</sup> Duo Mss., Chordæ citharæ rationalis.

<sup>3</sup> Unus, Spiritus autem omnium animas in unum quasi conuniscens.

*Quanta sit vis Hymnorum.* — Vis discere quanta sit erga Deum hymnorum vis ? Hymnos canentes tres pueri, sic Babyloniam fornacem restinxerunt, ino-

potius non exstinxerunt, sed quod longe mirabilius erat, flammam ardentem quasi lutum pedibus concubabant. Hymnus iste in carcerem ingressus, vincula Pauli solvit, januas carceris aperuit, fundamenta concussit, terrore multo custodem carceris implevit. Nam media nocte, inquit, hymnos canebant Paulus et Silas (Act. 16. 25). Deinde vero quid factum est? Quid? Novum plane quidpiam et inopinatum: vincula soluta sunt, vincti solutos alligarunt. Atqui vinculum natura est, ligatum firmiter stringere, et subditum tenere: nunc vero custos carceris solutus ad pedes Pauli ligati venit, Vinculorum quidem sensilium natura est, vinctum detinere: vinculorum autem ob Christum tanta vis est<sup>1</sup>, ut solutos vinctis subditos faciant. In custodiam interiorem ipsos conjecerant; et cum intus essent, exteriores portas aperuerunt. Pedes eorum ligno compediverat, et pedes eorum compediti aliorum manus solverunt. Deinde procubuit ante eum, inquit, custos carceris, metuens, tremens, gemens, anxius, lacrymans (Act. 16. 29). Quid actum est? annon tu alligasti? annon tu in custodia tenuisti? Eaquid miraris, homo, si carcerem aperuit, quandoquidem potestatem accepit aperendi cælos? *Quæcumque ligaveritis*, inquit, *super terram, erunt ligata et in cælis: et quæcumque solveritis super terram, erunt soluta et in cælis* (Math. 18. 18). Peccatorum vincula solvit; quid miraris si ferri vincula solvat? Dæmonum vincula solvit, animas ab illis vinctas liberavit; quid miraris si victorum catenas solvit? At vide duplex miraculum: solvit iterum et ligavit. Solvit enim vincula, ligavit autem cor illorum. Quod enim soluti essent ignorabant. Aperuit et clausit: aperuit quidem carceris fores, clausit vero oculos cordis victorum, adeo ut non senserint januas esse apertas, ne libertate usi in fugam se darent. Vidisti ligantem et solventem, aperientem et claudentem?

4. *Apostoli nihil ad ostentationem faciebant.* — Ideo hæc noctu facta sunt, ut sine tumultu et sine perturbatione res ageretur. Nihil enim per ostentationem vel per ambitionem faciebant apostoli. Procubuit ante pedes ejus carceris custos. Quid igitur Paulus? Vidisti ejus miraculum? vidisti ejus stupenda opera? Vide ejus sollicitudinem, vide humanitatem. *Exclamavit et dixit: Nihil tibi facias mali: omnes enim hic sumus* (Act. 16. 28). Eum qui se acerbè ligaverat, non sivit acerbè mori, immemor scilicet injuriæ. *Omnes enim hic sumus*, inquit. Vide quam esset a fastu alienus. Non dixit: Hæc stupenda ego feci, sed quid? *Omnes enim hic sumus*. Cum vinctis ac connumeravit Paulus. Ille vero cum videret, quod gestum erat, miratus est, de miraculo obstupuit, gratias egit Deo. Dignus vere erat multa sollicitudine et humanitate carceris custos; non existimavit ea quæ acta fuerant esse præstigias. Cur non existimavit esse præstigias? Audierat eos hymnos canentes Deo: præstigiator autem numquam celebrat Deum. Multos præstigiatores exceperat, quandoquidem custos carceris erat: sed eorum nullus

unquam talem rem perpetraverat, non solverat vincula, non ostenderat tantam sollicitudinem. Paulus enim vinciri optabat, nec fugit, ut eum a morte liberaret. Insiliit cum gladio præ manibus et face: volebatque diabolus eum nece a pœnitentia avertere, sed sonora voce salutem ejus animæ prompte lucratus est Paulus. Non enim simpliciter clamavit, sed magna voce, dicens: *Omnes hic sumus*. Admiratus est filius sollicitudinem carceris custos, procubuit ante vinctum solutus, et quid dicit? *Domini, quid me oportet facere, ut salvus fiam* (Act. 16. 30)? Tu vixisti, et tu in consilii inopia versaris? tu lignum firmavi tibi, et tu quæris pœnitentiæ et salutis modum? Vidisti fervorem? vidisti sollicitudinem? Non distulit, sed quia metu solutus erat, non ideo solutus est circa beneficium, sed ut tim ad salutem accurrat animæ suæ. Nox erat, et media nox. Non dixit, Deliberemus, dies adveniat, sed statim ad salutem cucurrit<sup>1</sup>. Magnus est hic vir, inquit, humanam transcendit naturam. Vidi illius miram potentiam, miratus sum humanitatem. Innumera a me passus mala, cum in extremis esset, me qui ligaveram in manus accipiens, cum necare posset, non modo nihil facit, sed cum me interficere, et gladium in jugulum adigere destinassem, me cohibuit. Jure dicit: *Domini, quid me oportet facere, ut salvus fiam*? Non enim miracula modo credentes ad apostolos attrahebant, sed ante miracula vita. Ideo ait: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est* (Math. 5. 16). Vidisti fervorem custodis carceris? Vide Pauli fervorem: non distulit, non neglexit: sed in vinculis cum esset, et in ligneis compedibus, in plagis, statim eum mysteriis imbuit, et cum illo totam domum, ac post lavacrum spirituale, postque spirituales mensam, carnalem etiam ipsi apposuit (a). Verum qua de causa concussit carcerem? Ut excitarret custodem carceris ad contemplationem actarum rerum. Solvit sensilia vincula vinctorum, ut solveret spiritualia vincula custodis carceris. Contrarium Christus fecit. Accessit ad eum homo paralyticus, duplici quadam paralyti affectus; aliam a peccatis, alteram a corpore. Primo paralyti peccatorum solvit, sic dicens: *Fili, remittuntur tibi peccata* (Marc. 2. 5). Deinde quia illi dubitabant, blasphemabant, dicebantque, *Nemo potest dimittere peccata, nisi solus Deus* (Ibid. v. 7), volens ipsis ostendere se vere Deum esse, volens ipsos ex ore ipsorum judicare, ut dicere posset, *Ex ore tuo te judico* (Luc. 19. 22): tu dixisti neminem posse dimittere peccata nisi solum Deum: ecce dimitto, inquit, peccata, et confitere divinitatem meam: ex tuo judicio calculum fero. Sed illic prior spiritualis, posterior sensilis; hic contra, primo sensilia vincula, deinde spiritualia sublata sunt.

*Orationis vis magna semper, sed cum jejunio major. Oratio quomodo grata efficiatur.* — Vidistin' quanta sit vis hymnorum? quantum laus valeat? quantum precatio?

<sup>1</sup> Duo Mss., ad initiationem cucurrit.

(a) Non Paulus custodi carceris, sed custos carceris Paulo mensam apposuit.

<sup>1</sup> Duo Mss. sic habent, vinctum detinere. Equidem vinculum ob Christum illa est virtus.

10ης γυμνόν, περίσκελε, και από τῶν οὐρανῶν τοῦ σπέρματός σου οὐχ ὑπερόψη. Τότε βοήθη, και ὁ Θεός εἰσακουσέτω σου· εἰ λαλοῦντός σου ἐρεῖ· Ἴδου πάρειμι. Γενεὸν τοιούτου, ἀνθρώπου, και δύνῃ λέγει, Ἐν τῷ ἐπιμαλεισθῆναι με εἰσῆκουσέ μου ὁ Θεός τῆς δικαιοσύνης μου. Ἐκέκραξεν ὁ πῆλός, και εἰσῆκουσεν ὁ κεραμεύς· ἐπεκαλέσατο ἡ γῆ, και ἐπήκουσεν ὁ οὐρανός. Κίρηναι τοίνυν ὁ Δαυὶδ τοῖς, πληθύνον ὅπως ταχέως εἰσῆκουσθη, τρέπει τὸν λόγον, και τῷ εἰσακούσαντι εὐχαριστεῖ λέγων· Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι. Ἐπλάτυνε ἐκ αὐτῆ ὁ Θεός κατά δύο τρόπους, και ὅτι εἰσῆκουσε, και ὅτι ταχέως αὐτοῦ ἤκουσεν. Ὅσπερ γάρ τὸ μὴ ταχέως εἰσακουσθῆναι θλίψις ἐστίν, και ἡμισυ χάριτος· οὕτω τὸ ταχέως εἰσακουσθῆναι πλατύτης, και διπλῆ χάρις. Τὸ οὖν ταχέως και παραπύτῃ εἰσακουσθῆναι ἐν θλίψει πάτος ἔλεγεν. Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι. Τὰ κύματα τῶν θλίψεων ἡ ταχεῖα γαλήνη διέλυσεν· ἡ ἀφρίζουσι θάλασσα ἐσοπτρὸν ἐγένετο· αἱ καταγίδες και αἱ θύελλαι εἰς δρόσον μετεβλήθησαν· οἱ ἐχθροὶ και πολέμιοι, ἰκέται και προσκυνηταὶ γέγονασιν. Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι. Οὐδέπω ὡς βρέφος τὸ στόμα ἠνέψα, και ἦδη μοι ὡς μήτηρ ἡ πρόνοια τοῦ Θεοῦ τὸν μασθὸν ἐνέθηκεν. Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι. Διμῶ με τῆκόμων ἀπὸ καρποῦ, σίτου, οἴνου, και ἐλαίου ἐπλούτισεν· ὡς μὴ μόνον ἐμὲ, ἀλλὰ και πάντας τοὺς ὑπ' ἐμὲ ἀπολύσαι. Διδὺ ὑποκαταβᾶς ἔλεγεν· Ἐδωκας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου. Ἄπὸ καρποῦ, σίτου, και οἴνου, και ἐλαίου αὐτῶν ἐπληθύνθησαν. Ἡ ἐκείνων περιουσία ἐμοὶ εὐωχία. Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι. Καθ' ἱστορίαν δὲ ἐν θλίψει ἐπλάτυνον αὐτὸν ὁ Θεός τοῦτον τρόπον. Ὅτε ὑπὸ τοῦ Ἄβεσσαλώμ πολεμώμενος ἐφυγεν ἐν ταῖς ἐρημίαις και ἐν τοῖς ὄρεσι, λιμῶ και ἀνάγκῃ ὡς ἐν διωγμῷ ἐκρατήθη. Ἄλλ' ἐν τῇ ἀνάγκῃ τοῦ λιμοῦ ὁ Θεός αὐτῷ ἀριστοφόρους ἀνδρας ἔφω, ὡς τῷ Ἡλὶ τοὺς χόρακας, ἔπεμψε. Καὶ πρῶτος ὁ Σιδᾶ, ὁ ἐκ τοῦ οἴκου Σαούλ τοῦ ἐχθροῦ αὐτοῦ, ἤνεγκεν αὐτῷ ἄρτους διακοσίου, και οἶνον, και πλάθας, και στυφίδα. Ἔτα μετὰ τοῦτον Βερζελλὶ ὁ Γαλααθίτης και αὐτῶν αὐτῷ προσήνεκε δέκα κοίτας, ἵνα μὴ χαμυνῆ, και ἀμφιτάπητας ἃ τοὺς λεγομένους τυλοτάπητας, και οἶνου κεράμια, και πυρούς, και κριθάς, και ἄλευρον, και κύαμον, και φακὸν, και βούτυρον, και πρόβατα, και γαλαθινὰ μοσχάρια. Ἐπεὶ οὖν ἐν τῇ στενοχωρίᾳ και τῇ θλίψει τοῦ λιμοῦ και τοῦ διωγμοῦ εὐθηνίαν αὐτῷ ὁ Θεός πρὸς ἀπόλυσιν ἔδωκεν, εὐχαριστῶν ἔλεγεν· Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι. Ὅτε ὁ λιμὸς πῆλον τοῦ Ἄβεσσαλώμ ἐπολιόρηκε με, τότε μοι ὁ Θεός τὴν Ἐρημον γῆν ῥέουσαν μέλι και γάλα ἐποίησε. Μήδεις οὖν ἡμῶν διὰ τὸν Θεὸν διωκόμενος λιμὸν ᾤφθηθῆ· Ὁ Ἰμμοκτονήσῃ γάρ Κύριος ψυχὴν δικαίου. Ἐθλίβετο, και ἐπλάτυντο· ἀλλὰ και ὁ τῶν μαρτύρων χορὸς ἐθλίβετο μὲν μαστιχόμενος, ἐπλάτυντο δὲ ὡς νικητῆς στεφανώμενος· ἐθλίβετο ταῖς μαστίξι· σπειρόμενος, ἐπλάτυντο ὡς σῖτος ὄριμος εἰς τὰς ἐν οὐρανῷ ἀποθήκας συγκομιζόμενος· ἐθλίβετο ὡς πῆλός πατούμενος, ἐπλάτυντο οὐρανὸς γινόμενος· ἐθλίβετο ὡς ἄρτους χωνυόμενος, ἐπλάτυντο ὡς κειμήλιον τῷ Θεῷ προσφερόμενος. Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι. Ἐλέγε και ληστής ἐπὶ τοῦ σταυροῦ θλιβόμενος, και μετάρτιος ἐν παραδείσῳ γινόμενος, Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι. Ὁ τῶν παροδιτῶν φονεὺς, τοῦ παραδείσου νομῆς· ὁ ἐπὶ γῆς κατάδικος, τῶν οὐρανίων κείτονος· ὁ κάτω προσήλυτος, ἄνω πολιτογραφούμενος· ὁ τοῦ τυράννου ὀπαδός, τοῦ Βασιλέως ἀκόλουθος· ὁ τοῦ πυρὸς ἄξιος, βασιλείας μέτοχος. Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι. Ἄπὸ τοῦ ληστοῦ και τοῦ σταυροῦ ἡ σωτηρία ἤρξατο. Ἐπειδὴ γάρ ὁ πρῶτος ἀνθρώπος ἀπὸ τοῦ ξύλου γευσάμενος, ὡς ληστής τοῦ παραδείσου ἐξεβλήθη, πρῶτος, ληστής ἐπὶ ξύλου πιστεύσας, εἰς τὸν παράδεισον εἰσῆγετο. Ἀπὸ ξύλου ἡ ἀμαρτία ἤρξατο, και ἀπὸ ξύλου ἡ σωτηρία ἤνθησε.

γ'. Καὶ διὰ τὸ ὅτι Χριστὸς σταυρωσέν τὸν ληστήν πολιτὴν οὐρανὸν ἐποίησε· Πρῶτον ἵνα μάθη· κόσμος [549] και πάντες ἄνθρωποι, ὅτι ἐάν τὸν ἐσταυρωμένον, ὡς ὁ ληστής, Κύριον και βασιλέα ὁμολογήσῃσι, τῆς ὁμοίας τιμῆς ἀπολαύσῃσι· δεύτερον δὲ, ἵνα πάντες θεασάμενοι, ὅτι ὁ Χριστὸς τῷ ληστῇ τὰς ἀμαρτίας ἐπὶ τοῦ σταυροῦ συνεχώρησε, πιστεύσωσιν ὅτι και τὸ οἰκουμένικόν

\* Ἀμφίπατος τοῦ λεγομένου τυλοτάπητα. Neg

γερόγραφον ἐπὶ σταυρῷ ἐξήλειψεν. Ὅσπερ γάρ γεωργὸς μίαν ἐγκεντρίσας καλλιέλαιον, και εὐθαλῆ και εὐκαρπὸν ἀποδείξας, ἀπὸ τῆς μίαις και τὰς ἄλλας ἐμπιστεύεται· οὕτω και ὁ Χριστὸς τὸν ληστήν ὡς ἀγριέλαιον εἰς καλλιέλαιον ἐνεκεντρίσας, και ἐπιστεύθη, ὅτι και πάντα τὰ ἔθνη ἐγκεντρίσας και μεταφύτευσας εἰς τὸν παράδεισον δύναται. Ὁ γὰρ τὸν Ἀδὰμ ἐκ τοῦ παραδείσου ἐκβάλων ὡς ἀκάνθαν, αὐτὸν τὸν ληστήν ὡς ῥόδον εἰς τὸν παράδεισον μεταφύτευσεν. Ὅθεν ἐκεῖ, ὡς ἐν μοναστηρίῳ ἀσκητῆς, ψάλλει λέγων· Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι. Ἐθλίβετο δὲ ὁ ληστής, οὐχ ὅτι αὐτὸς τῷ ξύλῳ προσήλωτο, ἀλλ' ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ μετὰ ληστῶν ἐσταύρωτο· ὅθεν και ἔλεγε· Καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως· βεβία γὰρ ὡν ἐπράξαμεν ἀπολαυθόμεν· οὗτος δε οὐδὲν ἄτοπον ἐπραξεν. Ἀρμωστῆν δὲ χαριέντως και τὰ ἐξῆς ῥήματα τῷ ληστῇ, ἃ ἔλεγεν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τῷ Χριστῷ ὡς Θεῷ προσευχόμενος· Οἰκτεیرهσόν με, και εἰσακούσον τῆς προσευχῆς μου. Οἰκτεیرهσόν με, συγχωρῶν μοι· τὴν τῆς ληστείας παραπτώματα. Ὡς δικαστὴν σε ὁρῶ εἰς βῆμα ὑψηλόν, τὸν σταυρόν. Ὡς κατάδικος ἐγὼ ἐπὶ ξύλου κρέμαμαι. Οἰκτεیرهσόν με. Εἶπον· Μνήσθητι μου, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Εἰσακούσον τῆς προσευχῆς μου. Εἶτα ὡς ἐθέασατο τὴν κτίσιν τῷ Κτίστῃ συμπάσχουσαν, και τὸν κόσμον, ὡς ἓνα οἶκον, σείδμενον (συμμελίου γὰρ πᾶσάντων ὁ οἶκος· συνέπαυεν, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, και τοῦ οἰκοδόμου κρεμαμένον τὸ ἔργον ἐλύετο), ἐπεὶ οὐρανὸς και γῆ κατά τῶν Κυριοκτόνων ἐστασίασαν, οἱ δὲ ὡς κατενώγησαν, ἐπιτιμᾶν αὐτοὺς ὁ ληστής· Υἱοὶ ἀνθρώπων, ἕως πότε βαρυκάρδιοι; Ἔστω· Ἀδάρτων τὸν τετραήμερον ἀπὸ τοῦ τάφου ἰδόντες οὐκ ἐπιστεύσατε· πιστεύσατε καὶ ἐν τὰς μνήματα ἡμῶν ἠνοήθησαν, και νεκροὶ πολυήμεροὶ τῆς φωτῆς τοῦ σταυρωθέντος ἀκούσαντες ἀνέστησαν. Νεκρούς ὁ σεισμὸς ἀνέστησε, και ἡμεῖς τῇ ἀπιστίᾳ καθυπόδατε; Ἔως πότε βαρυκάρδιοι; Πέτραι ὡς ἀράχναι σχίζονται, και ὡς τῷ φόβῳ οὐ περισπίζεσθε; Ἔως πότε βαρυκάρδιοι; Καὶ διὰ τὴν βαρυκάρδιον; Τοῦτο μὲν, διὰ τὸ μὴ κατανοῆσαι τοὺς θαύματα· τοῦτο δὲ, διὰ τὸ ἐξ ἀφροσύνης βριεῖς κατά τοῦ Θεοῦ ὀργίζεσθαι. Μάρτυς ἡ Γραφή εἰποῦσα· Βυρὼ λίθος, και δυσβάστακτον ἄμμος· ὄρη δὲ ἄερονος, βαρυτέμια ἀμφοτέρων. Βυρὼ λίθος, ἀλλὰ τῷ πολυχειρίᾳ μεταγεται, και ὡς πῆρην ἐν ἀέρι κρέματα· Αὐσθίστακτον ἄμμος, ἀλλ' ὑπὸ θαλάσσης ἐν σανίδι βαστάζεται. Ὀρη δὲ ἄερονος, τὸν Ἐβραίων λαόν, βαρυτέρα ἀμφοτέρων, ὅτι οὐτε νοθεῖσθαι θέλγεται, ἀλλὰ και θαύματα βλέπων ὀργίζεται. Ἴνα τί ἀγαπᾶτε ματαιότητα, τὸν Βαραβδῶν τῷ Χριστοῦ προτιμῆσαντες, τὸν φονεὴ ὑπὲρ τὸν ζωοποιόν; Ἴνα τί ἀγαπᾶτε ματαιότητα, τὴν βασιλείαν τοῦ Καίσαρος τῆς βασιλείας τῶν οὐρανίων προκρίναντες; Ἡ ζωῶσαν πηγὴν κατελείψατε, ἥς τὸ νᾶμα τῆν Σαμαρείτην ἀδιψῶν ἐποίησε, και λάκκος συντετριμμένος ὑψώσατε. Ἴνα τί ἀγαπᾶτε ματαιότητα; Τῷ προδότη μαθητῇ ἐμαθθησάτε, και τῷ διδασκάλῳ ἐπεθουλεύσατε. Ἴνα τί ἀγαπᾶτε ματαιότητα; Ἐπὶ τοῦτοις, Καὶ ζητεῖτε ψεῦδος, τὴν ἀληθειαν ἀποστρεφόμενοι. Καὶ πότε τὸ ψεῦδος ἐξήχησαν; Ὅτε ψευδομάρτυρας ἀγοράσαντες κατά τοῦ Κυρίου ἔστησαν, ὅτε τοὺς συκοφάντας ἐμισθώσαντο. Μάρτυς ὁ εὐαγγελιστῆς Μάρκος· Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς και ὄλον τὸ συνέδριον ἐζήτηρον ψευδομαρτυρίαν κατά τοῦ Ἰησοῦ. Καὶ ζητεῖτε ψεῦδος. Τοῦτοις εὐνομεν διυστρέφοι τὸ ἔθνος, και κωλύοντα Καίσαρι φόρον διδόναι. Καὶ πῶς ἐκώλυον ὁ εἰπὼν, Ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι; Καὶ ζητεῖτε ψεῦδος. Ἀρασεῖτε τὸν λαὸν διδάσκων. Καὶ ζητεῖτε ψεῦδος. Εἰ μὴ ἦν οὗτος κακοποιός, οὐκ ἂν σοι παρεδώκαμεν αὐτόν. Καὶ τί ἐκακοποίησεν; Ὅτι νόστους ἐδίδωκεν, ὅτι δαίμονες ἐφυγάδευσεν, ὅτι νεκρούς ἤγειρεν, ὅτι ἐκ πέντε ἄρτων ἰσαριθμούς χιλιάδας ἐθρεψεν. [550] Ἐτι ἡ τροφή ἐν τῷ λάφυρῳ, και τὸ ψεῦδος ἐν τῷ στόματι. Καὶ ζητεῖτε ψεῦδος. Φύγωμεν, ἀγαπητοί, τὸ ψεῦδος, ὡς μάγαβραν ψυχῆς. Στόμα γάρ, φησὶ, καταψευδόμενον ἀναρεῖ ψυχὴν, οὐ τὴν τοῦ συκοφαντουμένου, ἀλλὰ τὴν τοῦ ψευδομένου. Οὐχ οὕτως ὁ βάρβαρος ἀπὸ τῆς κόμης, και ὁ στρατιώτης ἀπὸ τῆς χλανίδος, ὡς ὁ Χριστιανὸς ἀπὸ τοῦ μὴ ψευδεσθαι γνωρίζεται. Καὶ καθάπερ ἐν τοῖς πολέμοις ἀπὸ τοῦ συνθήματος οἱ φίλοι; και οἱ ἐχθροὶ

duobus modis, quod exaudierit, et quod cito audierit. Sicut enim non cito exaudiri ærumna est, et dimidium tantum gratiæ: sic cito exaudiri latitudo est et duplex gratia. Cito ergo et statim exaudiri in ærumna latitudinem dixit: *In tribulatione dilatasti mihi.* Fluctus ærumnarum repentina tranquillitas discussit; spumans mare in speculum versum est; procellæ et tempestates in ros mutatae sunt; inimici et hostes, supplices et adoratores facti sunt. *In tribulatione dilatasti mihi.* Nondum ut infans os aperui, et jam mihi quasi mater providentia Dei manum dedit. *In tribulatione dilatasti mihi.* Me fame tabescentem a fructu frumenti, vini et olei locupletavit; ut non solum ego, sed etiam omnes subditi mei his fruere-mur. Quamobrem infernus dicebat: *7. Dedisti lætitiã in corde meo.* 8. *A fructu frumenti, vini et olei sui multiplicati sunt.* Illorum abundantia mihi convivium est. *In tribulatione dilatasti mihi.* Secundum historiam autem in tribulatione dilatavit illi Deus hoc modo. Cum, Absalone sibi bellum inferente, fugeret in deserta et montes, fame et inedia ut in persecutione laboravit. Sed in necessitate Deus illi subministratores viros repente, ut Eliæ corvos, misit. Et primus Siba, qui erat ex domo Saül inimici ejus, attulit panes ducentos, vinum, palathas, et uvas passas. Post hunc iterum Berzelli Galaadites ipsi obtulit decem cubilia, ne homi cubaret, et amphitapetas, qui tylo-tapetes vocantur, vasque figlina vino plena, frumentum, hordeum, farinam, fabam, lentes, butyrum, oves vitulosque lacteos. Quia igitur in penuria, et in angustia famis et persecutionis, rerum copiam ipsi Deus ad usum præbuit, gratias agens dicebat: *In tribulatione dilatasti mihi.* Cum famem me magis quam Absalon premeret, tunc mihi desertum Deus in terram fluentem melle et lacte convertit. Nemo igitur nostrum propter Deum pulsus vexatusque famem metuat: nam *Deus non affliget fame animam justi* (Prov. 10. 3). Premebatur, et dilatabatur; sed etiam martyrum chorus affligebatur verberatus, dilatabatur vero ut victor coronatus; affligebatur verberibus dum seminaretur, dilatabatur autem ut frumentum maturum in caelestia horrea comportatum; affligebatur ut lutum calcatum, dilatabatur dum cælum efficeretur; affligebatur ut argentum conflatum, dilatabatur cum quasi cimelium Deo offerretur. *In tribulatione dilatasti mihi.* Dicebat et latro in cruce afflictus, et sublimis in paradiso translatus, *In tribulatione dilatasti mihi.* Viatorum interfecto, paradisi habitator; in terra damnatus, caelestium habitator; qui in terra clavibus affixus est, et in cælo inter cives adscriptus; tyranni famulus, Regis assecla; igne dignus, regni consors. *In tribulatione dilatasti mihi.* A latrone et cruce salus incepit. Quia enim primus homo, cum de ligno gustasset, quasi latro ex paradiso pulsus est: primus latro qui in ligno credidit, in paradiso inductus est. A ligno peccatum incepit, et a ligno salus floruit.

3. Cur vero Christus crucifixus latronem cæli civem fecit? Primo ut discerent mundus et omnes homines, quod si crucifixus, ut latro, Dominum et regem confiteantur, parem consequuturi sint honorem; secundo autem, ut omnes videntes, Christum latroni peccata in cruce remisisse, crederent ipsum universale quoque chirographum in cruce delevisse. Quemadmodum enim agricola postquam unam insertam bonam olivam, virentem et fructuosam esse ostendit, ab illa alias sidenter inserit: ita et Christus latronem, ut olivam agrestem, in bonam olivam inseruit, ac creditum fuit eum omnes gentes inserere, et in paradiso transferre posse. Nam qui Adam ex paradiso expulsi quasi spinam, ipse latronem ut rosam in paradiso transplantavit. Quare ibi, velut in monasterio asceta, psallit dicens: *In tribulatione dilatasti mihi.* Affligebatur autem latro, non quod ipse ligno affixus esset, sed quod Filius Dei cum latronibus crucifixus esset: quare dicebat: *Et nos quidem juste, nam digna factis recipimus: hic autem nihil mali fecit*

(Luc. 23. 41). Jucunde etiam possunt sequentia verba latroni aptari, quæ in cruce, Christum ut Deum precans, dixerit: *Miserere mei, et exaudi orationem meam.* *Miserere mei,* remittens mihi latrocinii scelera. Quasi judicem te video in excelsis tribunali, in cruce. Ego ut reus in ligno pendo. *Miserere mei.* Dixi: *Memento mei, cum veneris in regnum tuum* (Luc. 23. 42). *Exaudi orationem meam.* Deinde, ut vidit creaturam Creatori compatientem, et mundum instar unius domus concussam (fundamento namque patiente, domus una passa est, quoniam in ipso creata sunt omnia, et domus Opifice pendente, opus solvebatur), quia cælum et terra contra dominicidas seditionem movebant, illi vero non compuncti sunt, ipsos increpato latro: *3. Filii hominum, usquequo gravi corde?* Esto, Lazarum quadriduanum a sepulcro egressum videntes, non credideritis; credite saltem nunc, cum monumenta aperta sunt, et qui jamdiu mortui erant crucifixi *vocem* audientes resurrexerunt. Mortuos terræ motus suscitavit, et vos in incredulitate obdormitis? *Usquequo gravi corde?* Petræ ut araneorum telæ scinduntur, et vos timore non scindimini? *Usquequo gravi corde?* Et cur, *Gravi corde?* Tum quod visis miraculis non compuncti fueritis; tum quod ex insipientia graviter contra Deum irascimini. Testis est Scriptura quæ dicit: *Grave saxum, et onerosa arena; sed ira stulti utroque gravior* (Prov. 27. 3). *Grave saxum,* sed multiplicitate manuum transfertur, et quasi ala in aere suspenditur; *Onerosa arena,* sed in mari rate vehitur. *Ira autem stulti,* Hebraici populi, *utroque gravior,* quia neque monitis demovebatur, sed etiam cum miracula videt, irascitur. *Ut quid diligitis vanitatem,* Barabham Christo præferentes, homicidam vitæ largitori? *Ut quid diligitis vanitatem,* regnum Cæsaris regno cælorum præferentes? Vivam fontem dereliquistis, cujus latex Samaritanam sitis expertem reddidit (Joan. 4. 9), et lacus contritos fodistis (Jer. 2. 13). *Ut quid diligitis vanitatem?* A proditore discipulo didicistis, et magistro insidias struxistis, *Ut quid diligitis vanitatem?* Ad hæc etiam *Queritis mendacium,* veritatem aversantes. Et quandonam mendacium quasierunt? Cum falsos testes pretio emptos contra Dominum stauerunt: cum scyphophantas mercede conduxerunt. Testis Marcus evangelista: *Principes autem sacerdotum et omne concilium quærebant falsum testimonium contra Jesum* (Marc. 14. 55). *Et quæritis mendacium.* Hunc invenimus subvertentem populum, et prohibentem tributum dari Cæsari (Luc. 23. 2). Et quomodo prohibuit qui dixit, *Reddite Cæsari quæ sunt Cæsaris* (Matth. 22. 21)? *Et quæritis mendacium.* *Commovet populum docens* (Luc. 23. 5). *Et quæritis mendacium.* *Nisi esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum* (Joan. 18. 30). Ecquid malè fecit? Quia morbos persecutus est, demones fugavit, mortuos suscitavit, ex quinque panibus totidem millia aluit. Adhuc esca in gutture, et mendacium in ore. *Et quæritis mendacium.* Fugiamus, fratres, mendacium, quasi gladium animæ. Nam ait, *Os quod mentitur occidit animam* (Sap. 1. 11), non ejus qui calumnia afficitur, sed ejus qui mentitur. Non ita barbarus a coma, et miles a chlamyde, ut Christianus a non mentiendo dignoscitur. Ac sicut in bellis a tesera amici ab hostibus discernuntur: sic et in bello humanorum negotiorum amici Dei a veracitate et a non mentiendo dignoscuntur, mendaces autem quasi se suo linguæ gladio trucidant. Os nesciens jurare, nec mentiri, cito Deum in orationibus placat. Nam si mos domesticum aut amicum non mentientem reveremur, et cum rogat ei acquiescimus: multo magis Deus non mentientem reverit, ipsi utilia largitur. Cum enim puram videt et immaculatam linguam veracem, verba ejus excipit, quasi in disco xenia. Tam mala res mendacium, ut mendaces etiam sibi similes odio habeant. Ut a domo incendium, sic mendacium ab ore projice: ut flammam in cubiculo, sic perjurium in lingua restingue. Domus incendium materiam et cor-

pus perdit : (a) [perjurii incendium animam et corpus] in gehenna absumit. Si dixerō, Ne contumeliam inferas, iram mihi objicis ; si dixerō : Da pecuniam pauperibus, paupertatem et liberorum alimenta obtendis. Non jurare et non mentiri non requirunt pecuniam ex crumena depromptam. Cur justitiam illam

(a) Uncinis clausa e conjectura in margine posuit Savil.

sine sumptu non exercemus? Non ita regem decet purpura et diadema, ut Christianum decet non mentiri. Ideo ipsum reverentur cognati, amici, vicini, negotiatores : ideo illum formidant dæmones, amant angeli, et gaudentes ipsi portas regni caelorum aperiant, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

## MONITUM

Hanc homiliam Cotelierius ut germanum Chrysostomi fetum edidit anno 1661, cui etiam tres alias subjecit ut ἀνεκδότου; ita ut agmen duceret hæc in Psalmum VI, hinc sequeretur alia in Psalmum L, aliaque rursus in eundem Psalmum L, quarta demum in Psalmum XCIV. Has omnes quasi γνήσια opera dedit Cotelierius, quod quidem verum est de secunda, cujus initium, Εἰδότε τῇ προτέρᾳ κυριακῇ sed illa edita fuit a Savilio inter Homilias de pœnitentia, necnon a Frontone Ducæo, qui illam in finem Tomi quinti ablegavit. Nos autem secundo Tomo posuimus illam, secundam de pœnitentia, p. 287. Quod autem Cotelierium induxit ut illam denuo ederet, est lectionum passim occurrentium diversitas. Esse autem genuinum Chrysostomi fetum omnia confirmant.

Hanc vero in Psalmum VI nemo germanam dixerit, qui vel primoribus labris Chrysostomi stylum attigerit. Oratio quippe omnino remissa, nullisque fulta nervis, olet peregrinum, et ineptum Græculi conatum præ se fert. Omnia solcæcismis et inusitatis loquendi formulis scatent. Quis enim ferat illud, οὐδὲ ἀποπροσωπῶ τῶν πολλῶν μου ἁμαρτιῶν περι σοῦ ποιήσασθαι, Δέσποτα? quis, τὸν ἀρραβῶνα ἔβλωσα? Illud autem, ἐὼν γὰρ μὴ σὺ φθάσης, τίς ἵνα φθάσῃ, imperitum Græculum recentioris ævi omnino sapit. Uno verbo viz duas tresve periodos percurras hujusmodi inusitatis loquendi modis vel solcæcismis vacuas : ita ut nullo modo possint hæc omnia amanuensium ignorantæ adscribi. Nec dissimulabo tamen circa finem esse

## SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI PSALMUS DAVIDIS DE OCTAVA. IN  
PSALMUM VI.

Octavam vocat Scriptura eam vitam ac moram, quæ septimam, præsentis nimirum sæculi, subsequitur, quam octavam prænuntiavit illa diei octavi circumcisio. De octava etiam sapiens Salomon admonet dicens : *Da partem septem, necnon et octo (Eccl. 11. 2)* : quasi dicat : In hoc sæculo cogita de septimo millenario (a), et de parte bona, octava nempe, futura ac permanente, vita æterna. Videamus autem et ipsius Psalmi initium. 2. *Domine, ne in furore tuo arguas me.* Propheta tremendo tribunali oculis mentis assistens, quasi jam nudus ac demissa cervice, nihil præterea rogat judicem, nisi id dumtaxat, *Domine, ne in furore tuo arguas me (Hebr. 4. 13).* Novi, Domine, horrendum ac terribile me manere tribunal, coram angelis et omni creatura ; ubi tu super formidandum ac excelsum thronum ad judicandum præsidens, et omnium delictorum quæ peracta sunt manifestationem ac revelationem facis : et non audeo, nempe a facie multorum peccatorum meorum, apud te confi-

teri, Domine. Quia majus est peccatum meum, quam ut dimittar, quia plus cæteris hominibus in te deliqui, quia ultra modum nomen tuum exacerbavi, quia supra prodigium ego prodige vixi, quia supra illum decem millium talentorum debitorem debitor tibi sum factus. Supra publicanum inimicus male a me vectigal exegit, supra latronem interfector latro misere me interfecit. Plus quam meretrix ego scortator fornicatus sum : plus quam Ninive impenitenter deliqui : plus quam Chananea peccavi. *Peccata mea sicut onus grave gravata sunt super me ; et curvatus sum usque in finem (Psal. 37. 5. 7).* Sanctum nomen tuum irritavi, mandatis tuis non obtemperavi, divitias tuas improbe dissipavi, thesaurum tuum male consumpsi ; arrabui, quam mihi dederas, cum inimicis tuis comedi ; vocem mandati tui non servavi ; tunicam, qua me indueris, sordidavi ; lucernam, quam mihi paraveras, extincti dormitans ; faciem meam, quam exhilaraveras, peccatis dehonestavi ; oculos meos, quos illuminaveras, prave iterum excæcavi ; labia mea, quæ sanctificaveras, iterum maculavi. Et scio te omnino acta mea reprehensurum : ac propterea non est quo effugiam ; sed prorsus arguar necesse est. *Domine, ne in furore*

(a) Quod dicit, *de septimo millenario*, respicere videtur opinionem illam veterum quorundam Patrum, qui putabant mundum post sex mille a conditu annos periturum.

δοκιμάζονται· οὕτω καὶ ἐν τῷ πολέμῳ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων οἱ φίλοι τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τοῦ ἀληθεύειν καὶ μὴ ψεύδεσθαι γνωρίζονται, οἱ δὲ ψευδόμενοι, ὡς ἴδια μαχαίρα, τῇ γλώσῃ φονεύονται. Στόμα οὐκ εἶδος ὀμύειν, ἢ ψεύδεσθαι, ταχέως τὸν Θεὸν ἐν προσευχαίς δυσωπεῖ. Εἰ γὰρ ἡμεῖς οἰκέτην ἢ φίλον μὴ ψευδόμενον αἰδοῦμεθα, καὶ ὑπὲρ ὧν παρακαλεῖ πειθόμεθα· πολλῶ μᾶλλον ὁ Θεὸς τὸν μὴ ψευδόμενον δυσωπούμενος, παρέχει αὐτῷ τὰ ὠφέλιμα. Καθαρὴν γὰρ ὄρων καὶ ἀσπίλον τὴν γλῶσσαν τὴν ἀληθεύουσαν, τὰ ῥήματα αὐτῆς δέχεται, ὡς ἐπὶ ὀίσκου ξένια. Οὕτω τὸ ψεύδεσθαι κακόν, ὅτι καὶ αὐτὸ οἱ ψεύσται μισοῦσι τὸν ψευδόμενον. Καθάπερ ἀπὸ οἰκίας ἐμπρησθῆναι, οὕτω τὸ ψεῦδος ἀπὸ τοῦ στόματος ἀπόρριπτον· ὡς φλόγα ἐν κοιτῶνι, οὕτω τὴν ἐπιπορικίαν ἐν τῇ γλώσσῃ κατάσβεσον. Ὁ τῆς οἰκίας ἐμ-

πρησθῆναι ὕλην καὶ αἷμα, [ὁ τῆς ἐπιπορικίας ἐμπρησθῆναι ψυχὴν καὶ αἷμα] ἐν γενένη δαπανᾷ. Ἐάν εἶπω, Μὴ ὑβρίσης, προβάλλῃ μοι τὸν θυμὸν· εἴαν εἶπω, Δὲς χρήματα πένησι, πένιαν καὶ παιδοτροφίαν<sup>α</sup> ἐννοεῖς. Τὸ μὴ ὀμῶσαι, ἢ μὴ ψεύδεσθαι, οὐκ ἔστι χρήματα ἐκ βαλαντίου δαπανώμενα. Καὶ ἵνα τί οὐ κατορθοῦμεν δικαιοσύνην ἀδάπανον; Οὐχ οὕτω πρέπει τῷ βασιλεῖ ἢ πορφύρα καὶ τὸ διάδημα, ὡς Χριστιανῶ τὸ μὴ ψεύδεσθαι. Διὰ τοῦτο αὐτὸν αἰδοῦνται καὶ συγγενεῖς, καὶ φίλοι, καὶ γείτονες, καὶ συναλλάχται· διὰ τοῦτο αὐτὸν φοβοῦνται οἱ δαίμονες, καὶ φιλοῦσιν οἱ ἄγγελοι, καὶ χαίροντες αὐτῷ τὰς πύλας τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἀνοίγουσιν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

<sup>α</sup> Reg. λεπτοτροφίαν.

## AD HOMILIAM IN PSALMUM VI.

paucula quaedam, quæ Chrysostomo indigna non videantur, nemque ab his verbis Εἶδες τῶν δακρῶν τὴν ἰσχύν; εἶδες τῆς ἐξομολογήσεως τὸν καρπὸν;

Superest autem, ut hic adscribam ea quæ Cotelarius in notis suis, p. 204, apposuit circa Bibliothecam Scorialensem, unde hæ homiliæ prodierunt. « Τοῦ ἐν ἀγίοις κ. τ. λ. Hic titulus præfixus erat Codici [551] manuscripto: Sancti Patris nostri Joannis Chrysostomi Archiepiscopi Constantinopolitani super aliquot Psalmos Davidicos homiliæ 27: ejusdem Explanatio in Daniele prophetam, et in Canticum trium puerorum. Opera hucusque inedita, e perantiquis Græcis Codicibus Regiæ Bibliothecæ S. Laurentii Scorialensis desumpta, et Latine reddita per F. Gabrielem a Sancto Hieronymo ejusdem cœnobii monachum, sacræ Scripturæ et moralis theologiæ prælectorem. Ex homiliis viginti septem, quatuor, quas solas descripsit Gabriel, editas habes, Lector. Reliquarum (ut nihil nunc pollicear de Catenis Græcis, et de compluribus aliis Græcorum Patrum operibus, potissimumque Athanasii, quæ locupletissima ea bibliotheca fertur continere) tunc tibi copiam faciam, cum nactus ero, quod brevi futurum spes est. »

Cæterum Cotelarius illam Gabrielis a S. Hieronymo interpretationem Latinam rejecit, novamque paravit, quam nos aliquot in locis castigavimus.

## [551] ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ περὶ τῆς ἐγδοῆς.

Ὁ γδοῆν φησὶν ἡ Γραφή ἐβδόμη<sup>α</sup> τοῦ παρόντος αἰώνου ζωὴν καὶ διαγωγὴν, ἣν προσέηυσεν ἡ ὀκταήμερος περιτομή. Περὶ τῆς γδοῆς καὶ ὁ σοφὸς Σολομὸν νοουεῖ λέγων· Δὲς μερίδα τοῖς ἐπίδοις, καὶ γὰρ τοῖς ὀκτώ<sup>β</sup> ὤσασαι λέγων· Φρόνησον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ τῆς ἐβδόμης χιλιονταετηρίδος, περὶ μερίδος τῆς ἀγαθῆς, γδοῆς, τῆς μελιτώσους καὶ μενούσης, αἰωνίου ζωῆς. Ἴδωμεν δὲ καὶ αὐτὸ τοῦ ψαλμοῦ τὴν ἀρχήν. Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με. Ὁμᾶσι νοεροῖς ὁ προζήτητος, ὡς ἤδη γυνὸς καὶ τετραηλιτισμένος τῷ φοβερῷ παριστάμενος δικαστήριον, καὶ οὐδὲν λοιπὸν ἔξειται τὸν δικαστήν, ἀλλ' ἢ τοῦτο μόνον· Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με. Ἰδὲ, Δέσποτα, ὅτι φρικτὴν καὶ φοβερὴν ἀναμένει με δικαστήριον ἐνώπιον ἀγγέλων καὶ πάσης κτίσεως· ἐπὶ ἡ τοῦ φοβεροῦ καὶ ἐπλημένου θρόνου εἰς κρίσιν προκλιθήμενος, καὶ πάντων τῶν πεπραγμένων ἀμαρτημάτων φανερωσὶν καὶ ἀποκάλυψιν ποιούμενος· καὶ οὐ τολμῶ, οὐδὲ ἀποπροσιπῶ τῶν πολλῶν μου ἀμαρτιῶν περὶ σοῦ ποιήσασθαι<sup>ε</sup>, Δέσποτα, ὅτι μείζων ἡ ἀμαρτία μου<sup>δ</sup> τὸ ἀφευθῆναι με, ὅτι πλείον παντὸς ἀνθρώπου εἰς σὲ ἐπιπλημέλησα, ὅτι ὑπὲρ μέτρον τὸ ὄνομά σου παρώξυνα, ὅτι ὑπὲρ τὸν ἄνωτον ἐγὼ ἀσώτως ἐβίωσα, ὅτι ὑπὲρ τὸν τὰ μέγιστα σοὶ τάλαντα χρωσφημιλέτης γέγονα. Ὑπὲρ τὸν τελευτῶν ἐχθρὸς με κακῶς ἐτελεύνησας, ὑπὲρ τὸν ληστὴν ὁ

φονοκτόνος ληστῆς κακῶς με ἐθανάτωσεν. Ὑπὲρ τὴν πόρνην ἐγὼ ὁ φιλόπονος ἐξεπόρευσα, ὑπὲρ τὴν Νινυητὶ<sup>ε</sup> ἀμετανόητα ἐπλημέλησα, ὑπὲρ τὴν Χαναταίαν<sup>ι</sup>. Αἱ ἀμαρτίαι μου ὡσεὶ φορτὴν βαρὴν ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμέ, καὶ κατεκάμωθην<sup>ε</sup> ἕως τέλους<sup>ε</sup>. Τὸ ἅγιον ὄνομά σου παρώξισα, τῶν ἐντολῶν σου παρήκουσα, τὸν πλοῦτόν σου κακῶς ἐσχόπησα, τὸν θησαυρόν σου κακῶς ἐδάπανησα· τὸν ἀρραβῶνα, ὃν δέδωκάς μοι, μετὰ τῶν ἐχθρῶν σου ἐβίωσα<sup>β</sup>· τὴν φωνὴν τῆς ἐντολῆς σου οὐκ ἐζύωαξιν<sup>ε</sup> τὸν χιτῶνα, ὃν μοι ἐνέδυσας, ἐρρύπωσα· τὴν λαμπάδα, ἣν μοι ἐσκαύσασας, νυστάξας ἀπέσβεσα· τὸ πρόσωπόν μου, ὃ ἐφαιδύνας, ἀμαρτίαις κατήσχηνα· τοὺς ὀφθαλμούς μου, οὓς ἐζώτισας, κακῶς πάλιν ἐτύφλωσα· τὰ γεῖλα μου, ἅπερ ἠγάσασας, πάλιν αὐτὰ ἐρρύπωσα. Καὶ οἶδα ὅτι πάντῳ· τὰ πεπραγμένα μου ἐλέγξῃς· καὶ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν, οὐδὲ<sup>ι</sup> διαφεύξομαι, ἀλλὰ πάντως ἐλεγχθήσομαι. Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με. Ἄδύνατον γὰρ τοῦτο· ἀλλὰ, Μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με· Κερδήσω χάριν τούτου παρὰ σοῦ τοῦ μόνου φιλανθρώπου. [552] Οἶδας αὐτὸς ἀκριβῶς ἅπαντά

<sup>ε</sup> L. Νινυητὶ.

<sup>ι</sup> Cotel. addit ἡμαρτων.

<sup>ε</sup> L. Τέλους.

<sup>β</sup> Cotel. proponit ἰδῆσθαι, seu, ex Constit. Apctol. 2, 41. ἐμείωσα.

<sup>ι</sup> Cotel.: « Vel aliquid deest, vel in locum οὐδὲ substituentum δεῖται. »

<sup>ε</sup> Hic addendum: οὐ λέγω, μὴ ἐλέγξῃς με· id quod δι' ὁμοιωτέλεστον excludit.

<sup>α</sup> Hic aliquid desideratur, ut verbi gratia τὴν αὐτὴν ἐβδόμην.

<sup>β</sup> Hic aliquid deesse videtur. Cotel. conj. δεου σοῦ ἐπί.

<sup>γ</sup> Cotel. conj. ἀπὸ προσώπων. .... παρὰ σοὶ ἐξομολόγησιν ποιῆσαι.

<sup>δ</sup> L. Τ. ὄ.

μου τὰ κρύφια πταίσματα, ἀλλὰ, *Μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με.* Μὴ δημοσιεύῃς, μὴ φανερώσῃς ταῦτα πᾶσι ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις εἰς ἔμὸν δνειδος. *Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με.* Εἰ γὰρ θνητοῦ βασιλείου οὐδεὶς δύναται θυμὸν φέρειν, πόσω γε μᾶλλον Θεοῦ θυμὸν οὐχ ὑποστῆσεται πᾶσα κτίσις; *Μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με.* Οὐ λέγω· *Μὴ παιδεύσῃς·* ἔπος γὰρ πάσης παιδεύσεως καὶ κολάσεως· ἀλλὰ, παιδεύων, *Μὴ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με.* Ὅσα ληστὴν αἰτήσαντα, καὶ κομισάμενον συγχώρησιν παρὰ σου. Ὅσα πόνηρον προσελθούσαν ὀλοφύγως, καὶ συγχωρηθείσαν. Ὅσα τελωνῆν ἐκ βάθους στενάξαντα καρδίας, καὶ δικαιωθέντα. Ἐγὼ δὲ οὐκ εἶμι τὸ αὐτοῖ Ὁ γὰρ ἔχω δάκρυον ἔκτενές, οὐκ ἔχω ἐξομολόγησιν ἀληθινήν, οὐκ ἔχω στεναγμὸν ἐκ βάθους καρδίας, οὐκ ἔχω καθαράν τὴν ψυχὴν, οὐκ ἔχω νηστειαν εἰλικρινή, οὐκ ἔχω ἀγάπην πρὸς ἀδελφόν, οὐκ ἔχω πτωχελαν πνευματικῶν, οὐκ ἔχω συμπάθειαν ἵνα συμπαιθῶ, οὐκ ἔχω συγχώρησιν ἵνα συγχωρηθῶ, οὐκ ἔχω σωφροσύνην τῇ σαρκί, οὐκ ἔχω καθαρότητα λογισμῶν, οὐκ ἔχω προαίρεσιν ὀεσπρητή. Ποίῳ λοιπὸν προσώπῳ, ἢ ποῖα παρῴσια αἰτήσω συγχώρησιν; Πολλάκις οὖν, Δέσποτα, μετανοεῖν συνεταξίμην, καὶ ψεύστης πρὸς σὲ τῆς συνταγῆς ἐγενόμην. Πολλάκις ἐν ἐκκλησίᾳ σοι προσέπιπτα, καὶ εὐθέως ἐξερχόμενος ἐν ἀνομιαῖς συμπίπτω. Πολλάκις με ἠλέησας, κἀγὼ ἐχέθησα. Ποῶσα ἐμακροθύμησας, κἀγὼ οὐκ ἐπέστρεψα; Ποσάκις με ἀνέστησας, καὶ πάλιν κατέπεσα; Ποῶσα συνεκρίτησας, κἀγὼ σε ἠγνωνόμην; Ποσάκις μου εἰσήκουσας, κἀγὼ σου παρηύχουσα; Ποῶσα συνεπάθησας, κἀγὼ οὐδὰμῶς σοι ἐδούλευσα; Ποῶσα με ἐτίμησας, κἀγὼ δὲ σε ἠτίμασα; Ποσάκις ἀμαρτήσαντα ὡς πατὴρ παρεκάλεσας, ὡς υἱὸν κατεφίλησας, καὶ ὡς νῆπιον ἐκάλεσας, τὰς ἀγκάλας ἐφαπλῶν; Πέσοντα ἔ με εἶπες· *Ἐγειραι, ὁ καθεύδων.* Δεῦρο, οὐ διώλωσα, οὐ καταστρέφω σε, οὐκ ὀνειδίζω, οὐ βλάσσομαι τὸ ἐμὸν πλάσμα, οὐκ ἀπορῶδιπτομαι, οὐ σκληρόνυμ τὸ ἐμὸν σπλάγχνον πρὸς τὸ ἐμὸν τέκνον. Οὐ γὰρ βούλομαι μετῆσαι ἐπιστρέφουσαν πρὸς με τὴν ἐμὴν εἰκόνα, οὐδὲ ἀποστρέψαι δν τῇ ἐμῇ χειρὶ διέπλεσα ἄνθρωπον, δν ἔκτισα, δν ἐφόρεσα, ὑπερὸ αὐτὸν ἐταπεινώσω, δι' ὃν τὸ ἐμὸν αἷμα ἐξέχεα. Πῶς οὖν οὐ προσδέξομαι πρὸς με ἐπιστρέφοντα καὶ προσπίπτοντα; Διὸ, Δέσποτα, ὡς ἔμψυτον καὶ ἀχώριστον ἔχων τῆς φιλανθρωπίας τὴν ἄδυστον, καὶ τῆς μακροθυμίας τὸ πέλαγος, *Μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με,* ἀλλ' ἔτι καὶ ἔτι μακροθύμησον ἐπ' ἐμέ· μὴ σπεύσης θερίσαι με ἐκ τοῦ βίου ἄωρον, μηδὲ ταχύνης ἐκκόψαι με ὡς τὴν συκὴν τὴν ἀκαρπὸν· ἀλλ' ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Δεσπότης, δώρησαι μοι μετὰ πάντων καὶ τοῦτο τὸ ἔτος πρὸς μετάνοιαν, καὶ μὴ ἀκηδιάσει βαστάζων τὴν βραθυμίαν μου, καὶ μὴ ἀρπάξῃς ἀνέτοιμον ὑπάρχοντα. Μὴ λάθῃς με μὴ ἔχοντα ἐνδύμα γάμου· μὴ παραστήσης γυμνὴν ψυχὴν στηλίτευμα τῷ βήματι σου. Μὴ λάθῃς με τέως μηδὲν ἔχοντα προσενέγκαι σοι, ἀλλὰ μακροθύμησον ἐπ' ἐμοί, ἀλλὰ φιλανθρωπεύητι, ἀλλὰ συμπάθησόν μοι, τῷ πτωχῷ, τῷ βραθύμῳ, τῷ ἀμελεῖ, τῷ ἐλεεινῷ, τῷ ἀπόρῳ, τῷ πόνῳ, τῷ ῥυπαρῷ, τῷ ἀσώτῳ, τῷ ἀγνώμῳ, τῷ ἀσπλαγχνῷ, τῷ πεπωρωμένῳ, τῷ ἀπροσώπῳ καὶ ἀπαρρησιάστῳ, τῷ βεβυθισμένῳ, τῷ ἀποκεκρυμμένῳ, καὶ ἀναπολογῆτῳ, τῷ ἀναξίῳ πάσης φιλανθρωπίας, τῷ ἀναξίῳ τοῦ οὐρανοῦ, τῷ ἀξίῳ πάσης τιμωρίας καὶ γεέννης καὶ κολάσεως. Ἀλλὰ, *Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με.* Ἐλέησον με, *Κύριε, ὅτι ἀσθενῆς εἶμι.* Ἀσθενεῖ γάρ μου ἡ συνειδήσις, ἀσθενεῖ μου ὁ λογισμὸς. Ἐξέλειπον ἐν ματαιότητι αἱ ἡμέραι μου, καὶ τοῦ δρόμου τὸ τέλος ἐγγίζει. Ἀλλ' ἀνοιξόν [553] μοι, Δέσποτα, ἀνάξιω, κρύοντι, καὶ μὴ ἀπικλείεις τὴν θύραν τοῦ ἐλέους σου, ἀλλ' ἀνοιξόν μοι τὴν θύραν, καὶ ἔκτεινόν μου τὴν χεῖρα τῶν ἐν τῷ βυθῷ τῶν ἠδονῶν χειμαζομένων, καὶ κλείσῃς κατ' ἐμοῦ. Ἐάν γὰρ μὴ σὺ φθάσῃς, τίς ἵνα δ' φθάσῃ; Ἐάν μὴ σὺ σπεύσῃς, τίς ἵνα βοηθήσῃ ἡμῖν;

• Locus vitalis.

• I egendum monet hōtēssa Cotelierius. Idem pro πολλάκις et ποσά: mendandum credit ποσάκις.

• Co. el.: « Vel lege πείνοντι μοι, vel αἰτε πρὸς. »

• Iux. Hic et infra legendum putat Cotel. Iσα. Ego id posui scriptoris imper. līe tribuam

ὄντως οὐδαίς· ἀλλ' αὐτίς, ὁ φύσει φιλάνθρωπος, ὁς ἡμῖν καιρὸν ζωῆς, καὶ ὁς ἡμῖν καιρὸν ἐπιστροφῆς. Σὺ μου νίκησον τὴν πόρωσιν, καὶ ποιήσον τὴν διόρθωσιν. Σὺ δός μοι: ἔτι μικρὸν χρόνον, καὶ σὺ ποιήσόν μοι καὶ σωτηρίας τρόπον. Ἐάν γὰρ σὺ μὴ ποιήσῃς, ὅσα ἂν ἐπιχειρήσω, ἀνωφελῆ εἶσι καὶ ἀνόητα. Λοιπὸν μὴ ἀναβάλλει, Δέσποτα, ἀλλὰ φθάσον τὸ πλάσμα σου. Σὺ γὰρ εἶπας· *Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν.* Πρόλαβε τὴν ἐπιστροφὴν τῆς ψυχῆς, καὶ τὸν χρόνον τῆς ζωῆς μου. Τυραννοῦμαι γὰρ ὑπὸ τῆς φύσεως, ἐπὶ πλέον δὲ τυραννοῦμαι ὑπὸ τῆς πονηρᾶς μου συνηθείας. Διὸ *Ἐλέησον με, ὅτι ἀσθενῆς εἶμι.* Ἐξενεύρωσε γὰρ με ὁ ἐχθρὸς μου, καὶ κατηπάτησάν με οἱ ἐχθροί μου, καὶ ἀσθενῆ με καὶ συνεπλασμένον ἐποίησαν. Ὁ δὲ ἀσθενῆς καὶ συνεπλασμένος οὐ δύναται ἑαυτὸν ἰάσασθαι· ἀσθενῆς οὐ δύναται ἑαυτὸν ἀναστήσει, οὐ δύναται βοηθῆσαι, οὐ δύναται ἑαυτὸν δεσφῆσαι. Λοιπὸν· *Ἐλέησον με, Κύριε, ὅτι ἀσθενῆς εἶμι.* Ἰασαί με, *Κύριε, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὄστα μου.* Ἐταράχθησαν καὶ συνετρίβησαν πάντα τὰ ὄστα τῆς ψυχῆς μου. Ὁ δὲ συνετριμμένος τὰ ὄστα οὐ δύναται ἀναστῆς ἐπιζητήσαι ἱατρὸν, οὐ δύναται δραμεῖν καὶ βυθῆναι τῶν ἐχθρῶν. Λοιπὸν σὺ με ζήτησον, Δέσποτα, ὁ ἐλθὼν ζητῆσαι τὸ ἀπολωλός. Σὺ πάλιν τὸν περιεσόντα λησταῖς κατάλαβε καὶ προκατάλαβε. Οὐ γὰρ ἡμιθανῆ, ἀλλ' ὀλοθανῆ πεποίηκε. Λοιπὸν, *Ἰασόν με, Κύριε, καὶ ἰαθήσομαι.* Ἰασαί με, *Κύριε,* ὅτι ὁ δρις ἰ πονηρὸς ἔδωκε μὲ ἀσθενῆ καὶ σεσηπῶτα πεποίηκεν. Ὁ δὲ ἀσθενῆς καὶ σεσηπῶς ὅλος χαμαὶ κεῖται, ὁλος ἐρρίπεται, πτώμα ἀργόν, μόνον ὅτι τῇ φωνῇ καλεῖ τὸν ἱατρὸν. μόνον ὅτι βοᾷ καὶ τὸν βυθόνον ζητεῖ, μόνον ὅτι τοὺς ἐσθλαμοὺς ἀνυψοῖ, καὶ παρασκοπεῖ ὅποτε ἔξει, ὅποτε ἐπιπέψεται αὐτὸν ὁ δεσμών τοὺς συνετριμμένους, καὶ σείκων τοὺς ἀπεγνωσμένους, καὶ ἀνορθῶν τοὺς κατεβράχμμένους. *Ἰασαί με, Κύριε, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὄστα μου, καὶ ἡ ψυχὴ μου ἐταράχθη σφόδρα.* Σωματικῶς καὶ ψυχικῶς, καὶ ἡ, φησὶν, ὁ Δέσποτα, κατέλαβε τάρραχος, σαρκικῶς περιέπεσα πάθει, τὴν σάρκα καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ δαίμοσι ποιησάμενος παίγιον. *Ἰασαί με, Κύριε, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὄστα μου·* τὰ σνδουσοῦντα καὶ ἀνορθοῦντα τὸν ἔσω μου ἄνθρωπον. Ποτα ταῦτα; Ἡ πίστις, ἡ φρόνησις, ἡ ἐλπίς, ἡ ἀγάπη, ἡ σωφροσύνη, ἡ εὐσέβεια, ἡ πραότης, ἡ ταπεινοφροσύνη. Ταῦτα οὖν τὰ ἕστα ἐπ' ἐμὲ συνετρίβησαν. *Ἰασαί με, Κύριε, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὄστα μου, καὶ ἡ ψυχὴ μου ἐταράχθη σφόδρα.* Ὁρῶ ἦδη τὴν ὕραν τῆς ψυχῆς μου προκόλλασαν, τὸ τέλος ἐγγίσαντα, τὸ γῆρας ἀμάσσαντα (sic), τὸ θέρος μου κλίναντα πρὸς τὴν τομῆν, ἐπέειχον τὸν θεριστὴν μου σπεύδοντα, τὸν δρεπάνην δεικνύοντα, τὴν ἀξίνην βαστάζοντα, τὴν ἐκκοπὴν μνηύουσαν, τὴν ἀκαρπίαν ἔχουσαν, καὶ εἰς πῦρ με ἐμβάλλουσαν. *Καὶ ἡ ψυχὴ μου ἐταράχθη σφόδρα.* Ὁρῶ τὸν κλέπτην λοιπὸν ἐγγίσαντα, καὶ τοῦ βίου ἀρπάττει με σπεύδοντα. *Καὶ ἡ ψυχὴ μου ἐταράχθη σφόδρα.* Ὁρῶ τὴν ἐκ τοῦ βίου πρὸς τὰ ἐκεῖ χαλεπὴν καὶ μακρὴν ὄδον, καὶ ἐφόδια μὴ ἔχοντα. *Καὶ ἡ ψυχὴ μου ἐταράχθη σφόδρα.* Ὁρῶ τὴν δανειστὴν ἐγγίσαντα, καμὲ φαρᾶσαντα. *Καὶ ἡ ψυχὴ μου ἐταράχθη σφόδρα.* Ὁρῶ τὴν λογοθέτην τὸ χειρῶν μου ἐπισείοντα, καὶ τοὺς δεσμίους βρῶντας. *Καὶ ἡ ψυχὴ μου ἐταράχθη σφόδρα.* Ὁρῶ πολλοὺς κατηγροῦντας, καὶ οὐδένα συνήγορον. *Καὶ ἡ ψυχὴ μου ἐταράχθη σφόδρα.* Θεοῦμαι: καὶ ἀγωνιῶ, φρίττω καὶ καταστρέβομαι, καὶ τί πρόξαι: οὐκ ἐπίσταμαι. [554] Χρόνον ζωῆς αἰτήσομαι; Ἀλλὰ φθόβομαι, πάλιν κ' ἀμαρτημάτων προσθήκην ποιήσομαι. Καὶ ποίω προσώπω τὸν κρατὴν θέσομαι; Ἀμυχανῶ, ὅτι ἐν ἄκροις κακοί: τὰ κατ' ἐμαυτὸν ὀρώ. Ὁ πονηρὸς διανοχλῶν με οὐ παύεται, ὁ ἐμφύλιος τῆς σαρκὸς τάρραχος ἔκταραστῶν οὐ φεῖδεται, οἱ ἐχθροί μου πολεμεῖν οὐκ ἀφίστανται, οἱ πονηροί μου λογισμοὶ οὐδὰμῶς ἡσυχά-

• Hic putat legendum Cotel. τόπον, et mox ἀνόητα, pro ἀνόητα, et ἀνάβυλα pro ἀναβάλλει.

• Hic τοίμα. • Legendum videtur πεποιήκασι, nisi si diabulum intelligat. • Cotel.

• Lege περισσοῖται, ut recte putat Cotel.

• Cotel. conj. me.

• Cotel.: « Audentem prorsus est me. »

• Suspensum Cotel. legendum λαφύρασσα.

• Lege μὴ πάλιν.



*tuo arguas me.* Non dico, Ne arguas me : id enim fieri nequit ; sed, *Ne in furore tuo arguas me.* Lucrer et ego, auferamque hoc a te , qui solus humanus es. Tu nosti accurate omnes meos oculos lapsus : verum, *Ne in furore tuo arguas me* : ne publices, ne manifestes illos omnibus angelis et hominibus in meum dedecus. *Domine, ne in furore tuo arguas me.* Nam si mortalis regis iram nemo ferre valet, quanto minus t'ei iram ac furorem sustinebit creatura? *Neque in ira tua corripas me.* Non dico, Ne corripas : omnes enim correptione et castigatione indigent : sed, dum me corripies, *Ne in ira tua corripas me.* Novi latronem petiisse, et a te veniam reportasse. Novi meretricem toto animo accessisse, et impetrasse. Novi publicanum ex imo corde ingemuisse, et fuisse iustificatum. Ego autem non sum sicut illi. Non enim habeo jugem lacrymam, non habeo veram confessionem, non habeo gemitum ex imo corde, non habeo animam puram, non habeo jejunium sincerum, non caritatem erga fratrem, non habeo pauperum spiritum, non habeo commiserationem, ut misericordiam consequar ; non habeo condonationem, ut mihi condonetur ; non habeo temperantiam in carne, non habeo puritatem cogitationum, non habeo voluntatem Deo dignam. Quo ergo ore, aut qua fiducia veniam poscam? Sæpe igitur, Domine, poenitentiam agere constitui, et mendax apud te circa pactum sum inventus. Subinde in ecclesia tibi accido, et statim egressus concido in iniquitatibus. Sæpe mei misertus es, et ego sum aspernatus. Quoties patienter tulisti, et ego conversus non sum? Quoties me erexisti, et iterum decidi? Quoties me collegisti, et ego ingratus fui? Quoties me exaudivisti, et ego tibi obedire recusavi? Quoties mihi compassus es, et ego nullo modo tibi servivi? Quoties me honorasti, et ego te contumelia affeci? Quoties cum peccassem, et pater consolatus es, ut filium es exosculatus, et ut infantem vocasti ulnas expandens? Mihi que lapsus dixisti : *Surge qui dormis (Ephes. 5. 14).* Age, non persequor te, ne te everto, non exprobro, non abominor meum sumentum, non abjicio, non induro viscera mea in filium meum. Neque enim odio habere volo meam imaginem, dum ad me sese convertit : nec aversari hominem, quem mea manu formavi, quem creavi, gestavi, pro quo meipsum humiliavi, propter quem meum sanguinem effudi. Quomodo itaque illum non recipiam, ad me convertentem se et accidentem? Ideo, Domine, quandoquidem iram habes et inseparabilem humanitatis abyssum, et longanimitatis pelagus, *Ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me,* sed adhuc atque adhuc erga me esto patiens : ne festines immaturum me e vita demetere, neve properes me excindere ut sicum infructuosam : sed tanquam bonus ac benignus Dominus, dona mihi cum cæteris beneficiis etiam hunc annum ad poenitentiam, et ne tardio afficiaris in peritanda desidia mea, et ne rapas imparatum. Ne accipias me carentem veste nuptiali : ne sis nudam animam ignominie monumentum ante tribunal tuum. Ne sumas me interim nihil habentem quod offeram tibi : verum esto patiens erga me : verum esto humanus : verum compatere mihi, pauperi, pigro, negligenti, miserabili, inopi, fornicatori, sordido, luxurioso, ingrato, immiserico-di, occæcato, deformi et fiducia experti, in profundum demerso, abdito, et inexcusabili, indigno omni benig-nitate, celo indigno, digno omni supplicio et gehenna et punitione. Sed, *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.* 5. *Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum.* Agrotat enim mea conscientia, ægrotat mea ratio. Defecerunt in vanitate dies mei, ac curricula finis appropinquant. At aperi mihi, Domine, etsi indignus pulsem : et ne claudis januam misericordie tue, sed aperi mihi ostium, atque extende manum tuam ei qui in fundo voluptatum fluctuatur : et ne claudas adversum me. Nisi tu enim anteverteris, quis antevertet? Nisi tu festinaveris, quis auxiliabitur nobis? Nemo certe : sed ipse, qui natura ita compa-

ratus es, ut hominem diligas, da nobis vitæ tempus, et da nobis tempus conversionis. Tu meam vince cæcitatem, et fac ut emender. Tu concede mihi adhuc paululum temporis, et tu tribue mihi etiam salutis locum. Nisi enim tu id egeris, quæcumque agressus fuero, inutilia erunt ac nihili jûvabunt. Cæterum ne differas, Domine, sed præveni sumentum tuum. Tu enim dixisti : *Sine me nihil potestis facere (Joan. 15. 5).* Antecipe conversionem animæ, et tempus vitæ meæ. Tyrannidem enim peior a natura, multo magis autem tyrannidem patior a prava mea consuetudine. Idcirco *Miserere mei, quoniam infirmus sum.* Nervos enim mihi succidit inimicus meus, et conculcaverunt me hostes mei, meque infirmum ac contractum reddidere. Qui autem infirmus est ac contractus, non potest sibi ipsi mederi : infirmus non potest semetipsum erigere, non potest sibi optulari, seipsum obligare nequit. Porro, *Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum. Sana me, Domine, quoniam turbata sunt ossa mea.* Turbata sunt et contrita omnia ossa animæ meæ. Is autem, cui ossa contrita sunt, non potest exurgere, ac medicum quærere, non potest currere ac liberari ab hostibus. De reliquo tu mone require, Domine, qui venisti, ut quæreres quod perierat. Tu denuo eum qui in latrones incidit suscipe ac præveni. Quippe non semimortuum, sed prorsus mortuum reliquerunt me. Cæterum, *Sana me, Domine, et sanabor (Jer. 17. 14).* Sana me, Domine, quia malignus ille serpens totum me infirmum et putrum effecit. Infirmus autem et putrefactus, totus humi jacet, totus solo prostratus est, immobile cadaver, nisi quod clamat, et liberatorem quærit, nisi quod oculos attollit, et circumspicit unde veniet, unde visitabit et opem feret ei ille, qui obligat contritos, et servat desperatos, et erigit elisos. *Sana me, Domine, quoniam turbata sunt ossa mea, 4. et anima mea turbata est valde.* Domine, inquit, corporee ac spiritaliter invasit me perturbatio, in carnales incidi affectus, corpus et animam dæmonibus in ludibrium tradidi. *Sana me, Domine, quoniam turbata sunt ossa mea :* scilicet quæ copulant ac erigunt interiore meum hominem. Quænam sunt ea? Fides, prudentia, spes, dilectio, temperantia, pietas, mansuetudo, humilitas. Hæc igitur ossa in me contrita sunt. *Sana me, Domine, quoniam turbata sunt ossa mea, et anima mea turbata est valde.* Video florem vitæ meæ præterisse ; linem prope esse ; senectutem adultam ; meam messem inclinare ad sectionem, maturare ; messorem meum festinare, falceem ostendere, portare securim, quæ excisionem indicat, quæ sterilitatem infert, quæque in ignem me conjicit : *Et anima mea turbata est valde.* Video furem deinceps appropinquantem, et me e vita rapere properantem : *Et anima mea turbata est valde.* Video viam ex hac vita ad ea quæ in cælo reposita sunt difficilem ac longam esse, me vero viaticum non habere : *Et anima mea turbata est valde.* Video senectutem accessisse, et me subacturum esse : *Et anima mea turbata est valde.* Video rationum discusorem chirographum meum incutere, fremere etiam lictores : *Et anima mea turbata est valde.* Video multos accusantes, et neminem patronum : *Et anima mea turbata est valde.* Trepido et angor, horreo ac concutior, nec quid agam scio. Tempus vitæ poscam? Sed vereor ne iterum peccatorum additamentum faciam. Et quo vultu iudicem intuebor? Consilii inops habere, quia res meas in summis malis versari perspicio. Diabolus mihi molestiam exhibere non cessat, in testibus carnis tumultus interturbare me non desinit, hostes mei bello non abstinuit, prava cogitationes meæ nequaquam quiescunt. *Et tu, Domine, usquequo?* Quid non significavit? quid non proloquutus est? Verum præ ultima animi deiectione ac præ calamitate, cum terribile quid et audax ad Deum dicere voluisset, inhibuit seipsum, atque hoc subiecit : *Et tu, Domine, usquequo?* Ecce, Domine, cernis omnia mea in via esse ac misera. Ecce vides instantiam adversum me, inimici vehementiam, carnis formicem,

bellum cogitationum, temporis defectum, et virium mearum imbecillitatem. De cætero, Domine, usquequo non compatieris? usquequo non vindicas? usquequo non circumspicis? usquequo non es longanimis? usquequo non servas? usquequo non corripis? usquequo non inspicis? Licet enim ego dignus sim qui omnino derelinquar: tamen propter misericordiam tuam consequar remis-ionem. Hæc igitur et similia propheta, cum ex animi dejectione de se reputasset, cohibuit seipsum, et ut ne pugnare videretur, ideo deinceps ab iis ad supplicandum Deo cogitationem transfert, et ait: 5. *Convertere, Domine, et eripe animum meum, salvum me fac propter misericordiam tuam.* Non propter opera mea, mala enim sunt; non propter labores meos, infirmus enim sum: sed *Salvum me fac propter misericordiam tuam.* Si vero mecum iudicio contendere volueris, Domine, ego contra meipsum sententiam feram, et me mortem mereri confitebor. Itaque *Salvum me fac propter misericordiam tuam.* Confugio ad misericordiam tuam, quia nihil habeo quod tibi offeram. Commiserationem quero: ne requiras a me pretium illius. Nemo umquam misericordiam vendit, sed dono dat. Idcirco *Salvum me fac propter misericordiam tuam.* Memento sermonum tuorum, quos in sacris tuis Scripturis protulisti. Memento, Domine, quod *Assidue ac diligenter cogitatio hominis ad mala incumbit a juventute sua* (Gen. 8. 21). Memento, Domine, quod lutum me finxisti igneum ac sanguineum. Memento, Domine, quod *Homo vanitati similis factus est* (Ps. 143. 4). Memento, Domine, *Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens* (Ps. 142. 2). Memento Domine, quia *Si iniquitates observaveris, nemo sustinebit* (Ps. 129. 3). Memento, Domine, quia *Nemo mundus a sorde, nec si unius diei sit vita illius super terram* (Job. 14. 5). Memento, Domine, quod *In iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis me utero genuit mater mea* (Psal. 50. 7). Memento, Domine, nec cælum ipsum, nec ipsos exercitus angelorum purus esse coram te; quandoquidem et horum quidam ob peccatum suum de cælo ceciderunt. Ideo *Salvum me fac propter misericordiam tuam, me, qui tuæ misericordiæ indigeo.* Si enim illius qui dignus est miserereberis, nihil mirum, si iustum miserabere, nihil novum: dignus namque est. Et si probum gloria affecteris, nihil magnum; iustum scilicet id quoque est. Sed magis erga indignum me mirificas redde misericordias tuas, ut in me laudibus extollatur tua benignitas. Quoniam et probus medicus tunc laudatur et celebratur et prædicatur, cum insanabiles ac desperatos morbos curat: et rex bonus tunc gloriam consequitur, cum vitam donat immerentibus. Nosti enim naturæ infirmitatem, qui ejus fictor es: atque nosti eam, ut qui indueris ac servaveris illam. Ideo et nunc *Salvum me fac propter misericordiam tuam, et ne vincat mea malitia lenitatem tuam, et ne superet mea ignavia ineffabilem tuam humanitatem.* Quot enim de beneficiis confiteri possum inenarrabili tuæ bonitati? Cum non essem, esse me fecisti: incrementum dedisti, dilatasti, et omnia subiecisti sub pedibus meis (Psal. 8. 8); deinde cum deceptus fuisset et morte affectus, tuo sanguine redemisti; nudatum operuisti, humilem factum ditasti; filium et fratrem et heredem et coheredem constituisti. Ac quid adhuc pro defensione mea respondeam non invenio. Idcirco *Ne intres in iudicium cum servo tuo* (Psal. 142. 2), ne appendas delictis meis comminationem tuam: sed *Averte faciem tuam a peccatis meis* (Psal. 50. 11); et ne æqua lance stateram sis, sed clemens esto, et ex hoc inclina in hoc (Psal. 74. 9), ex meo onere in tuam misericordiam, et sponte præterito pondus iniquitatum mearum, et multitudinem delictorum meorum prætergredere, et *Salvum me fac propter misericordiam tuam, per quam omnes qui servati sunt, salutem sunt consequuti.* Etsi enim Mosem dicam, at nec ipse sine peccato fuit, ut testatur Scriptura: etsi Aaronem cogitem, etsi ipsum Petrum, coriphæum ac magnum,

neque ille absque peccato ac querela est. Eapropter fide servari cupio, fide, non opere, ut mihi quoque tu benignus dicas: *Fides tua te salvum fecit: vade in pace* (Luc. 8. 48). Nam quibuscumque dedisti veniam, Domine, non dixisti: Opera tua te salvum fecerunt, quia universa iustitia hominis coram te quasi paucus menstruata. Ideo iterum aio: *Salvum me fac propter misericordiam tuam* (Isai. 34. 6). Et: *Misericordia tua persequetur me omnibus diebus vitæ meæ* (Ps. 22. 6). *Misericordia tua persequetur me male a te fugientem, ac semper ad peccatum currentem.* *Misericordia tua persequetur me, et inpediet; et in campo ac freno ducet me, qui ad te non appropinquo.* Tu enim es Deus, *Qui facis mirabilia solus* (Ps. 71. 18). Quare etiam super me *Mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te* (Psal. 16. 7). Qui facis ea, de quibus spem habemus, non facies illa, pro quibus misericordiam petimus? Accessit ad te, Domine, debitor decem millium talentorum brevem alium diem flagitans: tu vero, ut benignus, absolutam ipsi concessionem decem millium talentorum dederas, nisi postea improbe fratri succensusset (Matth. 18. 24. sqq.). Reversus est tandem aliquando prodigus, enixe orans ut unus mercenariorum tuorum fieret: tu autem ipsum filium et heredem fecisti. Petiit latro ut tantummodo ejus meminissem in regno tuo: tu vero ipsi totum paradisum donasti. Adiit te meretrix dumtaxat flens, nihilque postulans: et accepit plus quam speraverat ac quæsierat (Luc. 7. 37. sqq.). Flevit Petrus veniam poscens (Matth. 26. 75): tu vero ipsum regni cælestis et Ecclesiæ clavigerum constituisti (Matth. 16. 19). Talis est voluntas tua erga eos qui penitus deplorati sunt, erga eos qui omni spe sunt destituti, erga eos qui ad id quod in peccati inferis profundissimum est devenerunt. In eos magnitudinem clementiæ tuæ ostendis. Propter hoc iterum dico et dicere non desinam: *Salvum me fac propter misericordiam tuam.* 6. *Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?* Ideo festino, ideo tremo, ideo anxius sum. Exploratum quippe habeo, quod ubi finis vitæ meæ ad me pervenerit, nunquam in inferis confitebor Deo. Non enim est in inferno penitentia, non est mortis venia: in monumento remissionem consequi nemo potest. Scilicet mercatus est vita nostra: hic ubi dimissus fuerit, nihil amplius licet negotiari. Postquam stadium solutum est, nemo certat, nemo coronam accipit. Postquam nox advenit, forum ac lucrum non comparet. Audi quid dicat Scriptura de quocumque homine qui vitam finivit: *Mors vero requies, cujus via abscondita est: conclusit enim Deus contra eum* (Job 3. 23). Ubi autem Dei conclusio, quænam ibi de reliquo penitentia peccati? Hæc vita, laborum est; illa, coronarum: hæc vita, clementiæ; illa, veri iustique iudicii divini. Quare *Salvum me fac propter misericordiam tuam.* *Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?* Quis? Nemo. Dum propheta semper recordabatur tremendæ horæ illius ac dici, indesinentem timorem suscipiebat, et perpetuo in compunctione verba legebat, et in fletu pernoctabat. Ideoque hæc verba adjecit: 7. *Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum, et lacrymis meis stratum meum rigabo.* Certo sciebat eos qui guttulam ex oculis manantem seminant, in exultatione messuros herbam de cælo provenientem. *Et flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient in exultatione, in resurrectione, portantes manipulos suos* (Psal. 125. 6). Sicut enim per aquam et spiritum [baptizati] (a), ita per aquam lacrymarum et Spiritum ignemque fervidæ compunctionis rebaptizati, purgamur. Neque enim baptismus, neque vera lacrymarum compunctio sine sancto Spiritu umquam datur. 8. *Turbatus est a furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos: hoc est, Sordidatus sum, con-*

(a) Vox, baptizati, hic uncinis includitur, ut quæ in graeco non reperitur, et juxta Cotel. fuerit addita.

τοῦ τὴν πηγὴν. Τίς ἡ πηγὴ; Λεγέτω Ἱερεμίας· *Γυῖθε λέγει Κύριος· Ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἐξρίξεν ἡ γῆ, ὅτι δύο καὶ ποτηρὰ ἐποίησεν ὁ λαός μου· ἐμὲ ἐγκατέλιπε πηγὴν ὕδατος ζῶντος.* Ὅρᾳς; πηγὴν ὕδατος τὸν Θεόν, ζῶν δὲ ὕδωρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Πηγὴ ὕδατος ζῶντος ὁ Πατὴρ· ποταμοὶ ἐκ τῆς γῆς προσερχόμενος, ὁ Υἱός· ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος.* Λεγέτω περὶ τοῦ Υἱοῦ τὰ αὐτὰ καὶ ὁ προφήτης· Ἡσαΐας· *Καὶ ἤξει Κύριος ὡς ποταμοὶ ἐκδοξοῦ ἐν γῇ διψώσῃ.* Ὅρᾳς; πηγὴν; ποταμὸν; ὕδωρ ζῶν; Καὶ ὡστερ οὐ δύνῃ τὴν πηγὴν καλεῖσαι ποταμὸν, ἕως τὴν ῥίζαν ὁρᾷς, οὕτε πάλιν τὸν ποταμὸν προσελθόντα ἐξω οὐ δύνῃ καλεῖσαι πηγὴν, οὕτε τὸ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ σχιζόμενον καὶ τὴν γῆν ἀρδεύον οὐ καλεῖς ποταμὸν, ἀλλ' ὕδωρ ἀρδεύει· καὶ τὰ μὲν ὀνόματα τέμνεται, ἡ δὲ φύσις ἀμέριστος· ὡστερ οὖν (πάλιν γὰρ τὰ αὐτὰ ἀναλαμβάνων διηγήσομαι) οὕτε τὴν πηγὴν καλεῖς ποταμὸν, ἕως τὴν ῥίζαν ὁρᾷς, οὕτε προσελθούσαν τὴν πηγὴν εἰς ποταμὸν οὐ καλεῖς πηγὴν, ἀλλ' ἐκείνης τῆς πηγῆς ἀπόρροιαν· πάλιν τοῦ ποταμοῦ τὸ ὕδωρ ἐπειδὴ εἰς ἀρδεῖαν προσέβη, ποταμὸς οὐ λέγεται, ἀλλ' ὕδωρ ἀρδεύον, καὶ τὰ μὲν ὀνόματα τέμνεται, ἡ δὲ φύσις οὐ μερίζεται· οὕτω τὸν μὲν Πατέρα ἴδον καλεῖσαι οὐ δυνατὸν, οὕδὲ τὸν ἴδον Πατέρα, [616] ἴνα μὴ εἰς τὴν Σαβελλίου δόξαν ἐμπίσωμεν. Οὐ μὴν ἡ διαφορὰ τῶν ὀνομάτων τέμνει τὴν φύσιν. Οἱ γὰρ αἰρετικοὶ βούλονται ἀπὸ τῆς διαφορᾶς τῶν ὀνομάτων διαφορὰν κατασκευάσαι φύσεως. Ὅταν δὲ ἴδῃς τὰς εἰκόνας ταύτας παραβαλλόμενας <sup>e</sup>, μὴ δι' ἑαυτοῦ βούλευε τῇ εἰκόνι. Οὐδὲν γὰρ τῶν ὀρωμένων παριστάμενος τὰ ἄραστα. Ἄλλὰ διαφεύγουσι τὸ ἀποπον, καὶ λαμβάνουσι τὸ ἐκδοξόν. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ ποταμὸς κατὰ ἀπόρροιαν προέρχεται, κατὰ ρεῦσιν ἐγέννησεν ὁ Πατὴρ; Καὶ ταῦτα εἶπον, τῇ Γραφῇ ἀκολουθήσας. Οὐδεὶς γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ τολμᾷ πιστὸς; φθίγγεσθαι. Εἰ μὴ ἤκουσα τοῦ Πατρὸς λέγοντος, Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος· εἰ μὴ ἤκουσα τοῦ Κυρίου λέγοντος, Ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ βρῆσουσιν ὕδατος ζῶντος· τοῦτο δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ Πνεύματος, οὐ ἡμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες· οὐκ ἂν ἀνθρώπινῃ καὶ θνητῇ ἐννοίᾳ κατὰ τῆς ἀθανάτου ταῦτα ἐκαينوτόμησα <sup>d</sup>. Ἄλλ' ἔλθωμεν εἰς τρανοτέραν ἀπόδειξιν. Καὶ μὴ τις νομίση περιττὴν εἶναι ταύτην τὴν διασκαλίαν. Μάλιστα γὰρ πλησιάζουσι τῆς χάριτος, καὶ ἐπειδὴ μέλλει λοιπὸν τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν τὴν ἑαυτοῦ ἐνέργειαν δεικνύσαι, ἐνέβηκε τοῖς ὕδασι ὕδωρ νοητὸν. Καὶ γὰρ δεῖ οὕτω λέγεσθαι, καὶ διὰ ὅτι τοῦς προσιόντας μαθεῖν οἷα δωρεᾷ προσέρχονται, καὶ οὐδὲς ἤδη ἐξωθέντας δωρεᾷς, καὶ τοὺς μηδέπω λαβόντας εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν ταύτης τῆς δωρεᾶς. Ἀναγκάτως τὸ ὕδωρ τὸ ἅγιον καὶ ζῶν προέρχεται, λόγῳ μὲν κηρυττόμενον, πίστει δὲ προσκυνούμενον. Ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς καλεῖ ὕδωρ ζῶν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς λέγει τῇ Σαμαρειτίδι· *Εἰ ἤδεις τὴν δωρεάν τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἐστὶν ὁ λέγων σοι, Δός μοι πικίρ, σὺ ἂν ἤτησας αὐτὸν, καὶ ἔδωκεν ἂν σοι ὕδωρ ζῶν.* Περὶ τούτου τοῦ ὕδατος, καὶ Ζαχαρίας διαλέγεται καὶ Ἰεζεκιὴλ οὐ προφήται. Πρόσεχε ἀκριβῶς. Λέγει ὁ Σωτὴρ Νικοδήμῳ τῷ ἄρχοντι τῶν Ἰουδαίων· *Ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Ἐκείνος ὡ; Ἰουδαίος; Ἰουδαϊκῆ ἀμαθίας συγγηράσας, καὶ μηδὲν δυνάμενο; ἔξω τῶν σωματικῶν φαντάζεσθαι, λέγει τῷ Σωτῆρι, ἀκούσας περὶ ἀναγεννήσεως· *Πῶς ταῦτα δύναται γενέσθαι; μὴ δύναται ἄνωγως γένων ὢν, ἐκ δευτέρου εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ εἰσελθεῖν, καὶ γεννηθῆναι;* Πνευματικὰ ἀκούων, σωματικῶν αἰσθησὶν ἐλάμβανε. Λέγει αὐτῷ ὁ Σωτὴρ· *Ἦλθ' οὐ γερηννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σὰρξ ἐστὶν.* Οὐ περὶ σαρκὸς διαλέγομαι, ἡ σαρκικῆς ἀναγεννήσεως· τὸ δὲ γερηννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος, Πνεῦμα ἐστὶν· εἴτα ἔγκλειε αὐτῷ· *Σὺ εἰ ὁ διδασκαλὸς τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ταῦτα οὐ γινώσκεις;* Ὅρᾳς ὅσον ἐστὶν ἔγκλημα, διδασκαλὸν τάξιν ἐπέχοντα, μὴ ἐπιβάλλειν ἑαυτὸν καὶ ἐρευνᾶν τὰς Γραφάς; *Σὺ εἰ ὁ διδασκαλὸς τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ταῦτα οὐ γινώσκεις;* Καὶ εἰ διδασκαλὸς ἦν τοῦ Ἰσραὴλ, πᾶσαν ἤδει ὅτι μυστήριον ζέον κηρύττεις καὶ οὐράνιον δῶρον;

<sup>e</sup> Savil. γρ. παραλαμβάνομενας.  
<sup>d</sup> Alians lectioinem in marg. notat Savil., ἀνθρωπίνῃ καὶ θνητῇ ἐννοία... ἐκαينوτόμησεν.  
<sup>f</sup> Savil. legendum putat ὡσπερίαι.



Οὐδείς γὰρ μέχρι τοῦ νῦν ἐκήρυξε βάπτισμα τοιούτου ἀθανασίας. Ναί, φησὶν· ἀλλ' οἱ προφῆται ἐμήνυσαν. Οὐκ ἀνέγνως τοὺς προφῆτας; οὐκ εἰ σὺ ἱερεὺς; οὐκ εἰ διδάσκαλος; οὐκ ἦκουσας περὶ ὕδατος καὶ Πνεύματος ἐν τῷ προφῆτῃ; Τί ἔξον εἶπον ἐγὼ παρὰ τοὺς προφῆτας; Ἐὰν μὴ τις γεννηθῆ ἔξ ὕδατος καὶ Πνεύματος; Ταῦτα καὶ Ἰεζεκιήλ ἐλάλησε· Καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, λέγει Ἀδωνὰὶ Κύριος· καὶ προσλήψομαι ὑμᾶς καὶ βαῶν ἐς ὑμᾶς ὕδωρ καθαρὸν, καὶ δώσω τὸ Πνεῦμά μου εἰς ὑμᾶς. Ὑδωρ καὶ Πνεῦμα. Ἐὰν μὴ τις γεννηθῆ ἔξ ὕδατος καὶ Πνεύματος. Ῥανῶν ἐς ὑμᾶς ὕδωρ καθαρὸν, καὶ δώσω ὑμῖν Πνεῦμα καινόν. Ὑδωρ καὶ Πνεῦμα.

ε'. Πάλιν τρανῶς ὁ μακάριος Ἰεζεκιήλ διαγράφων τὴν μέλλουσαν παλιγγενεσίαν, λέγει· Καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐμέ χειρ Κυρίου. Καὶ ἐξήγαγέ με Κύριος ἐπὶ τὰ πρόθυρα τῆς πύλης, τῆς βλεπούσης κατὰ ἀνατολάς. Καὶ ἰδοὺ ὕδωρ ἐξήρχετο ἐκ τοῦ αἰθρίου κατὰ ἀνατολάς. Πανταχοῦ τὸ, κατὰ ἀνατολάς, ἐπειδὴ ἐκεῖθεν ἡ πηγὴ τῆς σωτηρίας. Ἄσπερ γὰρ ἐκείθεν ἡ δόξα αὐτοῦ ἤρχετο κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν κατὰ ἀνατολάς, οὕτω καὶ τὸ ὕδωρ ἐκείθεν ἤρχετο. [617] Καὶ ἰδοὺ, φησὶν, ὕδωρ ἐξήρχετο ἀπὸ τοῦ αἰθρίου κατὰ τὴν πύλην τῆς ὁδοῦ τῆς βλεπούσης κατὰ ἀνατολάς. Καὶ ἐξῆλθεν ὕδωρ, καὶ ἰδοὺ ὄρασι ἀνθρώπων. Καὶ εἶπε μέτρον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ ὡς ἐξοδος ἀνδρός. Καὶ εἶδεν ὕδωρ, εἶδε δὲ καὶ ἀνθρωπινον. Καὶ ἐξήγαγέ με Κύριος ἐπὶ τὴν πύλην τῆς βλεπούσης κατὰ ἀνατολάς, καὶ ἰδοὺ ὕδωρ ἐξήρχετο ὑποκάτωθεν τοῦ αἰθρίου. Οὐδὲ τοῦτο ἀργῶν, τὸ, Ὑποκάτωθεν τοῦ αἰθρίου. Οὐδὲν κεκαλυμμένον, ὄλον γυμνὸν, καθαρὸν, διεϊδές, φωτὸς πεπληρωμένον. Ὑποκάτωθεν τοῦ αἰθρίου ἐκ τοῦ κλιτοῦ τοῦ δεξιοῦ τοῦ κατὰ ἀνατολάς· καὶ ἰδοὺ ὡς ἐξοδος ἀνδρός. Οὐκ ἂν ἦν ἄλλως, ἢ ὡς ἐξοδος ἀνδρός. Συνήρχετο τῷ ὕδατι ἀνθρωπος, καὶ ἦν μυστήριον. Τὸ μὲν γὰρ ἐρμήνευσε ὁ τοῦ Σωτῆρος; τὴν οἰκονομίαν, τὸ δὲ τοῦ Πνεύματος; τὴν ἐνέργειαν. Ὑδωρ καὶ ἀνὴρ, ἡ ἔναρκος οἰκονομία καὶ ἡ τοῦ Πνεύματος ἐνέργεια. Καὶ μέτρον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Ποῖον μέτρον; Δωρεᾶς. Ἐνὶ ἐκαστῷ ἡμῶν ἐδόθη ἡ χάρις κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ. Καὶ μέτρον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Προσέχετε ἀκριβῶς, παρακαλῶ, ἵν' εἰδῆτε τὴν ἐπιδοῦ τῆς ἀθανασίας; ἀνωθεν προκατηγγελημένην. Ἰδοὺ ὕδωρ ἐξήρχετο, καὶ ὡς ἐξοδος ἀνδρός ἐνώπιον, καὶ ἦν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ μέτρον. Τί ἐστὶ τὸ μέτρον; Ἡ χάρις, καὶ τὸ μέτρον δωρεᾶς. Καὶ διεμέτρησεν ἐν τῷ ὕδατι χιλιούς. Τί ἐστὶ, χιλιούς; Οὐκ εἶπε, πῆχεις, κιλᾶμοι, ἀλλὰ, χιλιούς. Τὰ μὲν λέγει, τὰ δὲ κρύπτει. Καὶ διεμέτρησε χιλιούς. Καὶ διήλθε διὰ τὸ ὕδατος ὕδωρ ἀφέσεως. Καὶ διεμέτρησεν ἐν τῷ μέτρῳ, ὡς ἐμέτρησε, χιλιούς. Καὶ διήλθε διὰ τοῦ ὕδατος ὕδωρ ἀφέσεως. Ποῖον ὕδωρ ἀφέσεως διὰ τοῦ ὕδατος; διήλθε; Ἐπειδὴ αὐθιχὸν ὕδωρ ἐστὶν ἐν τῷ βαπτίσματι καὶ νοητὸν, διήλθε διὰ τοῦ ὕδατος τοῦ αἰσθητοῦ τὸ ὕδωρ τῆς ἀφέσεως; τουτέστι, τὸ Πνεῦμα τὸ τὴν ἀρεσίαν ἔχον τῶν ἀμαρτημάτων, διήλθε διὰ τοῦ ὕδατος; τοῦ αἰσθητοῦ. Καὶ διήλθε διὰ τοῦ ὕδατος ὕδωρ ἀφέσεως. Ὅπου γὰρ Πνεῦμα, ἐκεῖ καὶ ἀρεσίαι ἀμαρτημάτων· ὡς φησὶν ὁ Σωτῆρ ἐμφυσήσας· Λάβετε Πνεῦμα ἄγιον ἃν τιναρ ἀφῆτε τὰς ἀμαρτίας, ἀφίενται αὐτοίς. Εἴτα βουλόμενος; δεῖξαι ὁ προφήτης, μᾶλλον δὲ θεὸς τῷ προφῆτῃ, πῶς τὸ μυστήριον τοῦ βαπτίσματος ἀρχεται μὲν ἀπὸ ὀλίγων, πληθύνον δὲ καὶ καλύπτειν ἔμελλε τὸν κόσμον, ἀρχεται πρῶτον ἀπὸ Παλαιστίνης διὰ τὸν διωδεκα ἀποστόλων· εἴτα ἐπλήρωσε τὴν Παλαιστίνην, ἐπλήρωσε τὴν Συρίαν, ἐξῆλθε καὶ εἰς ἀνατολήν, κατέλαθε καὶ τὰ ἐσπέρι· μέρη, ὑπέδω τις δύσεως. Τοῦτο αὐτὸ βουλόμενος δεῖξαι ὁ θεός, πῶς κατὰ μέρος ἡ γνῶσις τοῦ μυστηρίου προκόπτειν ἔμελλε, λέγει διὰ τοῦ προφήτου· Εἶχεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ μέτρον, καὶ ἐμέτρησε χιλιούς· καὶ διήλθε διὰ τοῦ ὕδατος ὕδωρ ἀφέσεως· ἐμέτρησε δὲ καὶ ἄλλους χιλιούς, καὶ ἀνέβη τὸ ὕδωρ ἕως ὀσφύος. Πρόκοψε κατὰ μικρόν. Πρῶτον ὕδωρ· εἴτα ὕδωρ βαθύ μέχρι τῆς ὀσφύος ἀνερχόμενον. Καὶ διεμέτρησεν ἄλλους χιλιούς· καὶ οὐκ ἠδύνοντο λοιπὸν διελθεῖν, ὅτι τὸ ὕδωρ ἐπέπλυνε. Καὶ ἐξήρχετο τὸ ὕδωρ, καὶ ποταμοὶ μέγας. Πρῶτον ὕδωρ· εἴτα μέχρις ὀσφύος· εἴτα ποταμοί. Καὶ διεμέτρησε τρίτον, χιλιούς, χιλιούς, χιλιούς. Μέχρι τῶν χιλίων ὁ ἀριθμὸς. Τελεῖται

\* Αἱ ὑποκάτωθεν τοῦ.

b Savil. ἐμνηστε.

γὰρ καὶ ἡ τοῦ Πατρὸς προσηγορία, καὶ ἡ τοῦ Υἱοῦ προσηγορία, καὶ ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος προσηγορία. Καὶ διεμέτρησε χιλιούς· καὶ διήλθε διὰ τοῦ ὕδατος ὕδωρ ἀφέσεως. Καὶ ἐμέτρησεν ἄλλους χιλιούς, καὶ ἀνέβη τὸ ὕδωρ ἕως ὀσφύος, καὶ ἐμέτρησε τρίτον χιλιούς. Ὅτε τὸ πληρωμα τῆς γνῶσεως, τότε τὸ τρίτον ἐπιτέθει. Καὶ ἐν μὲν τὸ μέτρον, τρίτον δὲ ἐπιτιθέμενον, τουτέστι Πατρὸς, Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, μία θεότης, μία δύναμις, μία ἐξουσία, ἐν τρισὶν ὀνόμασι κηρυττομένη. Καὶ ἦν, φησὶ. πλεονάζον τὸ ὕδωρ, ὡς χειμάρρους κατακλύζων. Τί ἐστὶν, ὡς χειμάρρους; Ἡ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ἐνέργεια. Χειμάρρους δὲ καλεῖ τὸ ἐπιπληθὺν τῶν δωρεῶν. Ὅ ποταμὸς μὲν γὰρ ὁ διὰ πάντας ῥέων ἦσυχον φέρεי τὸ ῥεῦμα· χειμάρρους δὲ ἀθρόον κορυφούμενος, ἐπάλληλα φέρει τὰ κύματα, καὶ κατατίθει πάντα. Βουλόμενος τοῖνυν δεῖξαι ὁ φιλόανθρωπος τῆς τῆς χάριτος τὴν δωρεάν, ὅτι ὕδωρ μὲν ἀφέσεως τοῖς πιστευουσίν, ὕδωρ δὲ κατακλύζον τοῖς ἀπιστοῦσι, καὶ κατασύρον δαιμόνων πλάνην, δαιμόνων τυραννίδα, διαβόλου [618] κακίαν, φησὶν· Ἐξῆλθεν ὡς χειμάρρους κατακλύζων. Τίς ὁ χειμάρρους; Ἄκουε τοῦ θεοῦ λέγοντος; διὰ Ἡσαΐου· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐκκλίνω ἐπ' αὐτοὺς, ὡς ποταμοί, καὶ ὡς χειμάρρους κατακλύζων. Ποταμοί, τοῖς πιστοῖς· χειμάρρους, τοῖς ἀντιλέγουσι. Καὶ διήλθεν ὡς χειμάρρους τοῖς ἀντιλέγουσι, καὶ ὡς χειμάρρους κατακλύζων ἐγένετο τὰ ὕδατα ἐκείνα. Βλέπε πῶς ἐρμήνευσεν τὴν δωρεάν. Ποῖαν ἔχει ἐνέργειαν τὸ ὕδωρ ἐκεῖνο; Ὡς φησὶν ὁ προφήτης· Καὶ ἐξῆλθεν ὕδατα, καὶ ἐγένετο ἔνθεν τὸ ποταμοῦ καὶ ἔνθεν τὸ ποταμοῦ φωνὰ μεγάλη σφόδρα, καὶ τὰ ὕδατα ὑψάζοντα ε'. Τί ἐστὶ, καὶ τὰ ὕδατα ὑψάζοντα; Ἐπειδὴ ὑψίαν φέρει. Ἰδὲ ὑψηλῆς γέγονας· μηκέτι ἀμαρτανε, ἴνα μὴ χειρὸν τί σοι γένηται. Καὶ ἰδοὺ δένδρα ἔνθεν τὸ ποταμοῦ καὶ ἔνθεν τὸ ποταμοῦ. Καὶ πῦσαν ψυχὴν, ἐς ἣν ἂν ἔλθοι τὰ ὕδατα, ὑψύσει. Καὶ ἰχθύς πολὺς ἦν ἐν τῷ ποταμῷ. Ποῖος ἰχθύς; Ὁ λαὸς ὁ πολὺς. Αἰεταί ἐπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἀλιεῖς ἀνθρώπων. Καὶ ἰδοὺ ἰχθύς πολὺς ἐν τῷ ποταμῷ, ὡς ἰχθύες τῆς θαλάσσης ἀντὶ τοῦ, τοσοῦτος συναγεί ἡ Χριστοῦ παρουσία, ὅπου; ἔχει ἡ οἰκουμένη, κατὰ τοὺς ἰχθύας τοὺς ἐν τῇ θαλάσσῃ τῆς μεγάλης. Οὐς εἶχεν ὁ κόσμος; ἔλαβεν ἡ Ἐκκλησία. Καὶ πᾶν δένδρον (πάλιν ἐπαναλαμβάνω τὸν λόγον) ἔνθεν τὸ ποταμοῦ καὶ ἔνθεν τὸ ποταμοῦ ἀναβήσεται καὶ ζωοποιήσεται τὰ ὕδατα, καὶ ὑψύσει· καὶ ὁ καρπὸς τῶν φυτῶν οὐ μὴ ἐκλείπη. Χριστοῦ κηρυττομένου, λύχον, εἰσάγειν. Ἐπιψύσει γὰρ καὶ αἱ προφητεῖαι ἄπειν λύχον Χριστῷ, ὡς λέγει ὁ Δαυὶδ· Ἠτοίμασα λύχον τῷ Χριστῷ μου. Λαμπρὰ κατέλαβεν αἰσθητῆ. Νέσι τὴν λαμπράδα, τὸ δὲ προκειμενον· Καὶ ἦν ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ δένδρα πολλὰ, καὶ ὁ καρπὸς τῶν δένδρων ἐκείνων οὐ μὴ ἐκλείπη ἀπὸ τῆς καινότητος αὐτῶν. Οὐ γὰρ παλαιὴν ἦν φυτὸν, ἀλλὰ νέον. Καινὰ λέγει φυτὰ, καινοὺς καρποὺς. Ἀποδύσασθε τὸν παλιὸν ἀνθρώπων, καὶ ἐνδύσασθε τὸν νέον τὸν ἀνακαινούμενον.

ζ'. Ὅρξῃ τὴν χάριν προμεθυμένην; ὀρξῃ; εἰκότως τὸν Κύριον ἐγκαλοντα Νικοδημῶν. Ἐν εἰ ὁ διδάσκαλος τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ταῦτα οὐ γινώσκεις; Ἀλλὰ μαρτυρεῖ τοῦτοις Ζαχαρίας· οὐχ ὁ Ἰωάννου πατῆρ, Ἰωάννου τοῦ τὴν ἐρημον τότε οἰκίσαντος, καὶ τὴν Παλαιστίνην κοσμήσαντος, καὶ τὴν ἡμετέραν πάλιν στεφανώσαντος. Πρέπει τῷ Ἰωάννῃ καὶ μετὰ θανάτου βοᾶν, καὶ ἐκ τάφου μνεῖν. Εἰ γὰρ ἀπὸ γαστρί σκιρτήσας τὸν Δεσπότην ἐκήρυξεν, ἀπὸ τοῦ τάφου σκιρτήσεται τοῖς ἁγίοις ὁσέοις, καὶ εἶρε· Πάντα τὰ ὀσα μὲν ἐροῦσι, τίς ὁμοίος σοι, Κύριε; λέγει τοῖνυν ὁ μακάριος Ζαχαρίας· Καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν πᾶς τόπος διαγογιόμενος τῷ οὐκ Δαυὶδ. Οἶκον Δαυὶδ καλεῖ τὴν συγγένειαν Δαυὶδ· ἐπειδὴ ὁ Ἰωσήφ ὁ μνηστῆρ Μαρίας; ἐξ οἴκου ἦν Δαυὶδ. Μνηστεινῆσις ἀνδρῶν, φθνομο Ἰωσήφ, ἐξ οἴκου καὶ πατριῶς Δαυὶδ. Ἐπὶ τῇ τοῦ Σωτῆρος ἐπιφανείᾳ πᾶς τόπος ἡγογιῶν, ἀνατολῆ, δύσεως, μεσημβρία, ἀρκτος, Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις πᾶς τόπος διαγογιόμενος τῷ οὐκ Δαυὶδ, καὶ ἐξελεύσεται ὕδωρ ζῶν ἐξ Ἰερουσαλήμ. Ποῖον ὕδωρ ζῶν; Ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥέουσιν ὕδωρ ζῶντος ζῶντος. Καὶ ἐξελεύσεται ὕδωρ ζῶν ἐξ Ἰερουσαλήμ. Πῶθεν ἐξέρχεται; Ἐξελεύσεται Ἄδως; ἐξ Ἰερουσαλήμ, ὅθεν ὁ Χριστός, ἐκ Σιών. Τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν ἐξ Ἰερουσαλήμ. Αἱ τὰ τὰ δὲ ἐξ Ἰερουσαλήμ; Ἐκείθεν γὰρ

e Savil. hic et infra notat in marg. ἀγιάζοντα.

quod prophetae non dixerint, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu?* Hæc Ezechiel loquutus est: *Et erit in novissimis diebus, dicit Adonai Dominus: Et assumam vos, et aspergam super vos aquam mundam, et dabo vobis Spiritum meum (Ezech. 36. 25). Aquam et Spiritum. Nisi quis natus fuerit ex aqua et Spiritu. Aspergam super vos aquam mundam, et dabo vobis Spiritum novum. Aquam et Spiritum.*

5. Rursum clare beatus Ezechiel describens futuram regenerationem, dicit: *Et facta est super me manus Domini. Et eduxit me Dominus ad vestibula portæ, quæ respiciebat ad orientem. Et ecce aqua egrediebatur de sub dio ad orientem (Ezech. 47. 1-3).* Ubique illud, *Ad orientem*, quia inde fons salutis. Quemadmodum enim inde gloria ejus veniebat secundum viam ad orientem: sic et aqua inde veniebat. *Et ecce*, inquit, *aqua egrediebatur de sub dio secundum portam viæ respicientis ad orientem. Et egrediebatur aqua, et ecce visio hominis. Et habebat mensuram in manu sua, et ecce quasi egressio viri. Vidit aquam, vidit et hominem. Et eduxit me Dominus ad portam respicientem ad orientem. Et ecce aqua egrediebatur de sub dio. Neque hoc inutile est, De sub dio. Nihil opertum, totum erat nudum, inundum, pellucidum, lumine plenum. De sub dio ad latus dextrum ad orientem: et ecce quasi egressio viri. Non erat alio modo quam Sicut egressio viri. Cum aqua veniebat homo, et erat mysterium. Aliud enim significabat Servatoris œconomiam, aliud vero Spiritus operationem. Aqua et vir, œconomia in carne et Spiritus operatio. Et mensura in manu ejus. Quæ mensura? Doni. Unicuique enim nostrum data est gratia secundum mensuram doni Christi (Ephes. 4. 7). Et mensura in manu ejus. Attendite diligenter, quæso, ut sciatis spem immortalitatis olim prænnuntiatam. *Ecce aqua egrediebatur, et quasi egressio viri in conspectu, et erat in manu ejus mensura. Quid est mensura? Gratia, et mensura doni. (a) Et mensus est in aqua nullenos. Quid est, Millenos? Non dicit, Cubitos, non, Calamos, sed, Millenos. Alia dicit, alia occultat. Et mensus est millenos. Et pertransiit per aquam aqua remissionis. Et mensus est in mensura, qua metiebatur, millenos. Et transiit per aquam aqua remissionis. Quoniam aqua remissionis per aquam transiit? Quoniam in baptismo et sensibilis aqua et intelligibilis est, pertransiit per aquam sensibilem aqua remissionis; hoc est, Spiritus qui habet remissionem peccatorum, pertransiit per aquam sensibilem. Et pertransiit per aquam aqua remissionis. Ubi enim Spiritus, illic et remissio peccatorum, ut dixit Servator cum insufflasset: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis (Joan. 7. 20. 22. 23).* Deinde volens ostendere propheta, imo potius Deus propheta, quomodo mysterium baptismatis a paucis incipiat, sed auctum totum orbem operitum sit, incipit primo a Palestina per duodecim apostolos: deinde implevit Palestinam, implevit Syriam, exiit etiam in orientem, occupavit occidentis partes, desiit in occidentem. Hoc ipsum volens ostendere Deus, quomodo per partes mysterii cognitio profectura erat, dicit per prophetam: *Habebat in manu sua mensuram, et mensus est millenos. Et pertransiit per aquam aqua remissionis: mensus est autem et alios millenos, et ascendit aqua usque ad lumbos (Ezech. 47. 3. 4).* Paulatim progressa est. Primo aqua; deinde aqua profunda usque ad lumbos ascendens. *Et mensus est alios millenos: et non poterat deinceps transire, quia aqua uccreverat. Et egressa est aqua, et magnum flumen erat (Ezech. 47. 5).* Primo aqua, deinde usque ad lumbos; postea fluvius. Et ter mensus est, millenos, millenos, millenos. Usque ad millenos numerus periiit. Perfecta enim est Patris appellatio, et Filii appellatio, et Spiritus sancti appellatio. *Et mensus est millenos, et transiit per aquam aqua remissionis. Et mensus est alios millenos, et ascendit***

(a) Quæ sequuntur, ex Ezechiele desumpta, non omnino consona sunt cum textu LXX.

aqua usque ad lumbos, et mensus est terio millenos. Quando plenitudo cognitionis fuit, tunc tertium adjectum est. Unaque erat mensura, sed ter adjuncta; hoc est Patris, et Filii et Spiritus sancti; una divinitas, una virtus, una potestas, in tribus nominibus prædicata. *Et erat*, inquit, *multiplicata aqua, ut torrens exundans. Quid est, Ut torrens? Spiritus sancti operatio. Torrentem autem vocat frequentiam donorum. Fluvius namque semper fluens, quietum alveum habet: torrens autem derepente inflatus, frequentes fert fluctus, et omnia pertrahit. Volens itaque benignus Deus gratiæ donum ostendere, aquam dixit remissionis credentibus, aquam exundantem infidelibus, ac pertrahentem deficientemque demonum errorem, demonum tyrannidem, diaboli nequitiam: ait: *Egressus est ut torrens inundans. Quis torrens? Audi Deum per Isaiam loquentem: Ecce ego declinabo super eos quasi fluvius, et quasi torrens inundans (Isai. 66. 12).* Fluvius fidelibus, torrens contradicentibus. Et pertransiit quasi torrens contradicentibus, et quasi torrens inundans illæ aquæ factæ sunt. Vide quomodo interpretetur donum. Quam habet efficaciam aqua illa? Ut ait propheta: *Et egressæ sunt aquæ, et factæ sunt ad utramque oram fluminis arbores magnæ, et aquæ salutaris (Ezech. 47. 7. 8).* Quid sunt, *Aquæ salutaris? Quæ sanitatem afferunt. Ecce sanus factus es: nobis amplius peccare, ne tibi deterius aliquid contingat (Joan. 5. 14).* Et ecce arbores in utraque ora fluminis. *Et omnis anima in quam venerit aqua, sana erit. Et piscis multus erat in fluvio (Ezech. 47. 9).* Quis piscis? Populus multus. *Venite post me, et faciam vos piscatores hominum (Matth. 4. 19).* Et ecce piscis multus in fluvio, sicut pisces maris: ac si dicat, *Tot congregat Christi adventus, quot habet orbis, velut pisces qui sunt in mari magno. Quos habuit mundus, eos accepit Ecclesia. Et omne lignum (iterum repeto sermonem) ad utramque oram fluminis ascendet, et vivificabit aquas, salutareque reddet; et arborum fructus non deficiet. Dum Christus prædicatur, lucerna inducitur. Solent enim prophetiæ lucernam accendere Christo, ut ait David: *Paravi lucernam Christo meo (Psal. 151. 17).* Lampas sensilis occupavit. Lampadem intellige id de quo nunc agitur: *Et erant iuxta flumen arbores multæ, et fructus arborum illarum non deficiet ob novitatem earum (Ezech. 47. 12).* Non enim ex veteribus erant arboribus, sed ex novis. Novas dicit arbores, novos fructus. *Exiit veterem hominem, et induit novum qui renovatur (Col. 3. 9. 10).***

6. Viden' gratiam prænnuntiatam? viden' Dominum jure incusantem Nicodemum: *Tu es magister in Israel, et hæc ignoras (Joan. 3. 10)?* Verum hæc testificatur Zacharias; non Joannis pater, Joannis illius qui tunc desertum incolebat, et Palestinam ornatam, nostramque urbem coronavit (a). Joannem decet etiam post mortem clamare, et ex sepulcro hymnum cantare. Nam si de ventre exsultans Dominum prædicavit, ex sepulcro per sancta ossa sua exsultabit, et dicit: *Omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tibi (Psal. 34. 10)?* Ait itaque beatus Zacharias: *Et erit in novissimis diebus omnis locus apertus domui David (Zach. 15. 1).* Domum David vocat cognitionem Davidis: quoniam Joseph sponsus Mariæ ex domo David erat. *Desponsatum viro cui nomen erat Joseph, de domo et familia David (Luc. 1. 27).* In Servatoris adventu omnis locus apertus fuit, oriens, occidentes, meridies, aquilo. *Et erit in novissimis diebus, omnis locus apertus domui David, et egredietur aqua viva ex Jerusalem (Zach. 14. 8).* Quæ aqua viva? *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ (Joan. 7. 38).* Et egredietur aqua viva ex Jerusalem. Unde egredietur? Egredietur Verbum de Jerusalem; unde Christus, ex Sion. *Aqua viva ex Jerusalem.*

(a) Verisimile est hic a g'i de reliquiis et capite s. Joannis Baptiste, quæ Constantinopoli esse putabatur, et urbem hic tacito proprio nomine commemoratam fuisse Constantinopolim. Vide Acta ss. Junii ad diem 24.

Cur ex Jerusalem? Quia inde cœpit adventus Spiritus: apostolice enim Jerosolymis acceperunt Spiritum sanctum: indeque per apostolos progressus est in terminos orbis. *Egreditur ergo aqua viva ex Jerusalem. Dimidium ejus in mare primum, et dimidium ejus in mare ultimum* (Zach. 14. 8). Quid erat, *In mare primum, et, In mare ultimum*? Num fabulas narrat Scriptura? Veritatem prædicat, mysterium interpretatur, virtutes revelat. *Egreditur aqua viva*. Aspice rem miram. Non dicit, Fluvius, sed primo, *Aqua*. Semper enim gratia a parvis incipiens, in magna multiplicatur. *Egreditur aqua viva ex Jerusalem. Dimidium ejus in mare primum, et dimidium ejus in mare ultimum*. Mare primum vocat prima climata terræ habitata ab oriente. Nam Adami genus illic primo floruit: deinde in occidentem pervasit, et terram implevit. Mare ergo primum vocat prima climata terræ, quæ habitata fuerit: mare ultimum, extrema occidentis: quod mare et orientem implet, et occidentem honorat. Cogita ergo mysterium, quod irrident hæretici, Spiritum sanctum contumelia afficientes, et in dominicam virtutem domestici ordinem inducentes. Fugiamus malitiam, fugiamus hæreticam blasphemiam, fugiamus pravorum operum exercitium. Argumentum fidei est beneficentia, argumentum fidei humanitas. Miserare pauperes. Eme, et accipe: non enim potes id quod non seminas metere. Quomodo dicis Deo: *Condona mihi? Qui non das, cur petis? quod non facis, quomodo accipis?* Recordare igitur verborum tuorum in paupertate. Cum pauper eras, petentibus pauperibus dicebas: *Vellem habere et dare*. Cum pauper eras, dicebas, *Quis mihi dederit?* et erogabo: *vellem dare, novit Deus voluntatem*. Sæpe Deus hujusmodi animum exercens, et per ipsa opera redarguens, ipsum divitiis locupletat: neque ultra ipse semetipsum judicat: sed priorum verborum obliviscitur.

Unusquisque enim vere ex verbis suis judicatur. Dunc nec non sumus iudices, dicimus: Ego si essem iudex, sic agerem: ego si iudex essem, hoc et hoc statuerem. In tribunal inductus es, exhibe promissionem. Cum esses pauper, polliceharis eleemosynam, polliceharis justum iudicium. Nunc operibus ostende. Verum similes sunt homines in abjectione constituti locustis. Nam locusta hieme in sepe insidet, nec movere se potest; frigore namque ligatur, estque humilis et captu facilis: cum autem parumper sole calefacta est, avolat, quæ in eo loco non poterat prius erigere se, per aerem volat. Sic et homo in arumnis humilis, pius, æquitatem et benignitatem exhibens. Splendida vero adveniente fortuna, animus nudatur et apparet. Ideo ait Scriptura Judeis, qui in rebus secundis pii, in adversis improbi erant: *Bruchus exsiliit, ut locusta; promiscua turba tua ut locusta. Ortus est sol, et avolavit, et oblita est loci sui* (Nahum. 3. 16, 17). Promiscuam populi turbam dicit. Exsiliit ut bruchus, et ut locusta insidens sepi tempore frigoris. Ortus est sol, et avolavit, et non cognovit locum suum; id est, oblita est humilitatis suæ. Sic et nos in paupertate sumus humiles: divites autem facti, obliviscimur. In morte philosophamur, et quando mortuus gestatur, unusquisque philosophatur circa res humanas, dicens: Prætereunt omnia; nihil sumus; quantum videt cadaver, philosophatur: præterit aspectus terrorem incutiens, statim propositi oblitus est. Ideo ait Scriptura: *In omnibus verbis tuis memorare novissima tua, et in æternum non peccabis* (Eccli. 7. 40). In omnibus memorare novissima tua, et non peccabis. Recordare mortis tuæ, et habebis propositum inconvulsam. Utinam autem nos, fratres, in omnibus fideles maneamus Deo, quem decet omnis gloria, honor et imperium, in sæcula sæculorum. Amen.

## MONITUM

[620] In hac homilia multa sunt, quæ in homilia item *de ficu arefacta* habentur, cujus initium  $\theta\phi\alpha\lambda\mu\delta$   $\delta\rho\omega\nu$   $\eta$   $\delta\epsilon\upsilon\delta\rho\upsilon\nu$ . Quam homiliam inter spuria edidit Fronto Ducæus T. 6, p. 552, quamque nos infra suo loco prælo subjici curabimus. Hinc autem auguratur Savilius eundem fuisse utriusque homiliæ auctorem. In hac, inquit (a), pleraque sunt, quæ in proxime præcedenti leguntur. Unde fortasse idem fuit utriusque auctor: ut certe in hisce tam  $\alpha\mu\phi\beta\alpha\lambda\lambda\omicron\mu\epsilon\nu\omicron\iota\varsigma$ , quam  $\nu\omicron\theta\epsilon\upsilon\omicron\mu\epsilon\nu\omicron\iota\varsigma$  multa sunt, quæ cum a Chrysostomi

(a) In notis t. 8, col. 861, 862.

IN DICTUM NONAGESIMI SECUNDI PSALMI, ELEVAVÉRUNT FLUMINA VOCES SUAS (v. 3): AC DE SERVATORE IN MARI AMBULANTE, DE QUINQUE PANIBUS ET DUOBUS PISCIBUS, DEQUE PRIMORUM PARENTUM TRANSGRESSIONE.



1. Ex his quæ nunc obiter nobis lecta sunt ex Evangelio secundum Matthæum occasione accipientes, circa maris tempestatem, Domini miraculum, et apostolorum pusillum animum opportune dicamus illud propheta: *Elevaverunt flumina, Domine, elevaverunt flumina voces suas, a vocibus aquarum multarum; mirabiles elationes maris*. Quenam elationes maris, nisi Domini miraculum, quia nutu solo mare furens in tranquillitatem vertit? Quenam vero flumina in mari elevaverunt voces suas, nisi plane discipuli Domini? Flumina quippe sunt apostoli, utpote ex

perenni fonte Christi manantes, secundum illud dictum: *Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ* (Joan. 7. 38). Et Dominus quidem miracula patrare non cessabat; apostoli vero justitia non abscedebant in mari fluctibus jactati. Dominum enim quarta custodia noctis supra dorsa maris ambulantiem conspicientes, existimaverunt phantasma esse. Quale phantasma? Ancilla (a) Dominum agnovit, discipuli Dominum non agnoverunt? Cum talia haberent mira-

(a) Ancillam hic et infra mare vocat, quia  $\theta\alpha\lambda\alpha\sigma\sigma\alpha$  est feminini generis.

ἤρξατο ἡ ἐπιφάνεια τοῦ Πνεύματος· οἱ γὰρ ἀπόστολοι ἐν Ἱεροσολύμοις ἐδέξαντο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, χάριθ' ἐν δὲ τῶν ἀποστόλων προήλθεν εἰς τὰ πέρατα. Ἐξελεύσεται οὖν ὕδωρ ζῶν ἐξ Ἱερουσαλήμ. Τὸ ἡμῖν αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν πρώτην, καὶ τὸ ἡμῖν αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν ἐσχάτην. Τί ἦν, Εἰς τὴν θάλασσαν τὴν πρώτην, καὶ, Εἰς τὴν θάλασσαν τὴν ἐσχάτην; Μυθάρια ἐξηγῆται ἡ Γραφή; Ἀλήθειαν κηρύττει· μυστήριον ἐρμηνεύει, δυνάμεις ἀποκλύπτει. Ἐξελεύσεται ὕδωρ ζῶν. Βλέπε τὸ θαυμαστόν. Οὐ λέγει, ποταμὸν, ἀλλὰ πρῶτον, ὕδωρ. Ἄει γὰρ ἡ χάρις ἀπὸ μικρῶν ἀρχομένη εἰς μεγάλα πληθύνει. Ἐξελεύσεται ὕδωρ ζῶν ἐξ Ἱερουσαλήμ. Τὸ ἡμῖν αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν πρώτην, καὶ τὸ ἡμῖν αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν ἐσχάτην. Θάλασσαν [619] καλεῖ τὴν πρώτην τὰ οἰκισθέντα πρῶτα μέρη τῆς οἰκουμένης ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς. Ἀδὰμ γὰρ ἔχει τὸ γένος ἤνθησε πρῶτον· εἶτα μετὰ ταῦτα ἐξῆλθεν εἰς δύσιν, καὶ ἐπλήρωσε τὴν οἰκουμένην. Θάλασσαν οὖν καλεῖ πρώτην τὰ πρῶτα οἰκισθέντα κλίματα τῆς γῆς· θάλασσαν ἐσχάτην, τὰ ἐσχάτα τῆς δύσεως· καὶ ἀνατολὴν πληρούσαν, καὶ δύσιν τιμῶσαν. Ἐνόησον τοίνυν τὸ μυστήριον, ὃ γλώσιν αἰρετικῶν παῖδες, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑβρίζοντες, καὶ δεσποτικῆ ὀργῆναι οἰκετικὴν τάξιν ἐπεισάγοντες. Φύγωμεν κελίαν, φύγωμεν αἰρετικὴν βλασφημίαν, φύγωμεν καὶ φαύλων ἔργων ἀναστροφὴν. Τεκμήριον πίστεως ἀγαθοποία, τεκμήριον πίστεως φιλανθρωπία. Ἐλέει πένθητας. Ὀνησον, καὶ λάμβαν· οὐ γὰρ δύνασαι ὃ μὴ σπείρεις θερίζειν. Πῶς λέγεις Θεῶν, Συγγώρησάν μοι; Ὅ μὴ δίδως, πῶς αἰτεῖς; ὃ μὴ ποιεῖς, πῶς λαμβάνεις; Μνημόνευσον οὖν τῶν ῥημάτων σου τῶν ἐν τῇ πενία. Ὅτε πένθη ἦσθα, αἰτούμενος παρὰ πενήτων ἕλεγες. Ἥθελον ἔχειν καὶ διδόναι. Ὅτε ἦσθα πένθη, ἔλεγες, Τίς μοι δῶ; καὶ μεταδίδωμι· ἤθελον διδόναι, οἶδεν ὁ Θεὸς τὴν προαίρεσιν. Ὅ Θεὸς πολλὰκις γυμνάζων τὴν τοιαύτην δίκαιοιαν, καὶ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἐλέγχων, ἀγεῖ αὐτὸν εἰς πλοῦτον,

• Hæc obscura sunt. Savil. in marg. κομῶσα pro τιμῶσα.

καὶ οὐκέτι αὐτὸς ἐαυτὸν κρίνει, ἀλλὰ τὰ πρῶτα ῥήματα ἐπιλαμβάνεται. Ἐγκατος γὰρ ὄντως κρίνεται ἐξ ὧν λαλεῖ. Ἔως μὴ ἔσμεν δικασταί. λέγομεν· Ἐγὼ εἰ ἤμην δικαστῆς, τότε ἂν ἐπρόκειν· ἐγὼ εἰ ἤμην δικαστῆς, οὕτως ἂν φησὶν· ἐγὼ δὲ εἰ ἤμην δικαστῆς, τὸ καὶ τὸ ἐθέσπισον. Προήλθες εἰς δικαστήριον· δεῖξον τὴν ἐπαγγελίαν. Ὡς ἦσθα πένθη, ἐπηγγείλω τὴν ἐλεημοσύνην, ἐπηγγείλω τὴν δικαιοκρασίαν. Δείξον ἄρα καὶ τὰ ἔργα. Ἄλλ' εἰκάσιν οἱ ἄνθρωποι ἐν τῇ ταπεινώσει ταῖς ἀρίσιν. Ἡ γὰρ ἀκρὴς χειμῶνος ὡρὰ ἐφέστηκεν φραγμῶν, μὴδὲ ἀναγεῦσαι δυναμένη· τῷ γὰρ κρῖει δίδεται, καὶ ἔστι ταπεινὴ, καὶ εὐμεταχειριστος καὶ εὐάλωτος· ὀλίγον δὲ θαλφθεῖσα ἡλίω ἀνίσταται, ἢ ἐπὶ τόποι μὴ θυγαμένη πρότερον ἐπαίρεσθαι, εἰς τὸν ἀέρα πέταται. Ὁδτω καὶ ὁ ἄνθρωπος, ταπεινὸς ἐν ταῖς θλίψεσιν, εὐλαβὴς ἐπιεικῆς, χρηστότητα ἐνδεικνύμενος. Ἀνέκυψεν ἡ λαμπρότης, ἐγυμνώθη ἡ γνώμη. Διὰ τοῦτο φησιν ἡ Γραφή πρὸς τοὺς Ἰουδαίους τοὺς ἐν μὲν ταῖς δυσπραγίαις εὐλαβεῖς, ἐν δὲ ταῖς εὐπραγίαις ἀνευλαβεῖς· Βροῦχος ἐξῆλυτο, ὡς ἀπέλεθος· ὃ ἐπιμικτός σου, ὡς ἀκρὴς. Ἀνέτειλεν ὁ ἥλιος, καὶ ἐξεπετάσθη καὶ ἐπελάθετο τοῦ τόπου αὐτῆς. Τὸν λαὸν λέγει τὸν μιγάδα. Ἐξῆλτο ὡς βροῦχος, καὶ ὡς ἀκρὴς ἐπιβεθεκτα φραγμῶν ἐν ἡμέρᾳ παγετοῦ. Ἀνέτειλεν ὁ ἥλιος, καὶ ἐξεπετάσθη, καὶ οὐκ ἐπέγνω τὸν τόπον αὐτῆς· ἀντὶ τοῦ, ἐπελάθετο τῆς ταπεινώσεως αὐτῆς. Οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν πτωχείᾳ ἐσμέν ταπεινοί· ἐπλοῦτησάμεν, ἐπελαθόμεθα Ἐν θανάτῳ φιλοσοφούμεν, καὶ ὅταν προκομίζηται νεκρὸς, ἕκαστος φιλοσοφεῖ τὰ ἀνθρώπινα, λέγων· Παρέρχεται τὰ πάντα, οὐδὲν ἔσμεν. Ἔως ὅρα τὴν πτώσιν, φιλοσοφεῖ· ἐξῆλθεν ἡ ὕψις ἢ σοδοῦσα, εὐθέως ἐπελάθετο τῆς προαιρέσεως. Διὰ τοῦτο λέγει ἡ Γραφή· Ἐρ πᾶσι τοῖς λόγοις σου μμμήσῃ σου τὴν ἐσχάτᾳ σου, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα οὐχ ἀμαρτήσεις. Ἐπὶ πάντων μέμνησο τὰ ἐσχάτᾳ σου, καὶ οὐ μὴ ἀμαρτήσης. Μνημόνευε τῆς τελευτῆς σου, καὶ ἕξεις τὴν γνῶμην ἀσάλευτον. Εἴη δὲ ἡμᾶς, ἀδελφοί, ἐν πᾶσι πιστοὺς διαμένειν Θεῶν, ὃ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

AD HOMILIAM SEQUEMTEM.

characterē plurimum abhorreat, unum tamen et eundem habere videntur auctorem, inter quos is regnum facile obtinet, quisquis est, qui toti nobis dedit in mimetico (sic) genere dialogismos, quales in hac et præcedente et in multis aliis videre licet. In hac certe homilia, quæ, si qua alia, nugacem Græculum sapit, jocularia dicta deprehendes, ut est illud Adami Evæ maledicentis: Costam perdidit, et adjutricem non inveni: illudque aliud, quod pluribus narratum paucis efferam: Eva virgo relicto per paradysum gāgabatur, quærens moechum, sed serpens serpentem invenit.

Hanc nihilominus ut alias ejusdem farinae Latine convertimus.

Εἰς τὸ βῆθρον τοῦ ἐνενησικοῦ καὶ δευτέρου ψαλμοῦ, τὸ, Ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ φωνὰς αὐτῶν, καὶ ἀερτοῦ ἐν θαλάσῃ περιπατοῦντος Σωτῆρος, εἰς τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς ὄρα ἰχθύας, καὶ εἰς τοὺς πρωτοπλάστους κατὰ τῆς παραβάσεως.

α'. Ἐκτῶν ἀρτίων ἡμῖν παραναγνωσθέντων ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου τὰς ἀφορμὰς λαβόντες ἐν τῇ τῆς θαλάσσης τρικυμίᾳ, καὶ τῇ τοῦ Κυρίου θαυματουργίᾳ, καὶ τῇ τῶν ἀποστόλων διανοήσει, εὐκαιρον λέγειν ἡμᾶς τὰ τοῦ προφήτου Ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ, Κύριε, ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ φωνὰς αὐτῶν, ἀπὸ φωνῶν ὁδῶν πολλῶν· θαυμαστοὶ οἱ μετεωρισμοὶ τῆς θαλάσσης. Τίνες οἱ μετεωρισμοὶ τῆς θαλάσσης; Ἡ τοῦ Κυρίου θαυματουργία, ὅτι νεύματι μόνῳ τὴν τραχυνομένην θάλασσαν γαληνίσαι παρεσκεύασε. Τίνες δὲ οἱ ἐπάραντες φωνὰς ἐν τῇ θαλάσῃ ποταμοί, ἀλλ' ἢ οἱ μαθηταὶ τοῦ Κυρίου πάντες; Ποταμοὶ γὰρ οἱ ἀπόστολοι, ὡς ἐκ τῆς ἀεὶνθου

τηγῆς Χριστοῦ προεβόοντες, κατὰ τὸ φάσκον βῆθρον· Ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιτίδος μου βρῦσουσιν ὕδατος ζῶντος. Καὶ ὁ μὲν Κύριος θαυματουργῶν οὐκ ἐπαύετο· οἱ δὲ ἀπόστολοι τῆς δικαιοσύνης οὐκ ἀρίσταντο, ἐν τῇ θαλάσῃ κυμαίνόμενοι. Τὸν Κύριον γὰρ τετάρτη φυλακῇ τῆς νυκτὸς διεδοῦντα τὰ νῦτα τῆς θαλάσσης κατανοήσαντες, ἔδοξαν φάντασμα εἶναι. Ποῖον φάντασμα; Ἡ δούλη τὸν Δεσπότην ἐγνώρισε, καὶ οἱ μαθηταὶ τὸν Δεσπότην οὐκ ἐγνώρισαν; Ἐχόντες αὐτῶν τρυφὰς ἀποδείξεις θαυματῶν, ἀμείβαλλον, κατανοήσαντες αὐτὸν τὰ νῦτα τῆς θαλάσσης χωρηθαιούντα. Οὐχὶ αὐτὸς ἦν ὁ διὰ τῆς Μωυσαϊκῆς βρακτείας τὸν βύ-



entorum experimenta, dubitabant eum viderent illum dorsa maris calcantem. Annon ille erat, qui per Moysicam virgam profundum sinum nudaverat, et filios Israel pede pulvere consperso pertransire curavit? Putarunt phantasma esse, et timuerunt. Sic *Trepidaverunt timore, ubi non erat timor* (Psal. 15. 5). Timuerunt enim portum vite accedens conspicientes. Omnibus autem timentibus accedens Petrus ait ad Dominum, *Domine, si tu es, jube me venire ad te super aquas. Dominus autem ait illi, Veni* (Matth. 14. 28. 29). Deinde discipulis dixit: *Confidite, ego sum; nolite timere* (Ibid. v. 27). Non phantastica loquor, sed veritatem dico. Ego namque veritas homo factus sum, ut eum qui phantasmata exhibebat de medio tollerem. *Ego sum, nolite timere*. Quid vobis videtur de ventorum flatu et impetu? Annon de me dictum est: *Qui educit ventos de thesauris suis* (Psal. 134. 7). Et nunc ventos exegi, non ut turbarem, sed ut firmarem vos. Haec Domino dicente, sursum Petrus prosiliens, ut ardens fide, respondit dicens: *Domine, si tu es Christus verbis motus, sed ex re gesta in dubium vocatus; nusquam enim te vidimus in mari pedibus ambulantem; si tu es Christus, jube me venire ad te super aquas. Dominus autem ait illi: Veni, si habes fidem te sustentantem. Nullam gratiam per ironiam impertior. Si non credas, non ambulabis. Petro autem prosiliente ad talem Domini promissionem, coepit mare calcare fidem habens non fluctibus obnoxiam. Ut autem paululum processit, quia humanus erat, mutationi obnoxius, agitatus ut homo dubitavit, debilitatus est, et in seipso dicere coepit: *Incredibile est id, quod apparet: mare pedibus trans eo, humida natura pulverem ejecit. In hoc dubitante Petro, conservum ejus, nempe mare, quasi contra incredulum servum coepit intumescere, et conservum corripere, incredulumque submergere. Quamobrem Petrus intelligens, fidem sibi grossum prubuisse, incredulitatem vero procellam intulisse, clamabat dicens: Domine, salvum me fac* (Matth. 14. 30), pereo. Quid dicis, Petre? Cum periclitaris, tunc Dominum agnosces? Quid igitur Christus? Non te simulo ut in profundum eas: extendam manum: omnia quippe manu gesto. Dominus, inquit, *Extendens manum, apprehendit eum, et dixit illi: Modicum fidei, quare dubitasti* (Ibid. v. 31)? Multa erat apostolorum dubitatio: ante resurrectionem agitabantur: post resurrectionem firmitatem adepti, circa fidem immoti fuerunt. Quod autem ante resurrectionem multis dubitationibus exagitarentur, audisti modo, quomodo vespere facto accesserunt apostoli ad Dominum dicentes: *Dimittite turbam, quia desertus est locus, ut euntes in castella circum, emant sibi escas* (Ibid. v. 15). Hic quoque vide mihi quam incredula sit hujusmodi cogitatio. Ad Servatorem accedunt dicentes: *Dimittite turbam, quia desertus est locus; Dominus autem ait illis: Dimittite turbam? quid mihi ignominiam infertis? cur magistrum damnatis? dimittite turbas ut emant escas? eequid dicent ii, qui panes illis vendant? hos me praesente emere panes? Si nobis panis non adesset, bene hortaremini, ut dimitterem: nunc vero panis cum sim, quomodo dimittam esurientes qui circum me manent? Turbae manent, et ego manentes exigam? quis pastor ovium hoc agit? Ego Danieli in lacum leonum Habacum lenticulam ferentem misi: ego filiis Israel quadraginta annis de caelo manna ingratum subministravi, et eos, qui grato sunt animo, fame perdam* (Dan. 14. 34. sqq.). Nequaquam faciam, *Date vos illis cibum* (Matth. 14. 16). Respondent apostoli: *Nosne cibum dabimus? unde dabimus nos, quibus praecipium est, ne portemus aliquid in via? Caterum non habemus plus quam quinque panes et duos pisces: et quid haec sunt pro viris quinquies mille non numeratis mulieribus et parvulis* (Ibid. v. 17)? Dominus autem ait illis: *Unde dabitis? Habetis gazophylacium fidei. Annon dixi vobis: Si habueritis fidem ut granum sinapis, diceis monti huic, Tollere, et mittere in mu-**

<sup>1</sup> savi. legendum putat, *Quare reformidatis ventorum impetum?*

*re, et fiet* (Matth. 17. 19). Montes transferentur, et panes non multiplicabuntur? Date illis cibos. Ipsi vero abundantibus, caligantibusque circa donum hujusmodi, ait Dominus illis: *Facite turbam discumbere* (Luc. 9. 14). Ego ad ministerium mittor: non recuso servis ministrare. Antiquum est meum hujusmodi studium. Ego Adamo ministravi in paradiso: quod ibi obivi, hic non abnuo ministerium.

2. Dicere quispiam possit: Et quandonam Deus erga Adam ministerium obivit? Diligenter audi. Nam e re fuerit solvere debitum sextae dici, quae est ultima creationis, in qua id pollicitur sumus. Ideo enim Adamo soli Creator ministravit, ipsumque creatorem simul et creaturarum consortem assumpsit. Plane nescis omnes quomodo in paradiso Creator Adamo, quem in sublunari loco sedere jusserat, adduxerit singula animalia. Ab initio Dominus non dedignatus est servo ministrare, proprioque officio: similiter in Evangelio jam obiter lecto non recusavit ministrare servis, recumbere jussit eos supra solum, et acceptos panes fregit, deditque discipulis offerendos, aleas, multiplicans, miracula coeans, necessaria ministrans. Similiter in paradiso beneficentiam suam erga antiquam creationem exhibens, sedere jussit Adamum in sublunari loco, adduxitque Creator singula animalia, ut Adam illa ad libitum suum nominaret, ipsum creaturarum suarum participem assumeret: id quod Scriptura bis verbis declaravit: *Et formavit Dominus adhuc ex terra omnes bestias agri, et omnia jumenta: et deduxit ea ad Adam, ut videret, quid vocaret ea* (Gen. 2. 19). Discant se propter te producta esse. Meam suscipe oeconomiam. An quid in gratiam angeli, aut alterius creaturae, quale in gratiam hominis factum est? Nam ipsum solum propriis manibus efformavit, ipsi soli Creator ministravit; tum animalia ipsi adducendo, tum indumenta ipsi concinnando. Itemque incarnatus ad ipsum indicatus discipulis suis, coepit lavare pedes ipsorum, veteris creationis modum et rationem representans. Petro autem ex reverentia pedum lotionem recusante, ait Dominus illi: *Si non laveris pedes, non habebis partem mecum* (Joan. 13. 8). Ego sum qui Adamo ministravi, tum animalia adducendo, tum costam ejus in mulierem edificando, ex ipso quod ipsius erat, et antequam ipse esset quod meum erat per meipsum ipsi offerens. Quibus ostenditur, dilecte, solum hominem in creaturis incomparabile et eximium Dei opus esse. Ideo de illo tantum scriptum est: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (Gen. 1. 26). Magni Dei affectus erga hominem: certe Creator Adamum tanta gloria dignatus est, quantae nulla alia omnino creatura consors fuit; Adam vero ob ignaviam in profundum inferni delapsus est, pro regno mendicitatem amplectens, ita ut herus fieret servus; dominator omnium, mendicus; is qui decore indutus erat, ne baculum quidem haberet; is qui quotidie Dei consortio fruebatur, quasi fur sub arbore lateret; is qui paradisum in habitaculum acceperat, ex paradiso extruderetur exsul, et e regione paradisi habitaret, ut videns paradisi jacturam, non cessaret vanum consilium reprehendere. Quid enim aliud faciebat Adam, extra paradisum sedes habens, fodiens, laborans, metalla tractans, terram sulcans, sudore undique circumfusus, quam quod aperto ore uxori malediceret his verbis: *Ecce consilium tui lucra: ut tu cum serpente colluderet, ego a Dei dono alienus sum? Annon promisisti mihi, mulier, si gustaveris de ligno prohibito, eris beatus? Annon me deum fure pollicebaris post esum ligni vetiti? Quomodo igitur ego deus fissor evasi; ego beatus, miseris inventus sum? Tu peccasti, et ego verberibus ceder: costam perdidisti, et adjutricem non invenisti. Vae mihi, o mulier Eva, mortis mater, transgressionis genitrix, quae ex paradiso expulisti, sibilorum draconis amatrix, diabolicis machinationis proprium instrumentum. Abi, mulier: cur immortalitatem caeam denessuisti? cur regiam stolam meam discidisti? quam non texueras, dirupisti. Cur me folia ficus consuere docuisti? Cur mihi fructum illaqueamentum obtulisti, mulier praestigiatrice, dicens: Accipe,*



comedo fructum tibi per invidiam velitum : *In quacumque enim die comederis, aperientur oculi tui, et eris sicut Deus sciens bonum et malum* (Gen. 3. 5)? Quid fecisti, mulier? Cæcus factus sum, nec video. Malum feci, bonum abscessit. Ut radix laboro, non ut Deus potens sum. Abi, mulier, non novi quæ sis. Antequam tecum copuler, solutionem quero : non fero laborem. Tu sine cura es, nec sentis dolorem. Cum instabit partus, tunc recordaberis. Abi, intolerabilem malorum conciliatrix mihi fuisti, mulier : terram colere jussus sum, et in sudore vultus panem comedere : terra jussa est mihi spinas et tribulos germinare. Hanc divinitus sententiam accepi. Quid faciam? quandonam lignem eudam? quandonam aratrum parabo? quando taurum iugo obsequi debeo? quando tabulas excitabo? quando semen jeciam? quando spicam expectabo? quando falcem acnam? quando manipulum colligam? quando plaustrum onustum reddam? quando aream purgabo? quando tribulam imprimam? quando ventilabrum compingam? quando panem adornabo? quando placentas coquam? Dolorem non fero. Post quantos labores et sudores panem edo? Vide quantum mihi causa malorum fuisti, mulier quæ vita appellaris, et mors esse deprehenderis. Vere mortis conciliatrix mulier, ex illo ad hoc usque tempus. Ac ne contra me hæc dicentem seditionem moveat mulierum cœtus; ad crimen solvendum paratus sum, si id admittere velint. Ne mihi succenseant, sed Christo-fero Paulo : si hunc contumelias excipere audeant, in hunc contumelias proferant. Nos ut ejus discipuli, ipsius verba docemus, non nova ex nobis proferimus. Audiant Paulum voce nostra clamantem : *Despondi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo* (2. Cor. 11. 2). *Timeo ex te ne serpens ut Evam decepat, vos quoque decipiat* (2. Cor. 11. 2. 3). Viden' non virum supplantatum, sed mulierem deceptam fuisse? Quænam decepta est? quænam cum serpente collisit? Mulier os serpentis habens et virus ejaculans. Quænam cum serpente collisit? Quæ illusiones meditatur. Nemo erat in paralyso præter illam et virum ejus : illa vero neque aliud quidpiam metuens, circumibat errans et vagans,

ubinam concubitozem reperiret quærens, ante nuptialem copulam, adulterum semen cogitans. Si cum viro mansisset, non accessisset serpens ad serpentem. Procul viro ipsam reperit, et inescavit. Mulier enim quæ cum legitimo viro semper versatur, corruptionem non sustinet, non superatur, adulterium non perpetrat : semoto autem viro, etiam si cum angelis versetur, facile labitur. Ubinam nefaria meditantur et perpetrant mulieres a legitimis viris semotæ, nisi in martyriis, orationis obtentu; cum adulteris junctæ, ipsosque martyres nihili facientes? Sepe enim per martyres jurant se nefaria gesta non patraturas esse. O quot malorum magistra fuit Eva, bonorum operum perniciosa! Ac omnes quidem mulieres, quæ continentiam amant, viriles vocantur. Magnum quippe discrimen est inter mulieres, ut inter viros, et inter angelos : et quotquot mulieres castitatem amant, eæ virginem sequuntur, Susannam diligunt, Saram amplectuntur, Rebeccam circumplectuntur. Quæcumque vero extra castitatem versantur, ut Eva in errorem adducuntur, ut Ægyptia calumniantur, ut Dalida abradunt, ut Jezabel divinos homines interficiunt. Universalis est sermo, non speciale ænigma. Ne rursum quidam athei dicta recentiore modo accipientes, incipiant aures mordere, in cogitationes diversas nos allicientes. Horum nullam habemus rationem. Apostolicus est sermo. Propter Evam ænigma datur. Ideo in annua periodo eadem ipsa repetimus, dictorum testem divinum Paulum in medium adducentes, qui ait : *Despondi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo* (2. Cor. 11. 2). Ne serpens sicut Evam decepat, Adami uxorem delicti causam, [sic et vos decipiat]. Et iterum idem Apostolus ait : *Adam non est seductus, mulier autem ejus Eva seducta in pravariatione fuit : salvabitur autem per filiorum generationem : si permanserint in fide et dilectione et sanctificatione cum sobrietate* (2. Tim. 2. 14. 15), non cum intemperantia. Dixit : *Salvabitur per filiorum generationem*; non sicut Eva Cainum genuit, sed sicut virgo Christum utero genuit : cui gloria et imperium cum Patre et Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## MONITUM

Hanc homiliam jure inter spuria conjecerat Savilius, nequidquam reclamante Cotelerio in Notis p. 210. Est enim indiectum opusculum puerilibus exclamationibus, interrogationibus aliisque tropis ad nauseam usque refertum, nihilque habens Chrysostomo dignum. Hanc prior multis in locis hiolcam et laeceram Savilius ediderat Tom. 7, pagina 561. Integram postea publicavit Jo. Bapt. Cotelerius anno 1661. Deinde vir

## EJUSDEM IN ILLUD,

VENITE, EXSULTEMUS DOMINO (Psal. 96. 1.) (a).

Militem excitat ad bellum tubæ clangor, eumque ad pugnam cum hostibus paratum præstat; et nautas, qui in portu sunt, ut ævum descendant exitus hiemis cogit. Nos quoque cantor David, dum per librum suum pangyricum melos personat, ad spirituale hoc convivium hodie adduxit. Quid enim ait? *Venite, exsultemus Domino : jubilemus Deo salutari nostro. Præoccupemus faciem ejus in confessione* (Psal. 96. 1. 2). 0

(a) Collata cum variis lectionibus Benzellii et psalix cusis p. 97 et cum Savilio Edito.

Davidicam vocem! o invitationem bonam! o spirituale convivium! *Venite, exsultemus Domino. jubilemus Deo salutari nostro. Præoccupemus faciem ejus in confessione*. O Domini animum ad misericordiam pronum! o prophete admonitionem vocentem ad poenitentiam! Vidisti, carissime, dominice clementiæ bonitatem, et prophetici præconii hilaritatem : quomodo omnes nos hortetur ad poenitentiam, et ad pietatem vocet ac salutem, dicens : *Venite, exsultemus Domino*. Dominus jussit, propheta vocavit, nos obediamus. Non enim ad corruptibiles prandiū invitavit, ventris aviditatem



ἔση ὡς θεός γινάσκων καλῶν καὶ ποιητῶν. Τί ἐπραξας, γύναι; Ἐτυφλώθην, οὐ βλέπω. Τὸ κακὸν ἐποίησα, τὸ καλὸν ἀπεπήδησεν. Ὅσπερ ἡ ἀκτίς μοχθῶ, οὐχ ὡς θεός αὐθεντῶ. Ἄπιθι, γύναι, οὐκ οἶδα τίς εἶ. Πρὸ τοῦ συναφῆναι τὴν λύσιν ζητῶ· οὐ φέρω τὸν κόπον. Σὺ ἀμέριμος μὲν οὖσα οὐκ αἰσθάνη τῆς ὁδύνης. Ὅτε τόκῳ πλησιασείς, τότε τῆς ἀποφάσεως ὑπομνησθήσῃ. Ἄπιθι, ἀφορίτων μοι κακῶν ἐγένοντο πρόξενος, γύναι· τὴν γῆν προσετάχθην ἐργάσασθαι, ἐν ἰδρύτι τοῦ προσώπου τῶν ἄρτων ἐσθίειν· ἀκάνθους καὶ τριβίλους ἡ γῆ ἀνατέλλειν μοι προσετάχθη. Ταύτην θεῶθεν τὴν ἀπόφασιν ἔλαβον. Τί ποιήσω; πότε δίκελλον χαλκεύσω; πότε ἄροτρον κατασκευάσω; πότε ταῦρον ζυγῷ πείθεσθαι διδάξω; πότε πλάκας ἐγερωῶ; πότε σπέρμα ῥίψω; πότε στάχυν περιμενώ; πότε δρέπανον ὀξυνῶ; πότε δράγμα θερίσω; πότε ἄμαξαν γεμίω; πότε ἄλωνα καθαρίζω; πότε τυχάνην χαράξω; πότε πτόον συμπήξω; πότε ζύμην ἐγκρύψω; πότε ἄρτον σχηματίσω; πότε ὀπιπτρας ἐκκαύσω; Οὐ φέρω τὴν ὁδύνην. Μετὰ πόσων μόθων καὶ ἰδρύτων ἐσθίω τὸν ἄρτον; Ἴδε πόσων κακῶν γέγονα; μοι πρόξενος, γύναι, ζωὴ προσαγορευθεῖσα, καὶ θάνατος εὐρεθεῖσα. Ὅντως θανάτου πρόξενος ἡ γυνή, ἔκτοτε καὶ νῦν. Καὶ μὴ μου τοῦτο λέγοντος περὶ γυναικὸς καταστασιαζέτω τὸ τῶν γυναικῶν σύστημα· ἀποδοῦναι με τὸ ἐγκλημα, εἰ θέλωσιν ὑποδέξασθαι. Μὴ ἐμοὶ ὀργιζέσθωσαν, ἀλλὰ τῷ χριστοφόρῳ Παύλῳ. Εἰ τολμῶσιν ὑβρίζειν, ἐκείνον ὑβρίζετωσαν. Ἡμεῖς ὡς ἐκεῖνον μαθηταὶ τὰ ἐκεῖνου παρεγγυώμεν βήματα, οὐχ ἡμέτερα καινοργούμεν. Ἀκουσάτωσαν Παύλου δι' ἡμῶν βοῶντος: Ἠρμυσάμην γὰρ ὑμᾶς ἐνὶ ἀνδρὶ παρθένῳ ἀγνήν παραστήσει τῷ Χριστῷ. Φοβούμαι δὴ μήπως ὡς ὁ βρις ἐξηπάτησεν ἔβαν, καὶ ὑμᾶς ἀπατήσῃ. Ὅραξ' ὅτι οὐχ ὁ ἀνὴρ ἐσκελίσθη, ἀλλ' ἡ γυνὴ ἠπατήθη; Τίς ἡ ἀπατηθεῖσα; τίς ἡ τῷ βρισι προσπαζάσα; Ἡ οὐρίστομος; καὶ ἰοδόλος γυνή. Τίς προσεπαζέε τῷ βρισι; Ἡ διεμπαλιγμάτα μελετώσα. Οὐδεὶς ἦν ἐν τῷ παραδείτῳ, πλην αὐτῆς; καὶ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς; καὶ μήτε τὴν μόνωσιν, μήτε ἄλλο τι φοβηθεῖσα περιήρχετο πλαζομένη, βεβρομένη, ποῦ παράκοιτον εὐροί, πρὸ τῆς συναφῆς τοῦ γάμου τὴν μοιχοσπορίαν μελετώσα. Εἰ προσὴν τῷ ἀνδρὶ, οὐκ ἂν ἐπλησιαζεν ὁ

βρις τῷ βρισι. Ἐξὼ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς εὐροί, καὶ ἐδέλεσα. Γυνὴ γὰρ νομίμῳ ἀνδρὶ ἀεὶ συνῶσα, διαπαντὸς φθορὰν οὐχ ὑπομένει, ἤτταν οὐ δέχεται, μοιχείαν οὐκ εἰσπράττεται· χωρισθέντος δὲ τοῦ ἀνδρὸς, κἂν μετ' ἀγγέλων ἢ συνδιατριβούσα, εὐεπηρέαστος γίνεται. Ποῦ ἀλλοχοῦ τὰς μυσαρὰς πράξεις ἐπιτηδεύουσι αἱ τῶν νομίμων ἀνδρῶν χωριζόμεναι γυναῖκες, εἰ μὴ ἐν τοῖς μαρτυρίοις, προφάσει τῆς ἰκεσίας, τοῖς γαμολύταις συντασσόμεναι, καὶ αὐτῶν τῶν μαρτύρων καταφρονούσαι; Πολλάκις γὰρ καὶ κατὰ τῶν μαρτύρων ὁμνύουσι μὴ ἀθετηθῆναι τὰς ἀθεμίτους πράξεις. Ὁ πόσων κακῶν εὐα διδάκτρια, τῶν ἀγαθῶν ἀφανίστρια. Καὶ πᾶσαι μὲν γυναῖκες αἱ σωφροσύνην ἐρώσαι προσαγορευόμεναι ἀνδρείαι. Πολλὴ γὰρ διαφορὰ καὶ ἐν γυναιξίν, ὡς καὶ ἐν ἀνδράσιν, ὡς καὶ ἐν ἀγγέλοις· καὶ ὅσαι γυναῖκες σωφροσύνην ἐρώσαι, τῇ παρθένῳ ἀκολουθοῦσι, τὴν Σωσάνην ποιοῦσι, τὴν Σάρβαν ἀσπάζονται, τὴν Ῥεβέκκαν περιπτύσσονται· ὅσαι δὲ σωφροσύνης ἐκτός εἰσιν, ὡς ἡ Εὐα πλανῶνται, ὡς ἡ Αἰγυπτία συκοφαντοῦσι, ἐν τῷ Δαλιὰ ἐξυρίπτι, ὡς Ἰεζάβελ τοὺς ἐνθεοῦς φονεύουσι. Καθολικὸς ὁ λόγος, οὐ μερικὸν ἢ τὸ αἰνίγμα. Μὴ πάλιν τινὲς τῶν ἀθέων προσφάτως τὰς λέξεις δεξάμενοι, ἀρῶνται τὰς ἀκοὰς δάκνεσθαι, εἰς διανοίας (ἢ διχονοίας) ἡμᾶς εὐτρεπίζοντες. Ἡμῖν τούτων λόγος οὐδεὶς. Ἀποστολικὸς ὁ λόγος. Διὰ τὴν Εὐαν τὸ αἰνίγμα. Ἐξ ὧν καὶ τῇ ἐνιαυσίῳ περιόδῳ τὰ αὐτὰ ἀνακεφαλαιούμεθα, μάρτυρα τῶν λεγομένων τὸν θεσπέσιον Παῦλον παραγαγόντες τὸν εἰρηκότα, Ἠρμυσάμην γὰρ ὑμᾶς ἐνὶ ἀνδρὶ παρθένῳ ἀγνήν παραστήσει τῷ Χριστῷ. Μήπως ὡς ὁ βρις ἐξηπάτησεν Εὐαν, γυναῖκα Ἄδὰμ, τοῦ σφάλματος τὴν αἰτίαν. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος, Ἄδὰμ, φησὶν, οὐκ ἠπατήθη, ἡ δὲ τοῦτον γυνὴ Εὐα ἀπατηθεῖσα [624] ἐν παραδόσει γέρονσ' ὁμοιωθεῖται ἐὰν διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐν μείνωσιν ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ καὶ ἀγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης, οὐ μετὰ ἀκολασίας. Εἶπε, Σωθήσεται διὰ τῆς τεκνοποιίας, οὐχ ὡς ἡ Εὐα τὸν Κάϊν ἔτεκεν, ἀλλ' ὡς ἡ παρθένος τὸν Χριστὸν ἐκυοφόρησεν ἢ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ εἰ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

\* Savil. legendum putat ἀποδοῦναι με τὸ ἐγκλημα ὑπισχνούμαι εἰ θέλωσιν.

ἢ Savil. legendum putat οὐ καθολικὸς ὁ λόγος, ἀλλὰ μερικὸν. Infra post aetiam quaedam desiderari videntur.

IN HOMILIAM IN PSALMUM XCIV.

eruditissimus Ericus Benzelius Upsaliae, anno 1708, varias lectiones ex Anglicano Codice dedit, et lacunas supplevit. Demum hic accurate castigatam damus cum interpretatione Latina Cotgerii, aliquot in locis emendata.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΙΣ ΤΟ,

Δεῦτε, ἀγαλλιασώμεθα τῷ Κυρίῳ.

constituti; at potius reges sunt ii qui a Deo constituti sunt, quod voluptionibus dominentur, et regiam servant imaginem. 17. *Quia ædificabit Dominus Sion, et videbitur in gloria sua.* Quia enim ii qui Dei dispensationem ignorabant, suspiciebantur, Judæorum servitutem, et Jerosolymæ vastitatem, infirmum esse Deum arguere, novam urbis constructionem gloriam Dei jure vocavit: ac si diceret: Cum Sion de-uno exædificata fuerit, universorum Deum omnes in pristina gloria videbunt. Cum in medio apostolorum chori stetit, tunc gloria sua ex signis cruciatuum apparuit: ait quippe Thomæ: *Infer digitum tuum huc, et vide manus meas* (Joan. 20. 27), etc. Gloriam autem vocat cruciatum, quia per illos orbem subiecit. Alio quoque modo intelligere potest illud, *Ædificabit Dominus Sion.* Dei namque Verbum caro factum est, et apud nos versatum, ædificavit Ecclesiam, quæ spirituali more Sion vocatur. *Videbitur in gloria sua,* quando postquam in nobis habitaverit, videbimus *Gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenam gratiæ et veritatis* (Joan. 1. 14). 18. *Respexit in orationem humilium, et non sprexit precem eorum.*

3. Non despexit, inquit, eos, quasi captivos et servos; sed excepit supplicatorem, et libertate donavit. Humiles autem vocat eos qui humiliter sentiunt, de quibus Dominus dicebat: *Super quem respiciam, nisi super mansuetum et quietum et timentem verba mea* (Isai. 66. 2)? Subindicat autem apostolos. Vel orationem dicit prophetarum seipsos humiliantium, de quibus dictum est illud, *Oratio pauperi;* et de supplicatione dicebat: *Cum ante Dominum effuderit supplicationem suam* (Ibid. v. 1), propter quam iterum ædificabit Sion, et ea quæ dicta sunt perficiet. 19. *Scribatur hæc in generatione altera; et populus qui creabitur laudabit Dominum.* Oratio per psalmum emissa, et prophetica de gentibus promissio, quasi in cippo insculpta, Judæis data est, ut eam servarent novo populo, et generationi, quæ fuit tempore Christi, quo gentes per fidem creatæ sunt; de quibus ait beatus Paulus: *Si qua in Christo nova creatura* (2. Cor. 5. 17). Et ipse quoque admirandus David in vigesimo primo Psalmo ait: *Annuntiabitur Domino generatio ventura, et annuntiabitur cæli justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus* (Ib. v. 32). In ipso etiam Christo creantur duo populi, qui ex gentibus, et qui ex circumcissione, in unum novum hominem. Mutationem quippe nunc, non substantiam creatio significat: quale etiam est illud: *Cor mundum crea in me, Deus* (Psal. 50. 12); et, *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua* (Prov. 8. 22). Non enim simpliciter creata est persona quæ loquitur, sed in principium viarum Domini in opera ejus. Nam principium quorundam creati habitum significat, non mutationem. Populus igitur qui se creabitur laudabit Dominum, ad cognitionem unius Dei accedens. Nam si substantiam conditam significasset, et non is *Qui creabitur loquutus esset*, sed is qui creatus est. Non enim in eo quod substantiam, sed in eo quod mutationem accepit, insistere possumus. Sic populus secundum vetera et secundum nova creatus, congruentem Servatori Deo hymnum emittit. 20. *Quia prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cælo in terram aspexit.* Respiciere de excelso Servator dicitur tempore incarnationis, utpote sursum manens et in terra apparens. Hoc enim proprium est eorum qui de excelso respiciunt. Respexit ut terram videret, id est visitaret. Cum autem Dominus sit substantia incorporea, et intellectualis, imo his superior, nusquam terminatus, non circumscribitur loco; sed virtute creaturam totam pervadit. Nam *In mundo erat, et mundus per ipsum factus est* (Joan. 1. 10). Diciturque inhabitare in melioribus mundi partibus secundum illud: *Qui habitat in cælis* (Psal. 2. 4); et, *Pater noster, qui es in cælis* (Math. 6. 9), non quod contineatur, sed ineffabili virtute operibus præsens suis. Cum ergo in cælo esse sic dicitur, quod terræ provideret, in eam respexit. 21. *Ut audiret gemitus compeditorum, ut sel-*

*veret filios in-creptorum, 22. ut annuntiant in Sion nomen Domini, et laudem ejus in Jerusalem.* Causam nobis vocationis gentium exponit. Hæc vero est Salvatoris adventus, quem inclinando celos exhibuit. Quædam autem sunt compediti, nisi illi, quos peccatorum catena constrinxit honorum osor demon? Filii autem in-creptorum fuerint qui ex gentibus qui erant, qui postquam parentes sui in peccatis suis mortui erant, adhuc idola colebant, castenis peccatorum suorum singuli constricti: quorum conversionem annuntians Isaias Deo dicebat: *Et te sequentur tincti compeditibus: et tibi preceabuntur et adorabunt te* (Isai. 45. 14). Ex Sione quippe incipiens Evangelium totam terram pervasit. Nam *Ex Sion exhibit lex, et verbum Domini de Jerusalem, et judicabit in medio gentium multarum* (Isai. 2. 3. 4). 23. *In conveniendo populos in unum, et reges ut serviant Domino.* 24. *Respondit ei in via virtutis sue: Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.* 25. *Ne revoces me in medio dierum meorum.* Viam virtutis sue in terram adventum vocat. Venit enim ut ligaret fortem. Optabat quippe scire, num vita sua ad illas usque dies produnda es-et, queis Unigenitus homo factus, in terra videndus erat. Interim enim in præsent, dum hæc præsumptio, et quæ futura sunt prævideo, videor in parte dici Dei esse: jam restat ut ipsis oculis quæ prænuntiata sunt perspiciam: quod si consequar, perfectam vitam meam accipiam: sin optatum non assequar, iis similis sum qui in dimidio diem vitam imperfectam et immaturam amittunt. Mihique videtur ob tales prophetarum voces Servatorum dixisse: *Multi prophetae et justi voluerunt videre quæ vos videtis, et non viderunt, et audire quæ vos auditis et non audierunt* (Math. 13. 17). *In generatione generationum anni tui.* Sermonem rursus ad Dominum vertit. Ejus quippe anni, queis in carne vixit in generatione generationum fuerunt, utpote qui perfectum et absolutum in tentum obtinere: quamobrem Paulus, ut eos qui in perfectione degunt significaret, dicebat: *Ut occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi* (Ephes. 4. 13). 26. *Initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cæli.* 27. *Ipsi peribunt, tu autem permanes.*

4. Potest illud, *Initio,* eorum sententiam confutare, qui dicunt terram omnium elementum esse (a), quippe cum omnia ex illa facta sint, nihil illa prius esset. Videtur enim esse, non principium, sed secundum quædam exegitata principia, fundamentum ejus esse. Dicitur autem fuit Jobo ab ipso Domino, ac si ipse fundasset terram: *Ubi eras cum ego fundarem terram* (Job. 38. 4)? Fundante autem Domino, per quem omnia facta sunt, ipsam terram, de Patre quoque dictum est: *Deus in sapientia fundavit terram* (Prov. 3. 19). Et cum de Deo dictum est, *Appendens terram super nihilum* (Job. 25. 7), significatur illam in ipso universi medio locum obtinuisse. *Et omnes sicut vestimentum veterascent Et sicut operitorium volves eos, et mutabuntur.* Omnia quippe visibilia senescunt, et vestimenti vetustatem imitantur: tu vero illa mutabi et renovabis, et incorruptibilia ex corruptibilibus facies. Hoc et divinus apostolus dixit: *Quia ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei* (Rom. 8. 21). 28. *Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.* Creaturam ut vis commatas, o Domine; tu vero immutabilem habes naturam, et mutationis expertem. Hæc certe divinus apostolus de proprietate Filii describit in Epistola ad Hebræos (Hebr. 1. 10. 12). Atamen in Filio videmus Patrem. Quæcumque enim ille fecerit, hæc et Filius similiter facit, et identitas nature in utroque cognoscitur. Unam quippe novimus Trinitatis operationem. 29. *Fili errorum tuorum habitabunt, et semen eorum in sæculum dirigetur.* Pro illo, *Dirigetur,* Symmachus posuit, *Permanebit.* Significat autem eos qui a servitute liberati sunt, Jerosolymam habitatu-

(a) quidam dicebant terram omnium esse elementum.





ros esse, eorumque semen in sæculum permansurum. Filios autem servorum Dei non omnino secundum carnem accipere oportet, sed secundum institutionem et imitationem veræ disciplina: hæc quippe ratione quidam etiam filii prophetarum forte dicebantur, quod ab ipsis secundum propheticum statum geniti fuissent: semen autem eorum fuerunt ii quibus utilitati fuerunt. De hoc semine divinus apostolus ait: *Donc veniat semen cui promissum est (Gal. 3. 19): et, Abrahæ dictæ sunt promissiones et semini ejus (Ibid.*

v. 16). Non dixit autem, S. minibus, ut in multis, sed quasi in uno, *Et in semine tuo*, quod est Christus. Hoc semen in sæculum permanebit. Cum enim Dei Verbo sit unitus, perniciæ non obnoxius existit, ac credentibus vitam dat, secundum ipsius Domini vocem qui ait: *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, vivet in æternum (Joan. 6. 54)*, in ipso Christo Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

### IN PSALMUM CII.

Videtur hic Psalmus præcedentem sequi, et ejusdem argumenti esse. In illo enim qui Babylonicas deplorabant calamitates, Deo supplicabant, ut sibi reverti liceret: hic autem optatum assequuti benefactorem celebrant. Ego autem arbitrator hoc canticum omnibus illis hominibus competere, qui ex acerbioris captivitate liberati sunt, et meliori dignati libertate. Verborum autem sensus hoc argumentum altero verius demonstrabit.

1. *Benedic, anima mea, Domino, et omnia quæ intra me sunt nomini sancto ejus.* In medio positam animam corpus ad voluptates detrahit, et spiritus ad Deum effert, jubens ipsi benedicere; id est ipsum Deum prædicare et celebrare semper. Hoc triplex munus memorat Paulus dicens: *Deus autem perficiat vos totos, et integrum corpus et spiritus et anima servetur (1 Thess. 5. 23)*. Sic autem intelligitur spiritus hominis qui in ipso est, de quo rursus ait: *Orabo spiritu, orabo et mente (1. Cor. 14. 15)*. Meminit etiam Moyses corporis cum ait: *Acceptit Deus pulverem de terra, et formavit hominem (Gen. 2. 7)*; animæ vero quando dicit: *Faciamus hominem secundum imaginem nostram (Gen. 1. 26)*; spiritus autem quando ait: *Inspiravit Deus in faciem ejus spiraculum vitæ.* Omnes autem animæ facultates hortatur spiritus ad Deum celebrandum, nempe intellectualem, rationalem, concupiscibilem, irascibilem, opinabilem, imaginativam, sensibilem, quas omnes appellat, *Intra*: id quod interpretans Paulus dicit: *Sive manducatis, sive bibitis, omnia ad gloriam Dei faciatis (1. Cor. 10. 31)*. Et quæ intra corpus sunt, hymnum Deo procurant: quin etiam per organicas corporis partes, facultates animæ operatrices ad hymnum concitat. At qui animam dicunt pertinere ad spiritum, non hoc dicunt quasi ipsum animet, sed quasi sub ejus cura constituta sit. Rationabilem autem facultatem intus esse dicit, quemadmodum regnum cælorum intra nos esse dixit Servator (*Luc. 17. 21*). Animales vero facultates quiescentes in bonis quæ facere possunt, intra esse dicuntur; motæ vero ad absurda agenda, egredi dicuntur. Quæ omnia ad hymnum Deo cautandum concitat. Omnibus ergo convenit illud dicere: *Benedic, anima mea, Domino.* Nam qui grato animo sunt erga divina beneficia, ad hymnos cantandos se concitant, benefico per ea quæ possunt gratiam rependentes. Possumus autem semper hymnos cantare, ac beneficiorum perennem memoriam circumferre. Ii et omnia quæ intra sunt consecrant, et omnem cogitationem ad divinum hymnum movent. *Ictus enim vocavit cogitationes, sensa, omnesque animæ motus. 2. Benedic, anima mea, Domino, et noli oblivisci omnes retributiones ejus.* Rursus anima docetur seipsam ut excitet, et oblivionis nebulam pellat, beneficiorumque memoriam renovet. Nam qui divinorum beneficiorum meminit, illum hymnis celebrare non cessat. *Retributiones autem, Symmachus Beneficia vertit*: ea vero deinceps singulatum enarrat. 3. *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.* Hic enim tibi peccatorum veniam dedit; hic membrorum animi medelam. His paralyticus donatus est. *Audivit enim: Dimittuntur tibi peccata tua (Matth. 6. 2)*; et, *Tolle grabatum tuum, et vade in domum tuam (Marc. 2. 11; Luc. 7. 47)*. Sic peccatrix

mulier medelam et veniam consequuta est; sic læpro, sic publicani, sic omnes qui crediderunt. 4. *Qui rediit de interitu vitam tuam.* Abductos Babylonem in captivitatem a servitute quidem liberavit, sed a corruptibili vita non redemit: nobis autem resurrectionis spem largitus est, arrhamque Spiritus dedit, ac tunica incorruptionis nos induit. *Qui coronat te in misericordia et miserationibus (2. Cor. 1. 22)*. *Gratia salvati estis, clamat divinus apostolus, atque illud non ex vobis: Dei munus est, ne quis gloriatur (Ephes. 2. 8)*; ac rursus, *Christus Jesus venit in mundum peccatores salvare, quorum primus ego sum: sed ideo misericordiam consequutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnem patientiam ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam (Tim. 1. 15. 16)*. Gratiæ igitur et benignitatis corona est. Sic et divinus Isaias ex persona sponsæ clamat: *Exsultet anima mea in Domino: induit enim me vestimento salutaris, et tunica lætitiæ circumdedit me, ut sponso circumposuit mihi nitram, et ut sponsum decoravit me ornato (Isai. 61. 10)*; et post pauca: *Et eris corona gloriæ in manu Domini, et diadema regni in manu Dei tui (Ibid. 62. 3)*. Hæc porro omnia dotes sunt sponsi atque muneræ. Solum enim fidem sponsa obtulit. 5. *Qui replet in bonis desiderium tuum.* Quoniam est concupiscentia vituperabilis, quam divina lex prohibet, e re illud, *In bonis*, adiecit: concupiscentias enim nostras bonis Dominus implet: *Petite enim, inquit, et dabitur vobis; quærite, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit, et qui quærit, invenit, et pulsanti aperietur (Matth. 7. 7)*. *Petite autem regnum Dei et justitiam ejus, et hæc omnia ex superabundanti adjicientur vobis (Ibid. 6. 33)*. *Renovabitur ut aquilæ juvenus tua.* Hæc rursus renovationem Dominus nobis per sanctissimum lactis dedit, et abrasa peccati vetustate, juvenes ex senibus effecit. His consona per Isaiam prophetam ait Deus: *Sustinentes autem mutabunt fortitudinem, pennas emittent ut aquilæ (Isai. 40. 31)*. Quia enim in creatione divinos regionesque characteres accepimus, deindeque illos omnigenis peccati studiis obscuravimus et corrupimus, pollicetur nobis propheticus sermo regni recuperationem. Regia enim est hæc avis, cui volatiliu regnum conceditum est. Docet etiam nos divini studii modum, ut renovetur ipsa veteri deposito homine, et accepto novo et renovato ad cognitionem Creatoris. Sic, ait, juvenus tua renovabitur, ut persistat semper novam se facere in vita incorrupta. Quia aquila est omnium avium regina quæ sublimius quam cetera volat, quæ sola inter animalia solis splendorem obtinere valet, et fixis oculis aspiciere, jure animæ renovationem, atque a terra ad cælum volatum, et ejus in summo luminis splendore futuram vitam, aquilæ naturæ comparavit. 6. *Faciens misericordias Dominus, et judicium omnibus injuriarum patientibus.*

2. *Non enim propter justitias quas fecimus, sed secundum misericordiam suam magnam salvavit nos per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti (Tit. 3. 5)*. Et videns nos læsos ab iniquo diabolo, inimico veritatis, nobis misericordiæ fontes aperuit, in illum justam tulit sententiam. Ut enim pater misericors et solus bonus, eorum quibus satanas imperabat animas redimens ex injuria et fœnore, et quod



contra nos erat chirographum tollens et cruci affigens, nos liberos exhibuit. Illud enim apud se retinens diabolus, nos debitores habebat, qui nobis per facinora nostra illud confeceramus. Hoc iudicium fecit Deus nobis laesis, per sanguinem Filii sui emundans nos ab iis quae injuste egeramus, et injuste patiebamur a diabolo. Quapropter Paulus nos docuit ut injuriam potius patiamur, quam faciamus (1. Cor. 6. 7). Injuriam patientium enim iudicium Deus exercet per beneficia; injuriam autem inferentium, per iudicium, ita ut a promissione excident. *Injusti enim, inquit, regnum Dei non possidebunt* (1. Cor. 6. 9).

*Baptismatis typus mare.* — 7. *Notas fecit vias suas Moysi, filius Israel voluntates suas.* Non ex respicientia vobis salutem peperit; sed desper hæc per prophetas præcavit, ac per divinum Moysen salutem nostram adumbravit: ac mare sanctissimi baptismatis typum accepit: petra autem immortalium fontium umbra declarata est, caelestis cibi imago manna fuit: aliaque, ne singula persequar, sic apud ipsos reperire est adumbrata. Via itaque et voluntates, ambas virtutes significant. Secundum illud: *Domine, notas fac mihi vias tuas* (Psalm. 24. 4); et illud Pauli ad Elymam: *Non desinis subvertere vias Domini rectas* (Act. 13. 10)? Tale est et illud: *Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas* (Ibid. v. 22). Dicit igitur, se docuisse Moysen transitu a figuris legis et ab umbra ad futura bona, quæ sunt spiritualia et prototypa, dando ipsi legem; exempli causa, qualis sit circumcisio, quæ sabata, quæ sacrificia, hæc docens etiam quæritur filium Israel, de quo dictum est: *Israel electus meus.* Ille enim nota facit Deus perspicacibus, eum qui in abcondito Judæus est, cordis circumcissionem, sacrificium laudis et justitiæ. 8. *Miseratur et misericors Dominus, longanimis et multum misericors.* Hæc tanti beneficii et olim et nunc causa fuit, dicente Moysæ: *Dominus patiens et multæ misericordiæ et verax, faciens misericordiam in millia* (Exod. 34. 6. 7). Has itaque potentias suas notas fecit Moysi, quæ scilicet viæ vocantur, et virtutes secundum omnia administrat divinæ bonitatis abyssus, misericordia immensa, humanitatis pelagus. 9. *Non in finem irascitur, ne in æternum indignabitur.* Non ergo ira utitur perpetuo (id enim sibi vult illud, *In finem*), neque misericordiam indignis perpetuo largietur. Quandoquidem cum sit Deus iudex justus, et fortis et patiens, quomodo retribuere unicuique secundum opem suam? Admisceat itaque misericordiæ iram: quando misericordie tempus est, ipsam exhibet; et fortis et patiens, in die iræ et justi iudicii, in qua dicit Paulus, *Reddat unicuique secundum opera sua.* Quia mox ait, *Non in sæculum indignabitur*, de presenti loquens sæculo; futuro namque iudicium et iram servat. 10. *Non secundum iniquitates nostras fecit nobis, neque secundum peccata nostra retribuit nobis.* Non tulit enim cum peccatis nostris supplicium mereri, neque amplius indignationem contra nos extendere. Nam cum verus sit Deus, has virtutes non secundum habitum et modum quemdam habet, cum ipse sit illarum fons et substantia: unde non punit statim post perpetratum scelus, sed in ira permanet usque ad corruptionem. Ipse enim dicit: *Cum ira furoris mei accesserit, rursum mudebor*; supplicia vero minuit, nec pro merito punit. 11. *Quoniam secundum altitudinem cæli a terra corroboravit Dominus misericordiam suam super timentes se.* 12. *Quantum distat ortus ab occidentem, longe fecit a nobis iniquitates nostras.* Etiam si hæc longius distare compertum haberet, illa tamen in medium protulit, immensam Dei bonitatem volens ostendere; verum humana ratio nec cælo excelsiorem mensuram, nec majus spatium quam inter orientem et occidentem reperit. In tenebris a tæm et in occasu sunt homines qui in peccatis versantur: cum autem a delictis liberi sunt, tunc uti, ut in lucem sunt translati. Quamobrem peccatorum abscessionem transiitum ab occasa ad ortum jure vocavit, sicutique nos

docere voluit, quantum intervalli sit peccatum inter et justitiam. 13. *Quomodo miseretur pater filiorum, misericors est Dominus timentibus se.*

5. Patris bonitatem ostendit Creator et Opifex, imo potius timentes se miseratur in filiorum ordinem transtulit. Neque enim odio habens condidit; verum corda hominum, quæ singularim efformavit, cognoscens, quid singulis competat novit; et quæ nostri captus nostræque facultatis sunt dat, ut in operando exhibentes illa, filii ejus efficiamur. Fortasse dixeris eum experimentum accepisse naturæ nostræ cum caro factum est, et naturali affectu, filios nos reputavisse. 14. *Quoniam ipse cognovit figmentum nostrum. Recordatus est quoniam pulvis sumus.* Novit enim Creator naturæ nostræ infirmitatem; novit etiam unde formati simus, et quo rursum ibimus. Supplicantes autem more pejorem nostram partem ostendit. Non enim tot pulvis sumus, sed ad imaginem et similitudinem Dei facti. Pulvis itaque miserabiliter infirmitatem ostendit. 15. *Homo, sicut sænum dies ejus, tanquam flos agri, sic efflorescit.* 16. *Quoniam spiritus pertransiit in illo et non subsistet, et non cognoscat amplius locum suum.* Nilil a sæno et a flore differimus, qui verno quidem tempore floret, sed paulopost aresecit et effluit: nam de exteriori rursum homine sermo est. Secundum enim materialem hanc vitam, in pulvis sumus, quibusdam diebus hujus temporis cursum protrahentes, comparamur sæno exsiccato. Etiam secundum Isaiam: *Omnis caro sænum, et omnis gloria hominis quasi flos sæni. Ortus est sol, et siccavit sænum, et flos ejus decidit* (Isai. 40. 6. 8): queis eas, quæ prosperæ videntur, res hominum declarat, divitias, gloriam, dignitatem, quæ instar sæni siccantur. Symmachus autem edidit, *Quia spiritus pertransiit ipsum: deinde non existit.* Spiritum vero dicit animam, qua præsentem et vivit corpus et operatur, volante autem, exstinguitur et corrumpitur; ita ut priores characteres non cognoscantur, neque sciatur an illud corpus sit hujus, an alterius. Quod perspicat, si quis senectutem intueatur. Omnia quippe similiter a corruptione absunt, neque priora servant remanentia. 17. *Misericordia autem Domini ab æterno, et usque in æternum super timentes eum: et justitia filius in filios filiorum,* 18. *iis qui servant testamentum ejus, et minores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea.* Natura itaque sic fluxa est: divina autem benignitas futurum largitur vitam, et usque ad posterum extendit debitam progenitoribus justitiæ mercedem. Certe propter patriarchas populum ex ipsis ortum vocatione et propria visitatione dignatus est. Quod per Moysen declaravit his verbis: *Ne avertis: Propter justitias meas elegit me Dominus; tu enim es populus dura cervicis, sed quia patres tuos diligo* (Deut. 9. 4. 6). Alio modo intelligas filios justorum, qui eorum opera imitantur. Extendit autem semper misericordiam suam; semper enim, utpote natura bonus, miseratur, sociam habens misericordie justitiam erga eos qui servant testamentum ejus, in quo virtutis suæ causa descripti sunt heredes futurarum promissionum. Non enim simpliciter præceptorum recordantur, sed ea operantur: nam ut servarentur data sunt, dicente Salvatore: *Qui habet præcepta mea et facit ea, ille est qui diligit me* (Joan. 14. 21). Promissa autem in hereditatem accipi, non qui recordatur, sed qui implet præcepta. Sic regnum servavit usque ad quantum generationem, licet non perfecta pietate præditus esset, sed in principio imperii zelum suum exhibuisset. Sic divino Davidi inextinctam servavit Deus generis sciatillam, et hæc multis impiis in medio germinantibus. Hanc, inquit, misericordiam portat *Custodientibus testamentum ejus,* nec modo præceptorum ejus recordantur, sed etiam verbis opera addunt, et secundum illa vitam suam concipiunt. 19. *Dominus in cælo paravit thronum suum, et regnum ipsius omnibus dominabitur.* Dominantibus, non regnare dicitur, quia non omnes regni ejus digni sunt. Quamobrem iis qui evangelicam ducunt vitam, regnum cælorum Salvatore promissum: im-



ἡμᾶς. Τοῦτο τὸ κριμα πεποίηκεν ὁ Θεὸς ἀδικουμένους ἡμῖν, διὰ τοῦ αἵματος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ καθαρίας ἡμᾶς ἀφ' ὧν τε ἠδικούμεν, καὶ ἠδικούμεθα παρὰ τὸν διαβόλου. Διόπερ ἡμᾶς καὶ ὁ Παῦλος ἐδίδαξεν ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἀδικεῖν. Τοῖς [654] μὲν γὰρ ἀδικουμένοις ὁ Θεὸς ποιεῖ κριμα δι' εὐεργεσίας· τοῖς δὲ ἀδικούσι, διὰ κολάσεως, ὡς ἐκπίπτειν αὐτοὺς τῆς ἐπαγγελίας. Ἀδικοὶ γὰρ, φησὶ, *Βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν.*

Ἐγγώρισε τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ Μωϋσῆι, τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τὰ θελήματα αὐτοῦ. Οὐκ ἐκ μεταμελείας δὲ ταῦτα ὑμῶν ἐπραγματεύατο, τὴν σωτηρίαν, ἀλλ' ἠνω-  
 θεν ταῦτα διὰ τῶν προφητῶν προεθέσπισε, καὶ διὰ τοῦ  
 Θεοσεπίου Μωϋσέως τὴν ἡμετέραν ἐσκιαγράφησε σωτη-  
 ρίαν. Καὶ τοῦ παναγίου βαπτίσματος ἡ θάλασσα τύπον  
 ἐδέξατο, ἡ πέτρα δὲ τῶν θανάτων κρουδὼν ἀπεφάνθη  
 σιά, τῆς ἐπουρανίου δὲ τροφῆς <sup>α</sup> εἰκὼν τὸ μάκρο, καὶ  
 τὰ ἄλλα δὲ, ἵνα μὴ καθ' ἕνασπον δεξέριχμαι, οὕτως  
 ἔστιν εὐρεῖν παρ' ἐκείνοις ἐσκιαγραφημένα. Ὅδοι τοίνυν  
 καὶ θελήματα τὰς ἀρετὰς ἔμφω σημαίνουσι, κατὰ τὸ,  
*Κύριε, γνῶρισόν μοι τὰς ὁδοὺς σου·* καὶ τὸ παρὰ  
 Παύλου πρὸς Ἑλύμαν· *Οὐ παύση διαστρέφωρ τὴς  
 ὁδοῦς Κυρίου τὰς εὐθείας;* Τοιοῦτον καὶ τὸ, *Εἶδρον  
 Δαυὶδ τὸν τοῦ Ἰεσοαί, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου,*  
*ὃς ποιήσεις πάντα τὰ θελήματά μου.* Λέγει τοίνυν, ὅτι  
 τὰς μεταβάσεις τὰς ἀπὸ τῶν τυπικῶν τὸ νόμου καὶ τῆς  
 σιὰς ἐπὶ τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ, ἄπερ ἐστὶ πνευματικὰ  
 καὶ πρωτότυπα, τὸν Μωϋσεῖα, διδοὺς αὐτῷ τὸν νόμον,  
 ἐδίδαξεν, ὡς τὴν τὴν ἐπιδοτικὴν, τίνα τὰ σάββατα, τίνας  
 αἱ θυσίαι, ταῦτα διδάξας καὶ τὸν ὅστις ἐστὶν υἱὸς Ἰσραὴλ,  
 περὶ οὗ λέλεκται· *Ἰσραὴλ ὁ ἐλελετικός μου.* Ταῦτα γὰρ  
 γρωρίζει τοῖς διατριχοῖς· ὁ Θεὸς, τὸν ἐν κρυπτῷ Ἰου-  
 δαῖον, καρδίας περιχοῦν, θυσίαν αἰνέσωτος καὶ δικαιο-  
 σύνης. *Οικτιρῶν καὶ ἐλεήμων ὁ Κύριος, μακρόθυμος  
 καὶ πολυέλεος.* Ταῦτα γὰρ καὶ τῆς τοσαύτης εὐεργε-  
 σίας καὶ πάλοι γέρονε καὶ νῦν αἴτια, φησαντος καὶ  
 Μωϋσέως· *Κύριος μακρόθυμος καὶ πολυέλεος, καὶ  
 ἀληθινός, ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας.* Ταῦτας οὖν αὐ-  
 τοῦ τὰς δυνάμεις ἐγγώρισε τῷ Μωϋσεῖ λέγοντοῦς ὁδοῦς,  
 καὶ τὰς ἀρετὰς κατὰ τὰ πάντα διέπει τῆς θείας ἀγα-  
 θότητος ἀδυσσοῦς, ὁ ἀμέτροτος ἔλεος, τῆς φιλάνθρωπίας  
 τὸν πάλω. *Οὐκ εἰς τέλος ὀργισθήσεται, οὐδὲ εἰς  
 τὸν αἰῶνα μνησθῆι.* Οὐκοῦν οὔτε διὰ παντὸς τῷ θυμῷ  
 (τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ, *Εἰς τέλος*) χρῆσεται, οὔτε τὸν ἔλεον  
 διηκῶς τοῖς ἀναήτοις χαρίζεται. Ἐπει πῶς, ὅτι Θεὸς  
 κριτὴς δικαιοῦ καὶ ἰσχυρὸς καὶ μακρόθυμος, πῶς ἀπο-  
 δώσει ἐκάστω κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ; Κρινῶ τοίνυν τῷ  
 ἐλέφ τὴν ὀργήν, ὅτε μὲν ἔλεος κερφῶ, αὐτὸν προβαλ-  
 λόμενος, ὅτε δὲ ὀργῆς, ἐπιφῆρον αὐτὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς  
 καὶ δικαιοκρυσίας, ἐν ἧ, φησὶν ὁ Παῦλος, *Ἀποδοῖσει  
 ἐκάστω κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.* Διόπερ φησὶν, *Οὐκ εἰς  
 τὸν αἰῶνα μνησθῆι,* τὸν παρόντα λέγων αἰῶνα· τῷ μέ-  
 λων γὰρ τὴν χριστιανίαν καὶ τὴν ὀργὴν ἐφύλαξεν. *Οὐ κατὰ  
 τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἐποίησεν ἡμῖν, οὐδὲ κατὰ τὰς  
 ἀμαρτίας ἡμῶν ἀναπέδωκεν ἡμῖν.* Οὐκ ἠνέσχετο γὰρ  
 τὰς ἡμετέρας ἀμαρτίας μετρήσας τὴν τιμωρίαν, οὐδὲ  
 ἐπὶ πλείστον καθ' ἡμῶν ἐκτείνει τὴν ἀγανάκτησιν. Ἀλη-  
 θινὸς γὰρ ὢν ὁ Θεὸς, ταῦτα οὐ καθ' ἑξῆς ἔχει τὰς ἀρε-  
 τὰς, πηγῆ δὲ ὢν αὐτῶν καὶ οὐσία· θδεν οὐκ ἐπὶ τῷ συ-  
 τελείαι κολάζει, τῆ ὀργῇ μέχρι φθορᾶς ἐπιμένων. Αὐτὸς  
 γὰρ ὁ λέγων· *Ὅταν ὀργῆ τὸν θυμῷ μου γένηται,  
 πάλιν ἴσσομαι·* ἐλαττοὶ δὲ καὶ τὰς τιμωρίας, μὴ πρὸς  
 ἀξίαν κολάζων. *Ὅτι κατὰ τὸ ὑψὺς τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ  
 τῆς γῆς ἐκράταλωσε Κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς  
 φοβουμένους αὐτόν. Καθ' ὅσον ἀπέχουσιν ἀνατολῆαι  
 ἀπὸ δυσμῶν, ἐμάκρυνε ἀφ' ἡμῶν τὰς ἀνομίας  
 ἡμῶν.* Εἰ καὶ τούτων εὔρε μακρότερα διαστήματα, πάν-  
 τως ἂν καὶ ταῦτα εἰς μέσον παρηγάγε, δεῖξει τὸ ἀπειρον  
 τῆς θείας βουλήματος· <sup>β</sup> ἀγαθότητος· ἀλλ' οὐχ εὐρεν ὁ  
 ἀνθρώπινος λογισμὸς οὔτε οὐρανοῦ ὑψηλότερον μέτρον,  
 ὅτε τοῦ μέσου τῆς ἐσπέρας καὶ τῆς ἑφᾶς μακροτέρου.  
<sup>γ</sup> Ἐν σκότῳ δὲ εἰσι καὶ δυσμαΐς οἱ ἐν ἀμαρτίαις τυγγά-  
 νοντες ἄνθρωποι· ἀπαλλαγέντες δὲ τῶν πλημμελημάτων,  
 ἐν φωτὶ ὄλλον ὅτι μεταθέντες <sup>δ</sup> γίνονται. Ὅτε εἰκότως  
 τὴν τῶν ἀμαρτημάτων ἀλλαγτὴν, μετάδασιν τὴν ἀπὸ  
 δυσμῶν εἰς ἀνατολὰς κελήκειν, ὁμοῦ δὲ καὶ ἡμᾶς διδάξει  
 εἰ μέσον ἀμαρτίας καὶ δικαιοσύνης βουλάμενος. *Καθῶς*

*οικτείρει πατὴρ υἱόν, φικτείρησε Κύριος τοὺς φο-  
 δουμένους αὐτόν.*

γ. Πατὴρ ἀγαθότητα δεῖκνυσιν ὁ Δημιουργὸς τε καὶ [652] Ποιητῆς, μᾶλλον δὲ τοὺς φοβουμένους αὐτόν οικτεί-  
 ρωμ εἰς ὑψὺν ἔθετο τάξην. Οὐδὲ γὰρ μισὼν κατέσχευασεν,  
 ἀλλ' ἐπιστάμενος τὰς καρδίας τῶν ἀνθρώπων, ὃς κατὰ  
 μόνως ἐπλασεν, οἶδε τί ἐκάστω συμφέρεῖ· καὶ ὢν ἐχομεν  
 δύναμιν τε καὶ ἀφορημῆν, ταῦτα διδοῦσιν, ἐπὶ τῷ κατ' ἐνέ-  
 ργειαν ἔχοντας αὐτὰ υἱοὺς αὐτοῦ γενέσθαι. Λέγει δ' ἂν  
 καὶ ὡς πείραν ἔλαβε τοῦ πλάσματος ἡμῶν γενόμενος  
 σίρη, καὶ φυσικὴν ἔχε διάθεσιν, υἱοὺς ἡμᾶς λογισάμε-  
 νος. *Ὅτι αὐτὸς ἔγνω τὸ πλάσσειν ἡμῶν. Ἐμνήσθη δὲ  
 χοὺς ἐσμεν.* Οἶδε γὰρ ὁ Δημιουργὸς τῆς φύσεως ἡμῶν  
 τὴν ἀσθένειαν· οἶδε καὶ πόθεν διεπλάσθημεν, καὶ ποῦ  
 πάλιν χωρήσομεν. Ὡς ἐν ἱκετεία δὲ, τῶν ἐν ἡμῖν τὸ χέ-  
 ρον προτερουσιν. Οὐ γὰρ τὸ πᾶν ἔσμεν χοὺς, ἀλλὰ καὶ  
 κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν. Ὁ χοὺς οὖν ἐλεεινῶς  
 δηλοῖ τὴν ἀσθένειαν. Ἀνθρωπος, ὡσεὶ χόρτος ἡ ἡμέ-  
 ρα <sup>δ</sup> αὐτοῦ· ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ, οὕτως ἔξανθήσει. *Ὅτι  
 πνεῦμα διήλθεν ἐν αὐτῷ, καὶ οὐχ ὑπάρξει, καὶ  
 οὐκ ἐπιγνώσεται ἐτι τὸν τόπον αὐτοῦ.* Οὐδὲν χόρτου  
 καὶ ἀνθους διενηγώχαμεν, ὃ ἐν ἔσρι μὲν τέθηλε, μετὰ δὲ  
 βραχὺ μαραινεται τε καὶ διαρρήει· περὶ γὰρ τοῦ ἔξω πάλ-  
 ιν ὁ λόγος ἀνθρώπου. Κατὰ γὰρ τὴν ἕσυνον ζωὴν. καθ'  
 ἦν ἔσμεν χοὺς, ἐφ' ἡμέρας τινὰς τὸν παρόντα παρεκτι-  
 νοντες χρόνον, παραβάλλομεθα χόρτῳ ξηραίνονόμω. Καὶ  
 κατὰ τὸν Ἠσαῖαν γὰρ, *Πᾶσα σαρξ χόρτος, καὶ πᾶσα  
 δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου.* Ἀνετίλειν ὁ ἥλιος  
 καὶ ἐξήρανε τὸν χόρτον, καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξ-  
 ἔπεσε· δι' ὃν τὰς δοκούσας ἀνθρώπων εὐμμερίας παρ-  
 ἴστωσι, πλοῦτον, ὀξᾶν, ἀξίαν, ἂ δὲ χόρτου δίχην μα-  
 ραινεται. Ὁ δὲ Σύμμοχος ἐξέδωκεν, *Ὅτι πνεῦμα διέρ-  
 χεται αὐτόν, εἶτα οὐχ ὑπάρξει.* Πνεῦμα δὲ τὴν ψυχὴν  
 λέγει, ἦς παρούσης καὶ ἣ τὸ σῶμα καὶ ἐνεργεῖ ἄπο-  
 πτάτης δὲ κατασθένωντα τε καὶ φθηρεται, ὡς μὴδὲ  
 τοὺς προτέρους ἐπιγινώσκεισθαι χαρακτήρας, μὴδὲ εἰ-  
 δέναι, ὡς τοῦτο τοῦ δέινου, ἐκείνῳ δὲ τοῦ δέινου τὸ σῶμα.  
 Καὶ τοῦτο ἴδοι τις ἀκριβέστερον, διακύψας εἰς τάσον.  
 Πάντα γὰρ ὁμοίως φθορᾶς γίνεται παρανόμωσιν, καὶ τοὺς  
 προτέρους χαρακτήρας οὐ διασώζει. Τὸ δὲ ἔλεος τοῦ Κυ-  
 ρίου ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἐως τοῦ αἰῶνος ἐπὶ τοὺς φο-  
 δουμένους αὐτόν· καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς  
 υἱῶν τοῖς φυλάσσοσι τὴν διαθήκην αὐτοῦ, καὶ με-  
 μνημένους τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ, τὸ ποιῆσαι αὐτάς. Ἦ  
 μὲν οὖν φύσις οὕτως ἐπίκρησ· ἡ δὲ θεία φιλάνθρωπιᾶ τὸν  
 μακροαῖωνα χαρίζεται βίον, καὶ μέχρις ἐγγόνων διατηρεῖ  
 τὴν τοῖς προγόνους ὀφειλομένην τῆς δικαιοσύνης ἀντί-  
 δοσιν. Τοιγαροῦν διὰ τοὺς πατριάρχας τὸν ἐξ αὐτῶν  
 φῶντα μετὰ ταῦτα λαδὸν τῆς κλήσεως καὶ τῆς οικίας  
 ἐπισκοπῆς κατηξίωσεν. Ὅπερ διὰ Μωϋσέως ἐδῆλωσε,  
 λέγων· *Μὴ εἰλιρ· διὰ τὰς δικαιουσίας μου ἐξελέ-  
 γαστό με Κύριος· σὺ γὰρ λυδὸς σκληροτράχηλος·  
 ἀλλὰ διὰ τὸ ἀγαπᾶν τοὺς πατέρας σου.* Νοῆσει δὲ  
 καὶ ἄλλως υἱοὺς τῶν δικίων ἀνδρῶν, τοὺς τῶν ἔργων  
 αὐτῶν ἠλωτάς. Παραινέει δὲ διὰ παντὸς τὸ ἔλεος αὐ-  
 τοῦ· ἀεὶ γὰρ ὡς φύσει ὢν ἀγαθὸς ἐλέους <sup>ε</sup>, τὴν σύζυγον  
 ἔχων τῷ ἐλέφ τοῦτῳ δικαιοσύνην ἐπὶ τοὺς φυλάσσαντας  
 τὴν διαθήκην αὐτοῦ, ἦ καὶ ἐνεγράφωσαν δι' ἀρετῆς κλη-  
 ρονόμοι τῶν μελλουσῶν ἐπαγγελίων. Οὐ γὰρ ἄπλω μέ-  
 μνηνται τῶν ἐντολῶν, ἀλλὰ πράττουσιν, ἐφ' ἣ καὶ δέδου-  
 νται· καὶ τοῦ Σωτήρος εἰπόντος, *Ὁ ἔχων τὰς ἐντολάς  
 μου καὶ ποιῶν αὐτάς, ἐκεῖνος ἐστὶν ὁ ἀγαπῶν με.*  
 Κληρονομεῖ δὲ τὰς ἐπαγγελίας οὐχ ὁ μεμνημένος, ἀλλ'  
 ὁ ποιήσας τὰς ἐντολάς. Οὕτω τῷ Ἰου μέχρι τετάρτης  
 γενεὰς τὴν βασιλείαν τετήρηκε, καίτοι μὴδὲ τελετὰν  
 εὐσδέειαν κτισαμένων, ἀλλ' ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς βασιλείας  
 ἐπιδειξαμένων τὸν ζῆλον. Οὕτω τῷ Θεοσεπίου Δαυὶδ ἐσο-  
 στον διετήρησε τὸν τοῦ γένουσ ἀσπιθῆρα, καὶ ταῦτα πολ-  
 λῶν δυσσεβίων ἐν μέσῳ βεβλαστηκότων. Τοῦτον δὲ, φησὶν,  
 ὀρέξει τὸν ἔλεον *Τοῖς φυλάσσοσι τὴν διαθήκην αὐ-  
 τοῦ, καὶ οὐχ ἄπλω μεμνημένους τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ,  
 ἀλλ' ἐπιτιθεῖσι τοῖς λόγοις τὰ ἔργα, καὶ κατὰ ταῦτας τὸν  
 οἰκῶν ρυθμίζουσι βίον.* Κύριος *ἐν τῷ οὐρανῷ ἠτολ-  
 μασε τὸν θρόνον αὐτοῦ, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἀν-  
 τρως δεσπόζει.* δεσπόζειν πάντων, ἀλλ' οὐ βασιλεύειν  
 εἰρηται, ἐπει μὴ πάντες ἔξιοι τῆς αὐτοῦ βασιλείας. Διὰ  
 τοῖς τὸν εὐαγγελικὸν [653] κατορθοῦσι βίον τὴν τῶν εὐ-  
 ρανῶν βασιλείαν ὁ Σωτήρ ἐτηγγελίστω· κρατεῖ δὲ καὶ

<sup>α</sup> Theodoret. τροφῆς.

<sup>β</sup> Theodoret. τῆς θείας φιλονεικῶν.

<sup>γ</sup> Sav. in marg. e var. lect. μετασθέντες.

<sup>δ</sup> Theodoret. εἰ ἡμέρας.  
<sup>ε</sup> Sav. in marg. θεοῦ.

## ΨΑΛΜ. ΡΓ'.

τῶν ἀναξίων, ὡς Κύριος. Ἔοικε δὲ τούτῳ τοῖς ἐν ἐτέρῳ εἰρημένοις ψαλμῷ. Ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορᾷ. Καὶ γὰρ ἔνταυθα ὁ προφητικὸς ἡμᾶς διδάσκει λόγος, ὡς ἐν οὐρανῷ μεν ἔχει τὸν θρόνον τῶν ἁλῶν ὁ Κύριος, ἐφορᾷ δὲ καὶ πρὸς τὸν πᾶσαν τὴν γῆν, ὡς δὴ πάντων ὡν δημιουργὸς καὶ βασιλεὺς καὶ Δεσπότης. Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, δυνατοὶ ἰσχυρῶν, ποιῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ, τοῦ ἀκούσαι τῆς φωνῆς τῶν λόγων αὐτοῦ.

δ'. Εἰκότως τὰς ἀόρατους δυνάμεις εἰς κοινωνίαν τῆς ὑμνωδίας ἐκάλεσεν. Οὐκ ἀπόχη γὰρ ἡ ἀνθρωπεία φύσις ἀξίω; ὑμνῆσαι τὸν εὐεργέτην· αἱ δὲ ἀσίματος καὶ ἀγνῆς φύσεως; ἐλευθέραν ἔχουσαι παθημάτων ζωῆν, ἵκανα πληροῦν τὰ θεῖα προστάγματα. Λέγει δὲ τινα καὶ ἕτερον ἔνοιαν ὁ προφήτης. Τὰ μὲν κατὰ σὲ, φησὶν, ὦ ψυχῆ, ἐξασθενεῖ πρὸς τὸ κατ' ἀξίαν ὑμνεῖν τὸν θεόν· ἐκ μέρους δὲ τούτου ὁμοῦ ποιεῖτω. Ἰσθὶ δὲ ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, δυνατοὶ ἰσχυρῶν βίαι, καὶ ἀδιαπτώτως τὸν λόγον αὐτοῦ ποιῦντες, ἀξιοὶ τε βίαι ἀκούειν αὐτοῦ τῆς φωνῆς καὶ τῶν αὐτοῦ λόγων, πρεπόντως καὶ κατ' ἀξίαν εὐλογοῦσιν αὐτόν. Εἰ δὲ καὶ ἐν ἀνθρώποις ἐλέν τινες ἰσάγγελον βίον μετερχόμενοι, κατὰ τὸν φησάντα, Πάντα ἰσχυρῶ ἐν τῷ ἐνδυναμῶντι με Χριστῷ· καὶ οὗτοι εὐλογοῦσιν αὐτόν· μῆδὲς δὲ τῶν παραβαινόντων τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ παρακούωντων τῆς φωνῆς αὐτοῦ, προπετέστερον τολμᾶτω τούτου ποιεῖν. Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πάσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, λειτουργοὶ αὐτοῦ, ποιῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ· ἄγγελους εἰπῶν, ἵνα μὴ κατὰ μέρος; τὰ ἐν οὐρανῷ τάγματα καταλέγη, ὡς ἐμνημόνευσεν ἐκ μέρους ὁ Παῦλος, Ὑπεράνω πάσης, εἰπὼν, ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως καὶ κυριότητος καὶ παντὸς ἐνόμιου ὀνομαζομένου· καὶ πάλιν, Εἰτε ἄρατα, εἰτε ὀρατὰ, εἰτε θρόνοι, εἰτε κυριότητες, εἰτε ἀρχαί, εἰτε ἐξουσίαι· ἐνὶ λόγῳ πάντα περιλαβὼν, δυνάμεις ἐκάλεσε. Ποιοῦντας δὲ τὸ θέλημα αὐτοῦ λειτουργοὺς εἰπῶν, ἀντιδείξασθαι ταῖς ὁμωμένοις ἐναντίας δυνάμεισιν. Οὐ γὰρ καὶ ταῦτα καλεῖ πρὸς τὸν ἕκαστον, τὰς ἀρχὰς τούτου καὶ τὰς ἐξουσίας καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας. Πάντα δὲ τὰ οὐράνια τάγματα ἄγγελους καὶ δυνάμεις ἐκάλεσε· τὸ μὲν, ὡς· τοῖς θεοῖς ὑπογράφονται προστάγματα καὶ τοὺς θεοῦ λόγους διαπορθεύονται· δυνάμεις δὲ, ὡς ἵκανοὺς τὸ κελεύθουσι πράττειν, καὶ τὸ δυνατόν ἐν τῇ φύσει παρὰ τοῦ πεπονημένου λαδόντας.

Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ, εὐλόγηι, ἡ ψυχὴ μου, τὸν Κύριον. διὰ τοῦτων πιθεῖ τὴν ψυχὴν ἡ ἀποκρίνεται πρὸς τὸν ἕκαστον ὡς πολὺ λειτουργῶν τῶν οὐρανίων. Οὐ γὰρ αὐτὰ μόνω, πάντα δὲ προστέτακται τὰ ἔργα Κυρίου κοινῶς πρὸς τὸν Κύριον εὐλογεῖν πρὸς δυνάμειν ἕκαστον. Πρῶτον γὰρ τὸν ἕκαστον πᾶς τόπος, ἀλλ' οὐ μόνος οὐρανός ἐπιτήθειος· διὰ πράξεων γὰρ ἀγαθῶν ἡ τοῦ εὐλογεῖν ἐστὶν ἀξία. Καὶ πᾶν δὲ ἀψυχον, καὶ ἄλογον, κἂν δοκῆ βλαπτικόν, ὡς δὲ ἀρήτου σοφίας λυσιτελεῖ τῷ παντὶ, πρὸς δοξολογίαν συντείνει Θεοῦ, ὡς ἕκαστον κατ' ἀξίαν τοῦ ἐν ᾧ ἐστὶ τόπου τὸν θεὸν εὐλογεῖν. Ὁ δὲ ποιεῖ, φησὶν, ὦ ψυχῆ, ἐν ᾧ τυγχάνεις διατριβούσα τόπω, κἂν τὸ ἐν τῇ γῇ, κἂν τὸ κρείττων χωρίῳ. Κάκει γὰρ εὐλόγει σὺν ἀγγέλοις χοροῖς ὑπερῶν ἐπουρανίων ἀγαθῶν καὶ τελίων. Τοῖς δὲ Ἰουδαίοις οὐδὲ τούτου ἀρμόστη. Ἐκείνοι γὰρ ὑπὸ τῶν ἀνδραποδισάντων ἄσαι προσταθέντες ἐκ τῶν ᾠδῶν Σιών, ἔβασαν ἔνομοι δρῶντες, Πῶς ἄσμεν τὴν ᾠδὴν Κυρίου ἐπὶ τῆς ἀλλοτριότητος; Ἡμεῖς δὲ ὁ θεός· Ἀπόστολος παρεγγᾶ ἐν παντὶ τόπῳ προσευχομένουσιν ἀφαιρεῖν ὁσίου χεῖρας. Τούτου δὲ Δεσπότης Χριστὸς πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν ἔφη· Ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω σοι, ἡμεῖς, οἳ ἐρχεται ὥρα καὶ νῦν ἐστίν, δεῖ οὐτε ἐν τῷ τόπῳ, οὔτε ἐν Ἰερουσαλὺμοις προσκυνήσουσι τῷ Πατρὶ. Πνεῦμα γὰρ ὁ Θεός, καὶ τοὺς προσκυνῶντας αὐτῷ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. Τὸ δὲ, εὐλόγηι, ἡ ψυχὴ μου, τὸν Κύριον, σύμφωνον ὑπάγει τῷ προοίμιῳ τὸ τέλος. Καλέσας γὰρ εἰς κοινωνίαν τῆς ὑμνωδίας τὰς νοητὰς [654] οὐσίας, διδάσκει καὶ ἡμᾶς, ὡς δυνατόν, γεραίρειν τὸν Ποιητὴν, καὶ ἰσομετρῶν τῇ δυνάμει προσφέρειν τὸν χαριστήριον ἕκαστον, ὅτι αὐτῷ ἰδία εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμὴν.

• Theodoret. ἀγγέλους· ἐν ὡς.

α'. Ἡ τοῦ παναγίου Πνεύματος χάρις οὐ μόνον ἔχει καὶ δογματικὴν διδασκαλίαν τοῖς ἀνθρώποις προσφέρει, ἀλλὰ καὶ ὅπως ὑμνεῖν τὸν Ποιητὴν ἀκριβῶς ἐκπαθεῖ. διὰ τοῦτο τούτου χορῶν συνεγράφω τὸν ψαλμῶν. τῷ μακαρίῳ Δαυὶδ ὑπουργῶ χρησαμένη, ὡς ἀνὰ μέτωπον ἄπαντες τῖσιν ἕκαστον τὸν εὐεργέτην ἀμειβεσθαι. Τὰς μὲντοι κοινὰς εὐεργεσίας ἔνταυθα διεξείπει, καὶ δεῖκνυσι ποιητὴν ἁπάντων ὁμοῦ καὶ πρῶτα τὸν τῶν ὡσεὶ θεόν. Εὐλόγηι, ἡ ψυχὴ μου, τὸν Κύριον. Ὁ μὲν θεὸς ἀνθρώπων εὐλογεῖ, ἐν ἀσφαλείᾳ καθιστῶν καὶ λαμπρότερον ποιῶν, καθάπερ τὸν Ἀβραάμ· ὁ δὲ ἀνθρώπος οὐκ οὕτως, ἀλλ' αὐτὸν τότε λαμπρότερον ποιῶν. Ἄνε γὰρ ὁ θεὸς εὐλόγηι, ἂν τὸν ἀνθρώπον τὸν θεόν, ἐκπέσειεν τὸ κέρδος εἰς τὸν ἀνθρώπον διαβαίνει· τὸ γὰρ θεῖον ἀπροσδέξ. Ὑμνεῖν τε διδάσκει τὸν εὐεργέτην θεὸν ἕκαστον τὸν τῆς εὐσεβείας τρέφοντα. Κύριος ὁ Θεός μου, ὡς ἐμεγαλύνθησθε σφόδρα. Ἐπιτάσεις καὶ ἔνταυθα τὸ, Ὡς· τὸ δὲ, Ἐμεγαλύνθησθε σφόδρα, οὐκ ἐξήσεως δηλυτικῆν, ἀλλὰ τοῦ ἀμετρήτου μεγέθους πνευματικῶν· οὗτω γὰρ καὶ ὁ Σύμμαχος ἠρμήνευσε· Κύριος ὁ Θεός μου, μέγας εἰ σφόδρα. Οὐ γὰρ μικρὸς ὡς ἐμεγαλύνθησθε; ἀλλὰ φύσει μέγας ὢν, τούτου τοῦ εὐσεβεῖν ἐδέχθησθε. Πῶς δὲ γίνεται μέγας ὁ ἀεὶ ὢν μέγας, καὶ μὴ δεόμενος προσθήκης, ἀλλ' ἀεὶ τέλειος ὢν; πῶς μεγαλύνεται; Ὅταν οἱ ἀνακαίμενοι αὐτῷ βίον ἀριστὸν εἰς δεῖξινται, ὅταν καὶ διὰ ῥημάτων καὶ δι' ἔργων αὐτῶν ἀνυμνοῖται, μεγαλύνεται τότε, οὐκ αὐτῶς τὴν προσαίτων εἰς μέγας, ἀλλὰ τοῖς ἀγνοοῦσιν αὐτόν διὰ τῶν θεραπευόντων μέγας δεικνύμενος διὰ μεγαλοῦργίας πνευματικῶν ποικιλίας τε καὶ προνοίας. Χαίρουσα δὲ ἡ ψυχὴ τῶν τοσούτων φησὶ· Κύριος ὁ Θεός μου· σεμνωμένης γὰρ ἡ φωνή. Τίνα δὲ τρόπον ἐμεγαλύνθησθε ἐπάγει· Ἐξομολογησὶν καὶ μεγαλοπρέπειαν ἐνεδύσσω. Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως, Ὑμνον καὶ εὐδοξίαν ἡμμοίσω. Οὐκ ἐπὶ γὰρ σε ἀγνοοῦσιν οἱ τῶν σῶν ἀπολαύοντες ἀγαθῶν, οὐδὲ πᾶς εἰδιῶν τὸ σὺν σέβας προσφέρουσιν, ἀλλὰ σε ὁμῶσιν, καὶ σοὶ τὸ τῆς δοξολογίας ἐκτίουσιν κέρδος. Εἰ γὰρ καὶ ἵκανὴ εἰς δόξαν τὸν μεγέθους τοῦ Θεοῦ ἢ τῶν ἀγγέλων δόμους, ἢ τῶν οὐρανῶν ἔκτασις, ἢ τῆς γῆς θεμελίωσις, καὶ ἄλλα ὅσα τούτοις ὁ ψαλμῶδης ἐπέγραψε, αὐτῶν τούτων ἵκανώτερον τὸ γενέσθαι τὸν σωτῆρα ἀνθρώπου, καὶ μὴ αὐτὸν θεόν, παθεῖν τε τὰ ἡμέτερα, καὶ οὐκ αὐτὸν τῆν οὐρανῶν ἀπάθειαν. Διότι δέυτερα ταῦτα τῷ ἐπί τῆς βίαι, πρότερον τῶν ἄλλων ἐμῶς ἔταξεν, ὡς τῇ δυνάμει τυγχάνοντα πρότερα. Ἐξομολογησὶν τὴν ἀφ' ἡμῶν πάντα φησὶν, ἐπειδὴ εἰ αὐτῆς τῷ Θεῷ τὴν ὑπὲρ ἡμῶν προσήγαγεν ἐξομολογησὶν, ὡς τε βοᾷ τῷ Πατρὶ· Ἐξομολογησὶν σοι, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, οἳ ἐν ἐκρυψίας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ οἳ τοῦ αὐτοῦ μεγαλοπρέπειαν δὲ ἐπέδῃτε πρὸς μέγας πνευματικῶν ὑπερβαλλόντως ἔπρεπε διασῶσαι τὸ ἡμέτερον ἔργον. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐνδύσασθαι ταύτην αὐτὴν τὴν ἐξομολογησὶν καὶ τὴν μεγαλοπρέπειαν φησὶν, οὐκ εἰς πάλιν ἀποδύσθαι μέλλοντα, ἀλλ' ὡς τε δεῖξινται, ὅτι σαρκωθεὶς οὐ μετετέθηε εἰς ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ θεὸς μένει καὶ ἀνθρώπος γίνεται. Ὁ ἀναβαλλόμενος σοὶ ὡς ἰμάτιον. Περιβάλλεται φῶς, ὡς ἰμάτιον, ὡς γνῶσις πανταχόθεν πεπληρωμένος, ὡς ἀκατάληπτον ἔχων ἐκείνην. Καὶ τῆς ἀραιωρεστάτην δὲ τοῦ Θεοῦ γνῶσιν σημαίνει τὸ φῶς· Οὐκ εἶ γὰρ φῶς, κατὰ Παῦλον, ἀπρόσιτον. Τὸ γὰρ, οὐκ εἶναι, τὸ ἄλογον εἶναι γνῶσιν σημαίνει, τὸ τῶς περιλήπτον τῶς νοητῶς· ἀπρόσιτον γὰρ εἶναι τὸ φῶς. Συμβαδὲ γὰρ τούτοις καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει· Ὁ μόνος ἔχων ἀθανάσιον, ὁ φῶς οὐκ ἔχων ἀπρόσιτον. Τοσούτων γὰρ ἐστὶν ἐκεῖνο τὸ φῶς, ὡς μὴδὲνα πειδένον τολμᾷ· ἀποστρέφει [655] γὰρ τὰς ἡμῶν τῆς εἰρήνης ὑπερβολὴ. Εἰ γὰρ ὁ ἀσθητὸς τούτου ποιεῖν ἥλιος ἀντιφάσι τοὺς ἀπήστωσθε καθορᾶν περιωμένους, εἰς ἵκανον τὸν ἀπρόσιτον φῶς ἐν περιολίθου γενέσθαι; Ἔστι μὴ οὐκ καὶ αὐτὸς φῶς ἀληθινόν, ἀναβάλλεται δὲ καὶ φῶς ὡς ἰμάτιον, καὶ φῶς οὐκ εἶναι ἀπρόσιτον, καὶ Νεφέλη καὶ γὰρ φορὸς κύκλω αὐτοῦ, καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρύπτει αὐτόν. Καὶ οὐκ ἐναντία ταῦτα ἀληθῶς τὸ γὰρ ἀπρόσιτον φῶς τοῖς ὁρᾶν οὐ δυναμένοις τῷ γνῶσιν καὶ τῷ σοφίᾳ ταῦτόν ἐστιν· οὐτε γὰρ τὰ ἐν τούτῳ, οὐτε τὰ ἐν ἐκείνῳ δυνατόν κατεῖδεν· καὶ τοῦτο μοῖσι καίκεν ὡς τῆς θείας φύσεως δηλοῖ τὸ ἀόρατον. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἰωαννῆς ὁ θεολόγος περὶ τῆς αὐτῆς οἰκονομίας διηγουμένης, φῶς αὐτὴν ἐκάλεσε λέγων· Καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σοφίᾳ...

perat vero etiam indignis, ut Dominus. Id vero simile est iis, quæ in altero Psalmo dicuntur: *Qui in altis habitat, et humilia respicit* (Psal. 112. 5. 6). Etenim hic nobis propheticus sermo docet, universorum Dominum in cælo thronum habere, creaturamque respicere ac moderari, utpote qui omnium sit Creator, Rex et Dominus. 20. *Benedicite Domino, omnes angeli ejus, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.*

4. Jure invisibiles potestates ad cantus societatem vocavit. Non sufficit enim humana natura ad benefactorem digne celebrandum. Incorporeæ autem et sanctæ naturæ, quæ affectibus liberam habent vitam, idoneæ sunt ad divina implenda mandata. Alio quoque sensu potest propheta intelligi. Quæ ad te spectant, inquit, o anima, infirma sunt ad Deum digne celebrandum: ex parte tamen hoc facito. Scito autem angelos ejus, qui sunt potentes virtute, et sine lapsu verbum ejus faciunt, dignique sunt qui ejus vocem et verba audiant, decenter et secundum dignitatem ipsum benedicere. Si autem quidam sint apud homines, qui angelicam ducant vitam, secundum illum qui ait: *Omnia possum in eo qui me confortat Christo* (Philipp. 4. 13); hi quoque ipsum benedicant: nemo autem eorum qui transgrediuntur verbum ejus et vocem ejus non audiunt, id audeat temere facere. 21. *Benedicite Domino, omnes virtutes ejus, ministri ejus facientes voluntatem ejus.* Angelos dixit, et ne sigillatim cælestes ordines recenseret, quos singulatim commemoravit Paulus, *Supra omnem*, dicens, *principatum et potestatem, et virtutem et dominationem, et omne nomen quod nominatur* (Ephes. 1. 21); ac rursus, *Sive invisibilia, sive visibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates* (Col. 1. 16): uno verbo omnia comprehendens, virtutes vocavit. Cum autem memoravit ministros facientes voluntatem ejus, distinxit inter eas quæ cognominibus sunt contrarias potestates. Has quippe non evocat ad hymnum celebrandum, principatus neque et potestates et mundi rectores tenebrarum harum ac spiritalia nequitia (Ephes. 6. 12). Omnes autem cælestes ordines angelos et virtutes vocavit: angelos utpote qui divinis præceptis ministrent, et divina verba circumquaque annuntient: virtutes vero, ut quæ possint jussa exsequi, et in natura potestatem ab Opifice acceperint.

*Locus omnis ad hymnum cantandum aptus.*—22. *Benedicite Domino, omnia opera ejus, in omni loco dominationis ejus, benedic, anima mea, Domino.* His monet animam ne segnis sit in hymnorum cantu, utpote quæ longe minor sit cælestibus. Neque hæc tantum, sed etiam omnia Domini opera ipsi benedicere jubentur pro cujusque viribus. Ad hymnum quippe cantandum locus omnis, nec cælum tantum, aptus est: benedicendi quippe dignitas ex bonis operibus petitur. Ac quidvis inanimatum et irrationabile, etiamsi noxium videatur, quasi per ineffabilem sapientiam universo utile est, et ad gloriam Dei celebrandam: ita ut unumquodque secundum dignitatem loci, in quo existit, Deo benedicat. Id quod tu, o anima, facito, in quocumque fueris loco, sive in terra sive in meliori regione. Illic etiam benedic cum angelorum choris pro cælestibus et perfectis bonis. Judæis autem neque hoc convenit: illi namque ab iis qui se captivos abduxerant jussi cantare de canticis Sion, dixerunt legitime agentes: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena* (Psal. 136. 4)? Nobis autem divinus apostolus præcepit, ut in omni loco orantes levemus sanctas manus (1. Tim. 2. 8). Hoc etiam Dominus Christus ad Samaritanam dixit: *Amen, amen dico tibi, mulier, venit hora, et nunc est, quando neque in Jerosolymis adorabunt Patrem. Spiritus enim est Deus, et eos, qui adorant ipsum, in spiritu et veritate oportet adorare* (Joan. 4. 21. et 24). Illud autem, *Benedic, anima mea, Domino, finis est proœmio consonus.* Cum enim ad cantus consortium spirituales potestates advocasset, docet etiam nos, ut pro viribus celebremus Opificem,

et condignum virtuti ejus proferamus hymnum gratiarum actionis: quia ipsi gloria in sæcula. Amen.

### PSALM. CIII.

1. Sanctissimi Spiritus gratia, non solum moralem et dogmaticam doctrinam hominibus offert, sed etiam accurate docet quomodo Opificem hymnis celebrare oporteat. Ideoque hunc scripsit Psalmum, beato Davide ministro usa, ut discerent omnes quibus oporteret benefico gratiam referre. Communia certe beneficia hic recenset, ostenditque universorum Deum esse omnium Opificem et Dominum. 1. *Benedic, anima mea, Domino.* Deus homini benedicat, cum in securitate constituit, et clariorem efficit, veluti Abraham: homo autem non sic, sed seipsum huic clariorem efficit. Nam sive Deus benedixerit hominem, sive homo Deum, utrinque lucrum in hominem transit: Numen quippe nullo indiget. Docet quoque pietatis alumnium quomodo hymnis celebret Deum. *Domine Deus meus, quam magnificatus es vehementer.* Illud, *Quam, hoc loco intensionis est; illud vero, Magnificatus es vehementer, non augmentum significat, sed immensam magnitudinem; ita enim Symmachus interpretatus est, Domine Deus meus, magnus es valde.* Non cum parvus esses, magnificatus es; sed cum natura magnus sis, talis piis hominibus ostensus es. Quomodo autem magnus fieri possit is qui semper magnus est, nec eget accezione, cum perfectus semper sit? quomodo ergo magnificatur? Quando ii qui ipsi consecrati sunt vitam exhibent optimam, cum per verba et opera ipsum celebrant: tunc magnificatur, non aliquid accipiens magnitudinis, sed magnus exhibitus ignorantibus se per famulos suos perque rerum creaturarum magnitudinem, varietatemque, ac per providentiam. De hac re gaudens anima dicit: *Domine Deus meus: gloriantis quippe vox est. Quoniam autem modo magnificatus sit, subjecit: Confessionem et decorem induisti.* Symmachus sic vertit: *Hymnum et gloriam induisti.* Non ultra enim te ignorant ii qui bonis tuis fruuntur, neque idolis cultum tibi debitum exhibent, sed te celebrant, et tibi glorificationis debitum persolvunt. Etsi enim satis sit ad Dei magnitudinem exhibendam angelorum creatio, cælorum extensio, terræ fundatio, et alia multa quæ psalmista adiecit, sed iis omnibus aptius est, quod Servator factus sit homo, manseritque Deus, quod nostra passus sit, propriamque impassibilitatem servaverit. Quamobrem cum hæc ordine posteriora sint; prius tamen quam alia posuit, utpote quæ virtute priora sint. Confessionem vocavit carnem quam a nobis sumpsit, quia per eam Deo confessionem pro nobis obtulit, ita ut Patri clamaret: *Confiteor tibi, Domine cæli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus, et prudentibus, etc.* (Matth. 11. 25); decorem autem, quia admodum decebat servare massam nostram. Imo illam se confessionem ac decorem induere dicit, non quasi rursus illam exuturus esset; sed ut ostenderet se cum incarnatus est, non mutatum esse in hominem, sed se et Deum manere et hominem fieri. 2. *Amictus lumine sicut vestimento.* Amicitur lumine sicut vestimento, ut scientia undique repletus, ut incomprehensibilem habens substantiam, purissimamque Dei cognitionem lux significat: *Inhabitavit enim, secundum Paulum, lucem inaccessibilem* (1. Tim. 6. 16). Illud enim, inhabitare, significat illum totum esse cognitionem, illumque etiam intellectu difficilium esse: inaccessibilem quippe dicit lucem. His enim consona ait Apostolus: *Qui solus habet immortalitatem, qui lucem inhabitat inaccessibilem.* Hujusmodi quippe est lux illa, ut nemo ad eam accedere audeat: nam splendoris vis oculos avertit. Si enim sol hic sensilis id facere cogit eos qui ipsum intueri conentur, quis possit inaccessibilem lucem vel cogitare? Est itaque et ipse lux vera (Joan. 1. 9), amiciturque lumine sicut vestimento, et lucem item inaccessibilem habitat, et *Nubes et caligo in conspectu ejus* (Psal. 96. 2) et *posuit tenebras latibulum suum* (Psal. 17.

13). Hæc non inter se pugnant : nam lux inaccessibilis iis qui respicere non possunt, id ipsum est quod caligo et tenebræ : neque enim in hoc vel in illo respici potest : et hoc atque illud invisibilem esse Dei naturam demonstrat. Enimvero Joannes etiam Theologus de eadem œconomia loquens lucem illam vocavit dicens : *Et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non-comprehenderunt* (Joan. 1. 5). Hanc sicut vestimentum induit, quando carnis infirmitate vim divinitatis velat et abscondit, ut cum esauriret, sitiret, defatigaretur ac similia ferret. Amicitur autem lumine, cum suam ostendit divinitatem, increpans mare, quatiens terram, solem obscurans ; tunc enim non sinit divinitatem ab humanitate obtegi. *Extendens cælum sicut pellem.*

2. Oportet itaque malitiam et iniquitatem pro viribus fugere : neque solum fugere, sed etiam injuria læsos a lædentibus eruere, ut Abraham Lotum captivum ex manibus alienigenarum eripuit ; ut et ipse Lot angelos eruit ab iniquitate Sodomitarum. Etiam si enim natura angelorum comprehendi nequeat, sed [ andacia ] hominum prompta est. Sicut Moyses Hebræorum populum eripuit de manu Ægyptiorum ; sicut David Sathem eripuit de violentia dæmonis ; sicut tres pueros de camino ardente is qui cum ipsis descendit angelus ; sicut Daniele de lacu leonum fides ; sicut Jonam de ventre ceti pœnitentia ; sicut Jeremiam de lacu cœni Abimelech eunuchus ; sicut Daniel Babylone Susannam ex judicio iniquorum : sic Dominus totam humanam naturam de manu diaboli ; sicut apostoli spiritibus aut morbis correptos. Sed non modo viri præcipiuntur id agere, sed etiam mulieres. Multæ quippe mulieres multos eriperunt ex morte et vinculis, sicut Sara Abrahamum eruit de manu Abimelechi, se sororem ejus esse sapienter dicens ; sicut Rebecca filium suum de manu fratris sui Esau, fugam ipsi suadens ; sicut Rachel patrem ab idololatria liberavit, inanima idola furata : furata autem est non ob aliud, nisi ut patrem ab idololatria liberaret ; sicut Rahab meretrix exploratores liberavit de manu alienigenarum, in lini calamo ipsos occultans ; sicut Melchol Davidem de manu Saülis, arcanum ipsi revelans ; sicut Abigail Nabalem de morte, ante Davidem procumbens, sicut mater Moysis de manu Pharaonis infantem in arculam conjectum, sicut Martha et Maria fratrem Lazarum ex inferis, coram Domino stantes ; sicut viduæ Tabitham de morte libera-

runt Petrum exorantes ; sicut fides hæmorrhœissam, et jejunium Ninivitas. *Eripe me, Domine, ab homine malo, et a viro iniquo eripe me*. Videamus a quibus propheta liberari precetur. Nam homo malus erat Doec, et vir iniquus Saül. David igitur fugiebat a facie Saülis in Nobam urbem sacerdotum, et ibi Abimelech sacerdos dedit illi hastam Goliathi Alienigenæ, et alimenta. Tunc Doec Idumæus (1. Reg. 22. 9. 10. sqq.), qui curabat mulas Saülis, præsens et hæc videns erat : ubi quæsusque accusavit Davidem et Abimelechum sacerdotem dicens : *Heri eram in urbe Noba, et ibi David erat : et Abimelech sacerdos dedit illi iratum, et hastam Goliathi Alienigenæ. Tunc Saül iratus et furore incensus, dixit militibus se stipantibus : Jugulate omnes in urbe Noba sacerdotes. Illi vero non ausi sunt manus inferre in sacerdotes, divino timore manus refrenantes, et ante manus animum. Tunc ad Doecum conversus Saül, dixit : Tu omnes sacerdotes Domini occide, et ne parcas ulli, non seni, non juveni, non mulieri, non virgini, non infanti, non lactenti ; usque ad asinum et ovem et vitulum omnes occide usque ad interneccionem. Tunc profectus Doec diviso populo sibi subdito, currit, aliosque urbem cingere jubet, ne quispiam posset effugere, et salutem suam consulere, alios autem in urbem ignem immittere jubet : ipse vero sicut leo paratus ad prædam impetum fecit contra eos qui in urbe erant, sicut contra oves in ovile cubantes, et occidit illo die trecentos quinquaginta sacerdotes ephod gestantes, et non pepercit seni, non juniori, non virgini, non mulieri, non infanti lactenti, omnes boves, necnon oves, vitulos et asinos, urbemque succendit igni. Tunc David re conspecta, fugiens dicebat : *Eripe me, Domine, ab homine malo, a viro iniquo eripe me*. Videre namque erat res immanissimas, juvenum et infantium commixtum cruorem, infantium summa labra maternis uberibus hærentia, immaturamque comam ante tempus detonsam, spicas ante tempus excisas, uvas nondum maturas, grandinis furore extinctas, mulierum cincinnos, quos occultari oportuerat, ut arcanum, in pompam expositos. Lineo enim velamine caput tegente rejecto, nuda calvaria comæ patebat, pectora nudata, quæ vel solis aspectum ernbescebant, et pudenda, quæ natura ipsa obtegere docebat. Equis vim tunc allatam enarrare possit? Quia igitur malus homo et vir iniquus talia perpetravit, ne cessemus Deum semper precari ac dicere : *Eripe me, Domine, ab homine malo, a viro iniquo eripe me*. Nec solum ore talia precemur, sed per bona opera nos dignos efficiamus, ut exaudiatur oratio nostra. Ita enim rogantes Deum exaudiemur, nec solum ab homine malo et a viro iniquo eripiet liberabitque nos ; sed etiam ex invisibilibus inimicis nostris nos redimet, et cum terrenis bonis etiam æterna nobis bona largietur. Præcipue autem caritatem mutuam sine dolo et sinceram servemus, et proprium lucram existimemus proximi nostri profectum. In hoc enim imitatores Dei, quantum possunt homines, efficiuntur. Etenim Deus noster caritas est et vocatur. Ipsi gloria et imperium, Patri et Filio et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.*

#### IN EXPOSITIONES SEQUENTES EX CODICE ANGLICANO DESUMPTAS.

nota habetur, qua indicatur annus, quo scriptus Codex fuit : Ἐγγραφή ἡ παροῦσα βιβλος τῶν Ψαλμῶν ἐν τῇ περιβολῆτι μονῆ τοῦ Γαλιθίου, προτροπῆ τοῦ πνευματικῶτος πατρὸς ἡμῶν ἱερομοναχοῦ κυροῦ Γαλακτιῶνος τοῦ τυφλοῦ, ἐν ἔτει 5ψ4γ. ἰνδ. ιγ'. Ἐστὶ δὲ ἡ ἐρμηνεία τοῦ ἡμισέως, βιβλοῦ τῶν Ψαλμῶν τοῦ ἐν ἀγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ Χρυσοστόμου. Hoc est : Scriptus est hic liber Psalmorum in celebri monasterio Galesii, hortatu sanctissimi patris nostri hieromonachi domini Galactionis cæci, anno 6793 (hoc est Christi 1285), indictione 15. Est autem interpretatio dimidiæ partis libri Psalmorum sancti patris nostri Joannis Chrysostomi archiepiscopi Constantinopolitani.

## PSALMUS LXXVII.

## 1. Intellectus Asaph.

1. Brevis est inscriptio : totus quippe Psalmus in texenda longa prophetia versatur. Quod autem ideo *Intellectus* inscribatur, ut quæ Judæis ob stultitiam suam accidere mala caveamus, docet initium : *Attendite, popule meus, legem meam : inclinate aurem vestram in verba oris mei*. Vides quantam prophetæ dignitatem adscribit Spiritus sanctus ut nos per prophetiam commonefaciat? Populum quippe Dei populum suum dicit, et legem Dei, legem suam : quia prudentium fidiorumque domesticorum possessiones heri esse videntur, ob suum erga heros affectum; ita ut Deus Moysi dicat : *Prævaricatus est populus tuus, quem eduxisti ex Ægypto (Exod. 32. 7)*. Quid est autem, *Attendite in legem meam*? Ne contemptim attingite, accurate scrutamini, et tunc aurem ad audiendum inclinate. Nam qui perfunctorie legem Dei audit, illam aut superfluam aut onerosam existimat, ideoque audire nequit : qui autem serio meditatur, is sentit ejus jugum suave, et onus leve esse, auremque suam inclinat ad verba prophetæ, id est, totam illis prophetiam tradit, amori quem erga illa habet, Spiritum, a quo omnia perficiuntur, adjiciens. 2. *Aperiam in parabolis os meum, loquar problemata ab initio*. 3. *Quæcumque audivimus et cognovimus ea, et patres nostri narraverunt nobis*. Etsi, inquit, priscorum temporum parabolæ, et problemata antiqua narraturus sim, attamen hæc loquens fide dignus sum; id enim auditu accepti ac didici : neque vero patres nostri carnales, sed sacerdotes et prophetæ illa tradiderunt. Pulchre autem non se solum audire vel nosse, sed cum pluribus significat cum ait : *Quæcumque audivimus et cognovimus ea* : quia communis omnibus hæc cognitio, cuncti prophetas audierant. Parabolæ et problemata dicit, quoniam historiae doctrinam admisceat, quod parabolarum et problematum in divinis Scripturis proprium est, in his se os aperire ait, ut et nos idipsam imitemur, Deo semper labiorum tamquam fructuum primitias offerentes; nec linguam ad quidquam aliud moventes priusquam ea loquuta fuerit quæ ad ejus placitum concinnata sunt. Ad hæc dicere possis prophetam assumere Domini personam : ipsius populus est humanum genus : ejus lex, antiqua illa præcepta. De illo Matthæus ait : *Ut impletur quod dictum est per prophetam dicentem : Aperiam in parabolis os meum, et eructabo abscondita a constitutione mundi (Matth. 13. 35)*. Quid vero nunc adjicit? *Quæcumque audivimus et cognovimus ea, et patres nostri narraverunt nobis*. Hæc humano generi competunt : ut autem ostendat ea quæ a se traduntur esse prophetarum dictis similia et consona : 4. *Non sunt occultata, inquit, a filiis eorum in generatione altera. Narrantes laudes Domini, et potentias ejus, et mirabilia ejus quæ fecit*. Quinam vero sunt de quibus supra dicebant, *Patres nostri narraverunt nobis*?<sup>\*\*\*\*</sup> (a)

2. *Non sunt occultata a filiis eorum in generatione altera*. Generationem alteram vocat gentes, de qua alibi quoque dicit : *Annuntiabitur Domino generatio ventura (Psal. 21. 32)*. Iidem autem ipsi vere Israelitis filii sunt, utpote qui ab illis veram erga Deum pietatem et religionem hereditate acceperint : quamobrem Paulus dicit : *Quorum adoptio filiorum, et cultus, et testamentum, et legislatio, et quorum patres (Rom. 9. 4)*. Hi itaque nobis ut Domini filios laudes annuntiaverunt. Neque enim sciremus quo pacto Deum laudare par esset, nisi prophetæ nos ante docuissent hæc

(a) Quæ sequuntur in Græco et numerum 1 claudunt, multiora sunt quam ut converti possint.

dicere : *Benedicite, omnia opera Domini, Domino (Dan. 3. 57)*; et rursus, *Laudate Dominum de cælis (Ps. 148. 4)*; iterumque, *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth (Isai. 6. 3)*, et quæcumque his similia. Ab his potentias Dei, et mirabilia quæ fecit didicimus; potentias, quas contra Pharaonem fortasse, vel contra Nabuchodonosorem, vel contra gigantes et alios hujusmodi exhibuit; mirabilia autem quæ cum Jobo fecit, cum Davide, cum Daniele, cum tribus pueris; aliisque qui in tentationibus coronati sunt. 5. *Et suscitavit testimonium in Jacob*. Quale, aut quando? Cum luctabatur cum illo Deus in torrente Jaboc. Palam quippe est, Deum in forma hominis luctatum fuisse, et ab illo se victum esse his testificator verbis : *Dimitte me, quia ascendit aurora; cui respondit Jacob : Non dimittam te nisi benedixeris mihi (Gen. 32. 26)*. Illud itaque miraculum testimonium est, quod et Christus sui secundum carnem divini adventus monumentum posuit. *Et legem posuit in Israel. Quæcumque mandavit patribus nostris nota facere ea filiis suis*. Ideo in Israel, inquit, legem posuit, etiamsi sciret eos legem transgressuros et violaturos esse, ut filiis suis, quos esse diximus eos qui ex gentibus converterentur, nota faceret quæcumque patribus nostri mandavit. Nostri itaque causa Judæorum populum legem accipit : nos quippe legem secundum spiritum et ut scopus est legislatori observamus : id quod clarius indicant ea quæ sequuntur : 6. *Ut cognoscat generatio altera. Qualis illa? Filii qui nascentur*. Videntur eum de gentibus dicere? Nondum enim illæ natæ erant ad veram religionem : sed per baptismum nascituræ erant : quamobrem filii nascituri jure appellatur, etiamsi lapsi essent propter idololatram. Bene igitur prædicit earum per fidem in Christum resurrectionem : *Et resurgent, et annuntiabunt ea filiis suis : 7. ut ponant in Deo spem suam, et non obliviscantur operum Dei, et mandata ejus exquirant*. Hæc enim vera est Dei scientia, ut aliis illam cognitionem tradant, et præceptum disciplina sibi filios pariant, quod utique fecerunt ii, qui in Christum crediderunt. Nemini quippe invident veræ erga Deum religionis notitiam : nec qui prius crediderunt, aliis viam occludere volunt; sed profitentur se spem in Deo habere, et non oblivisci operum ejus, et mandata ejus exquirere. Hæc quippe omnibus tum domesticis tum alienis quotidie ab Ecclesia prædicantur : in qua Paulus omnibus cujusque sexus clamat : *Filii mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis (Gal. 4. 19)*. Non perinde autem faciebant scribæ et Pharisei, qui clavem scientiæ acceperant, et nemini concedebant intrare : id enim Dominus, ipse miseris prædicans, declaravit, ut etiam in sequentibus dicitur : 8. *Ne fiant sicut patres eorum (Luc. 11. 52)*. Quia enim gentes ex Israele ortos jure sibi patres adscribebant, eo quod Christus natus esset ex illis : quorum quidam probi, ut prophetæ, veri sacerdotes, et quotquot legem accurate servabant; improbi rursus quotquot hanc dignitatem falso circumferabant; quoniam improborum et prævaricatorum mentionem facturus erat, necessario postquam patres memoravit, de quibus nunc mentionem faciat subjicit : *Generatio prava et exasperans : generatio quæ non direxit cor suum, et non fidus habitus est cum Deo spiritus ejus*. Etenim lingua tantum omnes fidem profitebantur, sed non toto corde, nec puro spiritu : quamobrem pravi erant et exacerbantes, et cor suum non direxerunt ad Deum, qui non ea quæ ex labiis, sed ea quæ ex animi affectu prodeunt vult accipere. Quos ne imitemur, lex ab illis neglecta nobis ad spirituale recordationem et ad correctionem data est. 9. *Filii Ephraim mandantes et mittentes arcubus, conversi sunt in die belli*. 10. *Non custodierunt testamentum Dei, et in lege ejus*

[ 722 ] ΨΑΛΜΟΣ ΟΖ'.

Συνέσεως τῷ Ἀσάφ.

α'. Σύντομος ἡ προγραφή· περὶ γὰρ τοῦ μήκους τοῦ τῆς προφητείας ὁ ψαλμὸς ἠσχόληται. Πλὴν ὅτι τούτου χάριν αὐτὸν ἐπιγράφει Συνέσεως, ἵνα τὰ κακὰ ἃ τοῖς Ἰουδαίοις ἐξ ἀνοίας συνέβη φυλαξώμεθα, δηλοῖ δὲ τὸν ἐξῆς τὸ προοίμιον· Προσέχετε, λαὸς μου, τῷ νόμῳ μου· κλίνετε τὸ οὖς ὑμῶν εἰς τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου. Ὁρᾶς ἤλικον ἀξιωμα τῷ προφήτῃ τὸ πνεῦμα περιτίθειεν, ἡμᾶς ἧ..... ταχὺν προτρέψαι..... προφητείας βουλόμενον; Λαὸν γὰρ αὐτοῦ τὸν τοῦ Θεοῦ λαὸν, καὶ νόμον αὐτοῦ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον καλεῖ· ἐπειδὴ τῶν φρονιμῶν αὐτῶν καὶ πιστῶν ἂ οἰκειῶν.....δ..... πρὸς τοὺς δεσπότης τὰ κτήματα, ὡς τε καὶ ὁ Θεὸς πρὸς Μωϋσέα ἔλεγεν· Ἐνώμητος ἔλαός σου, οὗς ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Τί δὲ ἐστὶ, Προσέχετε τῷ νόμῳ μου; Μὴ καταφρονητικῶς ψιλαφᾶτε, προσεχῶς ἐρευνησατε, καὶ τότε τὸ οὖς εἰς ὑπακοὴν κλίνετε. Ὁ μὲν γὰρ παρέργως ἀκούων τοῦ Θεοῦ τὸν νόμον, ἢ περιττὸν αὐτὸν ἢ φορτικὸν λογίζεται, ὅθεν αὐτοῦ τὸ οὖς ἀκούειν οὐ δυνήσεται· ὁ δὲ προσεχῶς μελετῶν, αἰσθάνεται ὅτι χρηστός· ὁ ἐξ αὐτοῦ ἠσυχός, καὶ ἔλαφρον τὸ φορτικόν, καὶ κλίνει τὸ οὖς εἰς τὰ ῥήματα τῆς προφητείας, τουτέστιν ὅλην αὐτοῖς τὴν προφητείαν παρέχει, ἀγάπη τῇ πρὸς αὐτά, καὶ τὸ πνεῦμα ἀφ' οὗ πᾶν ἐνεργεῖται θέμενος. Ἀνοξίω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, φθέρηται προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς. Ὅσα ἠκούσαμεν καὶ ἔγραψαμεν αὐτά, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν διηγήσαντο ἡμῖν. Εἰ καὶ παραβολὰς, φησί, τὰς τῶν ἄνωθεν χρόνων μέλλω καὶ προβλήματα ἀρχαῖα διαλέξασθαι, ἀλλ' ὅμως ἀξίπιστος ὑπάρχω περὶ τούτων φεγγόμενος· ἀκοή γὰρ αὐτὰ καὶ γνώσει μεμάθηκα, ἦν (ἰ.δ.) οὐχ οἱ πατέρες τῆς σαρκὸς, ἱερεῖς δὲ καὶ προφῆται ἔκδεδύκασι. Καλῶς δὲ οὐ μόνον ἀκούσαι, οὐδὲ γνῶναι, ἀλλὰ μετὰ πλειόνων ἐνδείκνυται, εἰπὼν, Ὅσα ἠκούσαμεν καὶ ἔγραψαμεν αὐτά· ἐπειδὴ κοινή πάντων ἡ τοιαύτη γνῶσις καὶ ἀκοή τῶν προφῆτῶν καθέστηκε. Παραβολὰς καὶ προβλήματα λέγει, ἐπειδὴ τῇ ἱστορίᾳ διδασκαλίαν ἀνέμιξεν, ὅπερ παραβολῶν τῶν ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς καὶ προβλημάτων ἴδιον· ἐν οἷς φησὶν ἀνοίγειν τὸ ἐλατὸν στόμα, ἵνα καὶ ἡμεῖς τὸν εἰρημένον [723] ζήλωσωμεν, ἀεὶ τῷ Θεῷ καθάπερ καρποῦ παντὸς, οὕτω καὶ τῶν χειλῶν ἀρχόμενοι, καὶ μὴ κινουῦντες τὴν γλῶσσαν, πρὶν ἂν ἐκείνα φθέγγῃται ὡςπερ αὐτὴν δ..... ἀρέσκειται. Ἡρῶς τούτοις ἑρεῖς τὸν προφήτην ἀναλαβεῖν τὸ τοῦ Κυρίου πρόσωπον· αὐτοῦ λαὸς ἡ ἀνθρωπότης, αὐτοῦ νόμος τὰ ἀρχαῖα προτάγματα. Περὶ αὐτοῦ Μωϋσῆος φησὶν· Ὅπως πληρωθῆ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· Ἀνοξίω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, φθέρηται κερκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Τί δὲ νῦν ἐπέγαγεν; Ὅσα ἠκούσαμεν καὶ ἔγραψαμεν αὐτά, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν διηγήσαντο ἡμῖν. Πρέποντα αὐτὰ τῇ ἀνθρωπότητι. Καὶ ἵνα δείξῃ τὰ παρ' αὐτοῦ τοῖς διὰ τὸν προφήτην οἰκία καὶ σύμφωνα· Οὐκ ἐνόησεν ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῶν εἰς γενεὰν ἑτέραν. Ἀπαγγέλλοιτες τὰς αἰρέσεις τοῦ Κυρίου καὶ τὰς δυναστείας αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ ἃ ἐποίησεν. Τίνες ἀνη..... περὶ ὧν ἔμπροσθεν ἔλεγον, Οἱ πατέρες ἡμῶν διηγήσαντο ἡμῖν, ἀλλ' ὑπὲρ..... σεν. σ..... σω τοῦτο αὐτῇ τῇ προφητείᾳ τάξας.

β'. Οὐκ ἐκρύθη ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῶν εἰς γενεὰν ἑτέραν. Γενεὰν δὲ ἑτέραν τὰ ἔθνη καλεῖ, περὶ ἧς καὶ ἀλλαγίᾳ φησὶν· Ἀπαγγελλήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη. Οἱ δὲ αὐτὸ καὶ τέκνα τοῦ βυτῶς Ἰσραὴλ χρηματίζουσιν, ὡςπερ αὐτῶν κληρονομήσαντες τὴν εἰς Θεὸν εὐσέθειαν· Ὅθεν καὶ Παῦλος ἔλεγεν, Ὁρῆ ἡ υἱοθεσία, καὶ ἡ λατρεία, καὶ ἡ διαθήκη, καὶ ἡ νομοθεσία, καὶ ὡς οἱ πατέρες. Οὗτοι τοῖνον ἡμῖν ὡς υἱοῖς τοῦ Κυρίου τὰς αἰνέσεις ἀνήγγειλαν. Οὐδὲ γὰρ τίνα χρὴ τρόπον αἰνεῖν τὸν Θεὸν ἐγγιζομενον, εἰ μὴ προφῆται ἡμᾶς προλαβόντες ἐδίδαξαν λέγειν, Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον· καὶ πάλιν, Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν· καὶ αὐτοῖς, Ἄγιος, ἄγιος, ἄγιος Κύριος Σαβωῶν, καὶ ὅσα τοῖτοις ὅμοια. Παρὰ τούτων τὰς

δυναστείας τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια ἃ ἐποίησε μεμαθήκαμεν· δυναστείας μὲν, ἅς κατὰ τοῦ Φαραὸς τυχόν, ἢ καὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ, ἢ καὶ τῶν γιγάντων, καὶ τοιούτων ἑτέρον ἐδέξατο· Θαυμάσια δὲ τὰ μετὰ τοῦ Ἰωβ, μετὰ τοῦ Δαυὶδ, μετὰ τοῦ Δανιὴλ, μετὰ τῶν τριῶν παιδῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν πειρασμοῖς στεφανωθέντων ἐποίησε. Καὶ ἀνέστησε μαρτύριον ἐν Ἰακώβ. Οἶον, ἢ πότε; Ὅτε ἐπάλασε μετ' αὐτοῦ ὁ Θεὸς ἐν τῷ χειμάρρῳ Ἰακώβ. Δῆλον γὰρ ὡς ἐν εἰδει σχήματος ἀνθρώπου ἐπάλασε ὁ Θεός, καὶ κρατεῖσθαι παρ' αὐτοῦ τούτοις μνηνεῖ τοῖς ῥήμασιν· Ἀπόλυσόν με, ὅτι ἀνέβη ὁ ὄρθρος· οἷς ἐπήγαγεν ὁ Ἰακώβ· Οὐ μὴ σε ἀπολύσω ἐὰν μὴ με εὐλογήσῃς. Ἐκείνη τοῖνον τὸ θαῦμα μαρτύριον, ὅπερ καὶ ὑπόμνημα ὁ Χριστὸς τῆς ἑαυτοῦ κατὰ σάρκα θεοσυνείας ἔθετο. Καὶ νόμον ἔθετο ἐν Ἰσραὴλ. Ὅσα ἐνετέλλετο τοῖς πατράσιν ἡμῶν, τοῦ γνωρίσαι ἀπὸ τῶν υἱοῦ αὐτῶν. Τούτου χάριν ἐν τῷ Ἰσραὴλ νόμον, φησὶν, ἔθετο, καίτοι παραβαίνειν αὐτοὺς καὶ ἀθετεῖν τὰ νόμιμα μέλλοντας, ἵνα τοῖς υἱοῖς αὐτῶν (εἶναι δὲ τοὺς ἐξ ἔθνων ἐπιστρέφοντας ἐφημεν) γνωρίσῃ ὅσα τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐνετέλλετο. Οὐκ οὖν ἡμῶν χάριν ἔλαβον τῶν Ἰουδαίων νομοθεσίαν δέχεται· ἡμεῖς γὰρ τὸν νόμον κατὰ πνεῦμα καὶ ὡςπερ σκοπὸς τῶν νομοθέτη φυλάττομεν· σαφέστερον δὲ μνηνεῖ τὰ ἐπόμενα· Ὅπως ἂν γῆφ γενεὰ ἑτέρα. Ποία; Υἱοὶ τεχθῆσόμενοι. Θεωρεῖς ὅτι περὶ τῶν ἐθνῶν λέγει; Οὕτω γὰρ ταῦτα θεχθέντα ὑπήρχον εἰς εὐσέθειαν· Ἐμελλε δὲ διὰ βαπτισματός τινασθῆναι· ὅθεν υἱοὶ τεχθῆσόμενοι δικαίως ἐλέγοντο· ἀλλὰ καὶ πεπτωκότα διὰ τὴν εἰδωλολατρείαν. Καλῶς οὖν προφητεία (sic) αὐτῶν, τὴν ἐσομένην διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν ἀνάστασιν· καὶ ἀναστῆσονται καὶ αἰμαγγελοῦσιν αὐτὰ τοῖς υἱοῖς αὐτῶν· Ἰνα θάνατοι ἐπὶ τὸν Θεὸν τὴν ἐλπίδα αὐτῶν· καὶ μὴ ἐπιλάθωται τῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰς ἐντελελίας αὐτοῦ ἐκζητήσωσι. Τούτο γὰρ γινώσκεις ὄντως Θεοῦ, τὸ μεταδύναμι καὶ ἄλλοις τῆς γνώσεως, καὶ υἱοῦς τῇ μαθητείᾳ τῶν ἐντολῶν ἐργάσασθαι· ὅπερ σαφῶς πεποιθήκασι οἱ εἰς Χριστὸν πιστεύσαντες· οὐδὲν γὰρ τῆς θεογνωσίας ἐβάσκανον· οὐδὲ ὅσοι προλαβόντες ἐπίστευσαν, ἀποκλείσται τοῖς ἄλλοις τὴν ὁδὸν βούλουται· ἀλλὰ παρεγγυῶσιν ἐπὶ τὸν Θεὸν τὴν ἐλπίδα ἔχειν, καὶ μὴ ἐπιλανθάνεσθαι τῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ. [724] ἐκτρέψῃ δὲ αὐτοῦ καὶ τὰς ἐντολὰς. Ταῦτα γὰρ πᾶσι τοῖς οἰκείοις καὶ τοῖς ἄλλοις τῆς ἡμέρας ἐκάστης ὑπ' Ἐκκλησίας κηρύττεται· ἐν ἧ Παῦλος πᾶσι καὶ πασαι βοᾷ· Τεκνίον μου, οὗς πάλιν ὠδίνω, ἄχρως οὐ μορφωθῆ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. Οὐχ οὕτως δὲ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι ἐποιοῦν, τὴν κλείδα λαμβάνοντας τῆς γνώσεως, καὶ μηδὲν συγχωρῶντες εἰσελθεῖν· τοῦτο γὰρ αὐτοὺς ὁ Κύριος ταλανίζων ἐδῆλωσεν· ὡς φησὶ τὰ ἐπόμενα· Ἰνα μὴ γένωται ὡς οἱ πατέρες αὐτῶν. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἔθνη τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ πατέρας δικαίως διὰ τὸ εἶναι τὸν Χριστὸν ἐξ αὐτῶν ἐπιγράφεται· ὡς οἱ μὲν χρῆστοι προφηταὶ καὶ ἱερεῖς οἱ βντως, ὅσοι ταύτας ψευδῶς τὰς ἀτίβας περιέκειντο· ἀλλὰ ἐπειδὴ πονηρῶν μνημονεύειν καὶ παρανόμων ἔμελλεν, ἀναγκαίως πατέρας εἰπὼν ἀνία..... b περὶ ὧν λέγεται προσέθηκεν· Γενεὰ σχολία καὶ παραπικραίνουσα· γενεὴ ἧτις οὐ κατεύθυνε τὴν καρδίαν αὐτῆς, καὶ οὐκ ἐπιστάθη μετὰ τοῦ Θεοῦ τὸ πνεῦμα αὐτῆς. Γλῶττη γὰρ πάντες μόνη τὴν πίστιν ἐπηγγέλλαντο, οὐχὶ δὲ ὅλην καρδίαν καὶ καθαρῶ τῷ πνεύματι· ὅθεν ἦσαν σχολιοὶ καὶ παραπικραίνοντες, καὶ τὴν καρδίαν οὐ πρὸς τὸν Θεὸν κατεύθυναν, οὐ τὰ ἀπὸ τῶν χειλῶν, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῶν κινήματων τῶν ἐν ψυχῇ βουλόμενον δέχεσθαι. Οὗς ἵνα μὴ ζηλώσωμεν, ὁ νόμος ἡμῖν ὁ παρ' ἐκείνων ἀμεληθεῖς, εἰς ἀνάμνησιν πνευματικῆν καὶ καθόρθωσιν δέδοται. Υἱοὶ Ἐφραῖμ ἐντείνοντες καὶ βάλλοντες τόξοις ἐστράφησαν ἐν ἡμέρᾳ πολέμου. Οὐκ ἐφύλαξαν τὴν διαθήκην τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ οὐκ ἠβουλήθησαν πορεύεσθαι. Ἀπὸ τῆς μεζονος φυλῆς ὄλον τὸν λαὸν τοῦ Ἰσραὴλ τὶν ἀποσχισθέντο τοῦ Ἰουδα ἐδῆλωσεν· ὁ γὰρ Ἐφραῖμ ἐν ταῖς δέκα φυλαῖς ταῖς ὑπὸ τὸν Ἰερροβόμυ γενομέναις ἐπάρουσαν. Οὕτω τοιγαροῦν καὶ τοὺς ἄλλους προφήτας τὸν Ἰσραὴλ εὐρήσεις ὀνομάζοντας. Ἀγλοῖ δὲ Ὠσέ· φησὶ γὰρ· Τὶ ποιήσου

a Locum intricatum, atque, ut videtur corruptum divinando et rctimus.

b Sic in apographo nostro, vox vitiosa. Amanuensis in manuscriptis, ἀπειρ, quae vox non potest ad seriem quadrare.



σοι, Ἐφραΐμ; τί ποιήσω σοι, Μαρασσῆ; τί ποιήσω σοι, Ἰούδα; Ἰούδα μὲν τὰς δύο φυλάς καλῶν, ὧν ὁ οἶκος τοῦ Ἰούδα ἐθαύραθεν· Ἐφραΐμ αὖθις τὰς ἑκα· ἐπειδὴ περ ἡ φυλὴ τοῦ Ἐφραΐμ τῆν τούτων βασιλείαν ἐκέκτητο. Οὗτοι τοίνυν Ἐντεινοντες καὶ βάλλοντες τύξουσ· ἦν γὰρ αὐτοὶ θεοσεβεῖαι ὄργανα. Ἐστράφησαν ὁμοῦ εἰς φυγὴν, ἐδύλον ἐν ἡμέρᾳ τοῦ νοητοῦ πολέμου, νῦτα τοῖς ἐχθροῖς δεδωκότας τοῖς δαίμοσι. Τί δὲ αὐτοὺς εἰς φυγὴν τραπήναι καὶ νῦτα δούναί τοις ἐχθροῖς παρεσκεύασε; Ἰδὲ μὴ φυλάξαι τὴν διαθήκην τοῦ Θεοῦ, μὴδ' ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ πορευθῆναι. Καὶ τότε τοῦτο ὑπέστησαν; Ἡνίκα δύο δαμάλεις χωνευτάς προσεκύνησαν. Ὅθεν αὐτοὶ τὰ ἐξῆς τραφόμεν ἐπήγαγε· Καὶ ἐπελάθοντο τῶν εὐεργεσιῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν θαυμασιῶν αὐτοῦ, ὧν ἔδειξεν αὐτοῖς, ἐναντίον τῶν πατέρων αὐτῶν· ἃ ἐποίησε θαυμάσια ἐν γῆ Αἰγύπτῳ, ἐν πεδίῳ Τάνως.

Υ. Ἐνδλίγοις ὅλα τὰ κατὰ τὴν Αἰγύπτου ἐμνημόνευσε θαύματα, ὧν αὐτοῖς ὀνειδίξει λήθην. Οὐ γὰρ ἂν τὸν εὐεργετὴν κατέλιπον, εἰ μὴ διὰ μέγεθος ἀγνωμοσύνης τὰς εὐεργεσίας ἀπὸ τῆς μνήμης ἐξέβαλον, καὶ τὰ θαυμάσια ὧν τοὺς πατέρας ἐκτίσαντο μάρτυρας, αὐταῖς τὰ σημεῖα παραλαβόντες ταῖς ὕψεσιν, ἅπερ ἐν τῷ πεδίῳ Ἰάνεως γεγενῆσθαι παρέθετο· ἐπειδὴ ταύτην ὁ Φαραὼ πέντι ὄσους ἀρχαιοτέρων οἰκῶν ὑπέρχεν καὶ μείζονα· πέντι δὲ ἀρχαιοτέρα ἢ Τάνις, ἢ θεία δηλοῖ Γραφή. Βουληθεὶς γὰρ τῆς Χεθρών τὸ λίαν ἀρχαῖον προσμαρτυρήσαι, πρὸς τὴν Τάνιν ἐποιεῖτο τὴν συγκρίσιν· λέγει δὲ οὕτως· Ἢ δὲ Χεθρών ᾠκοδομηθῆται, ἦγον τὰ τοῦ Φαραὼ βασίλεια. Διέβρῆξε ἡ θάλασσαν, καὶ διήγαγεν αὐτοὺς· παρέστησεν ὕδατι ὡσεὶ ἄσκον. Πολλὴν ἐνταῦθα τὸ θαυματουργοῦντος παρέστησε δύναμιν· ἐτι τὴν θάλασσαν πρὸς τὴν τοῦ λαοῦ πάροδον περῶν.... δέο.... \* ἐχέρσωσεν ὁμοῦ, ἀλλ' ὡς οἰκίου στοιχείου φειδόμενος, εἰς δύο ταύτην ἐμέρισε. Τοῦτο γὰρ ἐστι τὸ, Διέβρῆξεν. Εἶτα κυρτώσας καθάπερ ἄκνον, ἐκάτερον χεῖλος τοῦ μεριζθέντος ὕδατος, γῆν ἐν μέσῳ.... τῆς θαλάσσης γυμνωθεῖσης ἔδωκε τοῖς ὀδεύουσι· διόπερ τοῦ λαοῦ περαιοθέντος, εἰς τὴν ἐαυτῆς χώραν ἐπαφίχθη [725] τὴν θάλασσαν. Καὶ ὠδήγησεν αὐτοὺς ἐν νεφέλῃ ἡμέρας, καὶ ὄλην τὴν νύκτα ἐν φωτισμῷ πύρρος. Θεωρεῖ; τῆς τοῦ θαυματουργοῦντος προνομίας τὸ μέγεθος; Ἐπειδὴ γὰρ σημεῖον πρὸς τὴν ἔδω ἐρήμην οὐσαν καὶ παρ' αὐτῶν ἀγνωμομένην ἐχρῆζον, οὐ τῆς χρείας μόνως, ἀλλὰ καὶ τῆς ὠφελείας; ἐπεμελήθη τούτων οἱ τὸ σημεῖον ἐδέχοντο. Διόπερ αὐτοὺς νεφέλῃ μὲν ἐν ἡμέρᾳ παρέσχεν, ἀπὸ τοῦ ἡλιακοῦ σκιαζούσαν καύσωνος· στυλον δὲ πυρὸς ἐν νυκτὶ, πρὸς τῷ φωτὶ καὶ θερμῷ (ἤγροτέρα γὰρ ἢ νύξ καὶ ψυχροτέρα) παρέχοντα. Ὅστε καὶ ἡμεῖς ὅταν Θεοῦ ὀδηγοῦντος ὀδεύωμεν, καύσωνος μὲν ἠδονῶν ἐπελθόντος, τὴν νεφέλην τῆς μετανοίας.... ὁμῶν ψυγίσις δὲ τῆς ἀγάπης, τῷ ζῆλῳ ταύτην καθάπερ στυλῷ πυρὸς, .... εν.... τες, ἀνάπτειν δυνησόμεθα. Διέβρῆξε πέτρων ἐν ἐρήμῳ, καὶ ἐπότισεν αὐτοὺς ὡς ἐν ἀβύσσῳ πολλῇ. Καὶ ἐξήγαγεν ὕδωρ ἐκ πέτρας, καὶ καθήγαγεν ὡς ποταμοὺς ὕδατα. Τάχα ποῦ τινες δοκοῦσιν, ὅτι δι; τὸ αὐτὸ σημεῖον ὁ προφήτης ἐξέθετο· ἔχει δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ δευτερον αὐτοῖς τὸ ὕδωρ ἐκ πέτρας ὁ Μωϋσῆς ἐξήγαγεν, ἅπαξ μὲν ἐν τῇ ἐρήμῳ Χωρῆθ, τὸ δὲ δευτερον ἐν Κάδης, ἐνθα Μαριάμ ἐτάφη τελευτήσασα· εἰς πλησμονὴν δὲ ἐκάτερον, ὡστε τὸ, Ἐν ἀβύσσῳ πολλῇ, λέγεσθαι· ἐπειδὴ οὐχὶ ποταμῷ, ἀλλὰ πολλοῖς διὰ τὸ πλῆθος ἦν ἱκανὸν τὸ ὕδωρ παραβάλλεσθαι. Τοῦτο γὰρ ἦν σύστασις, ὅτι πρὸς ἀλήθειαν, οὐχὶ δὲ φαντασίαν αὐτοὺς ἐγεργόνει τὰ θαύματα. Καὶ προσέθετο ἐτι τοῦ ἀμαρτάνειν αὐτῷ. Δεινὴν καθήγορίαν τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων ἐξέθετο, ὅτι τηλικαῦτα δεχόμενοι θαύματα, δέον τῶν ἀρχαίων ἀμαρτημάτων ἀπέχεσθαι, ἔτερα ὁμοῦ ἐκείνοις προσέβηκαν, οὐχ ἀπλῶς ἀμαρτάνοντες, ἀλλ' αὐτῶν, τουτέστιν εἰς αὐτὸν πλημμελοῦντες τὸν τὰ σημεῖα παρέχοντα· διόπερ ἐπήγαγεν. Παρεπίκραναν τὸν Ὑψίστον ἐν ἀνδρῶν. Πῶς παρεπίκραναν; Οὐ διψήσαντες, οὐδὲ ὕδωρ αἰτήσαντες, ἀλλὰ φαυλίζοντες καὶ λοιδοροῦντες τὸν παρέχοντα. Ὅθεν οἱ τῶν θαυμάτων χῆρος, ὁ μὲν ὕδωρ ἀντιλογίας, ὁ δὲ πειρασμὸς ἐλέγετο καὶ λοιδορήσις; διὰ τὸ πειράζειν αὐτοὺς Κύριον λέγοντας, Εἰ ἐστὶ Κύριος ἐν ἡμῖν, ἢ οὐ; Τοῦτο γὰρ αὐτῇ λέξει Μωϋσῆς ὁ νομοθέτης ἐξέθετο. Τούτοις σαφῶς εἰκοιε τὰ ἐχόμενα· Καὶ ἐξεπέλασαν τὸν Θεὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, τοῦ αἰτήσαι βρώματα ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν.

\* Sic crasis in ms. litteris apographum expressum est.

Θεωρεῖ; ὅτι τὸν Θεὸν ἐπείραζον, εἰ δύναται χορηγεῖται κατὰ τῆν ἐρημον βρώματα· ὡστε ἀπὸ κακίας, οὐχὶ δὲ ἐξ ἐνδείας ὑπέρχε τοσοῦτον ἡ αἰτίας· τοιγαροῦν οὐδὲ ἀπλῶς, βρώματα, ἀλλὰ, Ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν, τουτέστι καὶ τὰς ἐαυτῶν ἡδονάς, καὶ τὰς τῆς ψυχῆς ἐπιθυμίας θβούλοτο περὶ σικῶν καὶ πεπνῶν καὶ κρομμύων ὡς σπανιζόντων γογγύζοντες. Καὶ καταλάλησαν τὸ Θεοῦ, καὶ εἶπον. Δεινὸν μὲν καὶ τοῦ τυχόντος καταλαλεῖν· διόπερ φησὶν ὁ Δαυὶδ· Τὸν καταλαλοῦντα λίδρα τοῦ πηλίστου αὐτοῦ, τοῦτον ἐξεδίωκον· δεινότερον δὲ δεσπότη· τιμωρία γὰρ τὸν καταλαλοῦντα διαδέχεται· ἀλλὰ Θεοῦ δεινότητον, ἐπειδὴ καὶ πατὴρ ἡμῖν καὶ δεσπότης καὶ τροφεὺς ὁ Θεός, καὶ πᾶν ὅπερ ἂν εἴποις εὐεργεσίας ἢ δυναστείας, ἐχόμενος. Δεῖ τοίνυν ἢ φόβῳ τῆς αὐτοῦ δυναστείας, ἢ ἀγάπῃ τῆς παρ' αὐτοῦ εὐεργεσίας, τῆς εἰς αὐτὸν λοιδορίας ἀπέχεσθαι. Τί δὲ ὁμοῦ καταλάλουν; Μὴ δυνησται ὁ Θεός ἐτοιμάσαι τράπεζαν ἐν ἐρήμῳ; Ἐπεὶ ἐπάταξ πέτρων, καὶ ἐβρύθησαν ὕδατα, καὶ χειμαρρῷοι κτεκκλύθησαν· μὴ καὶ ἄρτον δύναιται δούναί, ἢ ἐτοιμάσαι τράπεζαν τῷ λαῷ αὐτοῦ; Χελεπῆ τῶν βλασφημιῶν ἄρα καὶ παρανομῶν ἡ τύρλωσις. Ἄφ' ὧν γὰρ ἔδει μεγάλη παρὰ Θεοῦ στογάζεσθαι, καὶ θαρρῆναι ὅτι πάντα δύναται, ἀδυνατεῖ δὲ αὐτῇ οὐδὲν, ἐκ τούτων τὰ περὶ αὐτοῦ ἀπαγορεύουσι, μονονοῦσι καὶ ταῦτα λέγοντες· εἰ καὶ ὕδωρ ἐχορήγησεν, ἀλλὰ τροφὴν χορηγήσαι οὐ δύναται, ὡς κάμνοντος αὐτοῦ ἐπὶ τῷ θαυματουργεῖν, καὶ τὴν φιλοτιμίαν τοῖς προλαβοῦσι σημεία δαπανήσαντος· ἐφ' οἷς εἰκότως κινεῖται· δηλοῖ δὲ τὰ ἐπόμενα. Διὰ τοῦτο ἦκουσε Κύριος καὶ ἀνεβόλετο· τουτέστι, Πρὸς ὄρηγιν ἐκινήθη· οὕτω γὰρ Θεοδότην καὶ οἱ τὴν πέμπτην ἐκδέδεύκασαι.

δ. Διὰ τί δὲ τὴν ἀναβολὴν ἐπὶ τῆς ὄρηγῆς ἐξέλαβον [726] ἐκάτεροι; Οὐ μάτην γὰρ τοῦτο, ἀλλ' ἐπειδὴ συμβαίνει· ὡς τὰ πολλὰ τοῖς ὑπὸ θυμῷ κενικημένοις ἀναβάλλεσθαι τὴν στολήν, ἐπειγομένοις ὡπερ εἰς ἐκδίκησιν· σύνθεσις δὲ τοῖς προφήταις περιτιθέναι τῷ Θεῷ τὰ ἀνθρώπων σχήματα, ἴνα ταῦτας (sic) τὸ ποῖον ἐκάστης ἐνεργείας ἦσπερ ενεργεῖ δεῖξωσιν. Ὅτι δὲ ἀναβολὴν ἐνταῦθα τὴν κίνησιν τῆς ὄρηγῆς τὴν ταπεινὰ ἐκάλεσεν, ἄκουε τὰ ἐπόμενα. Καὶ πῦρ ἀνήψθη ἐν Ἰακώβ, καὶ ὄρηγ ἠνέθη ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ. Ὡς γὰρ ὄρηγθέντος Θεοῦ, πῦρ κατὰ τὸν παρασκευασάντων τὴν ὄρηγιν ἐξῆλθεν εἰς ἐκδίκησιν. Αἰτία δὲ τίς; Ὅτι οὐκ ἐπιστεύσαντο ἐν τῷ Θεῷ, οὐδὲ ἠλείψαν ἐπὶ τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Παροξύνεται γὰρ ὁ Θεός ἀπιστούμενος, ἐπειδὴ πᾶς ἀπιστῶν Θεῷ, οὐδὲ κρίσιν προσδέχεται, ἀλλὰ καὶ φαυλίζει τὸν αὐτοῦ νόμον· εἰ δὲ τὸν θεῖον, πολὺ μᾶλλον τὸν ἀνθρώπων· καὶ σύγχυσιν ἐνεθεῖν ἢ καλ' ἡμᾶς, πολιτεία ὕφισταται. Τί γὰρ μὴ ὀκνήσουσιν εἰπεῖν οἱ μὴ πιστεύοντες εἰς τὸν Θεόν, μηδὲ εἰς τὴν παρ' αὐτοῦ σωτηρίαν ἐλπίζοντες; Ὅμοῦ δὲ αὐτοὺς διαβάλε, ὡς μὴ μόνον εἰς τὸν Πατέρα ἀπιστοῦντας, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν Υἱὸν ἀπιστήσαντας. Διό φησιν· Οὐδὲ ἠλείψαν ἐπὶ τὸ σωτήριον αὐτοῦ· τὸν Χριστὸν λέγων, ὄνπερ σωτήριον πολλοῖ μὲν τῶν προφητῶν, σαφῶς δὲ καὶ Λυμεῶν λαβὼν ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἰνώμασε. Καὶ ἐνστελλετο νεφέλαις ὑπεράνωθεν· καὶ θύρας οὐρανοῦ ἀνέψαξεν. Νεφέλαις ὑπεράνωθεν τὰ· ἐν ὕψει λέγει· διόπερ αὐτὰ; καὶ θύρας οὐρανοῦ, ὡς προβεβλημένας τὸ οὐρανῷ, προσηγόρευσεν· εἰσὶ γὰρ τινες τῶν νεφελῶν περιγαῖοι, ὡστε καὶ τῶν ὀρέων αὐτὰς κατωτέρας εὐρίσκεσθαι. Καὶ ἔβρεξεν αὐτοῖς ἰμάντα φαγεῖν, καὶ ἄρτον οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς. Ἄρτον ἀγγέλων· ἔφαγεν ἄνθρωπος, ἐπισπισμὸν ἀπέστειλεν αὐτοῖς εἰς πλησμονήν. Μήποτε γὰρ δι' ἀδυναμίας τὸ πληρῶσαι τὴν αἰτίαν τὸν Θεὸν ὀργισθῆναι νομισώσι, τὴν μὲν βλασφημίαν καὶ οὐκ αἰτούντων, πῶς δεῖ πρεσβεύεσθαι παρὰ Θεοῦ, πῦρ ἐν αὐτοῖς ἀνάφας ἐπήγαγεν, ὡστε καὶ τὸ χωρίον ἐμπυρσῶν, πολλῆς ἐν αὐτῷ τοῦ λαοῦ μοίρας ἐμπρησθεῖσι, ἰνομάζεσθαι. Μετὰ δὲ τοῦτο τὰ αἰτηθέντα ἔδωκεν. Ἄρτον γε μὴν οὐρανοῦ καὶ ἄρτον ἀγγέλων τὸ μάννα καλεῖ, ἐπειδὴ περ οὐ γερσιν ἀνθρωπίναις παρεσκεύαστο· εἰ οὐρανοῦ δὲ, ἐνθα τῶν ἀγγέλων ὁ χορδός, ἐφέρετο. Ἐπισπισμὸν γὰρ αὐτοῖς ποῖον εἰς πλησμονὴν ἀπέστειλεν, ἔχει σαφῶς τὰ ἐπόμενα· Ἄπῃρε νότος ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἐβρέξεν ἐπ' αὐτοὺς ὡσεὶ χροὺν σάρκα, καὶ ὡσεὶ ἄμψον θαλασσῶν πετεινὰ περωτὰ. Ἐτοιμα τῷ Θεῷ τὰ ἀγαθά· καρῷ δὲ ὁμοῦ παρ' αὐτῷ τῷ δόντι φυλαττόμενα. Ὅθεν τὸν τῶν Ἰουδαίων λαὸν κορήσαι βουλόμενος, οὐ κοινήν τινα (ἢ κοινήν τινα) δημοκρατίαν παρήγαγε νότον



noluerunt anibulare. A majori tribu totum populum Israel a Juda abscissum declaravit: Ephraim namque in decem tribus quæ sub Jeroboamo erant primas tenebat. Sic etiam reliquos prophetas Israellem nominare comperies. Id declarat Osee his verbis: *Quid faciam tibi, Ephraim? quid faciam tibi, Manasse? quid faciam tibi, Juda* (Osee 6. 4)? Judam vocans duas tribus, quibus imperabat domus Juda; Ephraim vero decem tribus, quoniam tribus Ephraim in eas dominatum obtinebat. Hi itaque *Intendentes et mittentes arcubus*: erant enim hæc eis religionis instrumenta. In fugam tamen versi sunt, nempe in die spiritualis belli, terga inimicis dæmonibus dederunt. Quid autem in causa fuit ut fugam facerent, et hostibus terga darent? Quod non custodissent testamentum Dei, et in lege ejus non ambulassent. Et quandonam id accidit eis? Quando duas juvenecas constilites adoraverunt. Quare ea quæ sequuntur deplorans prosequitur: 11. *Et oblitit sunt benefactorum ejus, et mirabilium ejus quæ ostendit eis*, 12. *coram patribus eorum: quæ fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Taneos*.

3. Paucis omnia quæ in Ægypto contigerunt miracula commemoravit, quorum ipsis oblivionem exprobrat. Neque enim benefactorem reliquissent, nisi ob ingratum animum beneficiorum memoriam obliterassent, necnon miraculorum quorum patres suos testes habebant, qui ipsis oculis ea signa perceperunt, quæ in campo Taneos facta esse recenset: quia Tain Pharaon, utpote antiquiorem et majorem aliis incolebat; quod autem antiquior esset Tanis, id sacra Scriptura declarat. Cum vellet enim remotissimam Chebronis antiquitatem testificari, eam cum Tani comparat, ita dicens: *Chebron autem constructa est, antequam Tanis in Ægypto construeretur* (Num. 13. 23): videlicet regia Pharaonis. 13. *Dirupit mare, et perduxit eos; statuit aquas quasi utrem*. Magnam hic mirabilium patris virtutem ostendit. Cum mare ad populi transitum divisurum esset, non exsiccat tamen, sed quasi proprio elemento parcens, in duopsum divisit. Hoc enim est illud, *Dirupit*. Deinde utrumque latus divisæ aquæ colligens et attollens, in medio divisæ aquæ evacuato mari, terram dedit trans-eantibus calcandam: quamobrem cum populus pertransisset, in suum locum mare reduxit. 14. *Et deduxit eos in nube diei, et tota nocte in illuminatione ignis*. Vident providentiæ Dei mira operantis magnitudinem? Quia enim signo opus habebant, ad viam desertam et ignotam permeandam; non solum necessitati, sed etiam utilitati prospexit eorum qui signum acceperunt. Quapropter nubem ipsis per diem præbuit, quæ illos a solis æstu obtegeret: columnam autem ignis in nocte, ad illuminationem, quæ simul et calorem (nam humidior nox est et frigidior) suppeditaret. Itaque nos etiam quando Deo duce iter facimus, æstu voluptatum ingruente pœnitentiæ nubem obtendamus: refrigerante autem caritate, zelo ipsam quasi columnam ignis rursus accendere poterimus. 15. *Dirupit petram in deserto, et potavit eos velut in abyso multa*. 16. *Et eduxit aquam de petra, et deduxit tanquam flumina aquas*. Forte quibusdam videatur, his idipsum signum a propheta narrari: at res non ita se habet, sed Moyses bis aquam eduxit ex petra, primo in deserto Choreb, secundo in Cades, ubi Maria mortua et sepulta est: abundanter autem utrobique, ita ut dicatur, *In abyso multa*; quoniam non uni tantum, sed plurimis fluvis erat tam copiosa aqua comparanda. Illud enim demonstrabat miracula illa non phantasmata fuisse, sed rei veritatem. 17. *Et apposuerunt adhuc peccare ei*. Gravem intentat accusationem in populum Judaicum, quod tanta perspicientes miracula, cum oportuisset eos a prioribus peccatis abstinere, nova ipsi scelera adderent, non modo peccantes, sed *Ei*, id est, adversus eum, qui signa præberet; ideo subjunxit: *Exacerbaverunt Excelsum in iniquoso*. Quomodo exacerbaverunt? Non quod sicut, non quod aquam peterent; sed quod largitorem vilipenderent et probris afficerent. Quan-

obrem ex locis, ubi miracula edebantur, alius Aqua contradictionis (Num. 20. 13), alius Tentatio vocabatur et Calumnia, quod ipsi Dominum tentarent, ac dicerent: *An est Dominus in nobis, necne* (Exod. 17. 7)? Id enim ipsis verbis legislator Moyses retulit. His prorsus similia sunt quæ sequuntur: 18. *Et tentaverunt Deum in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis*. Vides eos Deum tentavisse, ut probarent an posset in deserto escam suppeditare: itaque ex malignitate potius quam ex indigentia hæc petitio protecta est: ideo non simpliciter, *Escas*; sed, *Animabus suis*, hoc est pro voluptate sua et animi concupiscentia petebant, dum de cucumerum et peponum aliorumque penuria murmurarent. 19. *Et mule loquuti sunt de Deo, et dixerunt*. Grave est vel contra vulgi hominem obloqui; quamobrem ait David, *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar* (Psal. 100. 5); gravius autem est contra dominum: supplicium enim obloquentem excipit; gravissimum autem contra Deum, quia pater, dominus et nutricius noster est Deus, qui quantumlibet dicere possis beneficentiam et potentiam obtinet. Oportet itaque aut ejus potentie timore, aut ejus beneficentie amore, a contumeliis in ipsum proferendis abstinere. Sed quid tandem obloquebantur: *Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?* 20. *Quoniam percussit petram et fluxerunt aquæ, et torrentes inundaverunt: numquid et panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?* Gravis blasphemorum et iniquorum cæcitas. Ex quibus enim magna de Deo conjicere par erat, et confidere ipsum omnia posse, nihilque ipsi impossibile esse, ex his ipsis de ejus potestate desperant, propemodum ita loquentes: *Etsi aquam suppeditaverit, escam tamen dare non potest, quasi in patrandis miraculis infirmior factus esset, et potentiam exhausisset erga eos qui priora signa acceperant: propterea jure irascitur, ut sequentia indicant.* 21. *Ideo audivit Dominus, et rejecit* id est, *Ad iram concitatus est*; sic enim Theodotus et Quinta ediderunt.

4. Cur autem in ira rejectionem acceperunt utriusque? Non frustra id factum est; sed quia sæpe contingit eos qui ira commoveantur amictum rejicere quasi ad ultionem se comparantes: solentque prophete humanos habitus Deo adscribere, ut per eos singularum ejus operationum modum doceant. Quod autem celerem iræ motum rejectionem vocaverit, audi ex sequentibus. *Et ignis accensus est in Jacob, et ira ascendit in Israel*. Ut pote irato Deo, ignis contra eos qui iram accenderant exiit in ultionem. Qua de causa? 22. *Quia non crediderunt in Deo, nec speraverunt in salutari ejus*. Irritatur vero Deus cum fides illi non habetur: quia quisquis fidem non habet Deo, nec judicium admittit, sed etiam ejus legem contemnit: si divinam legem, multo magis humanam: hincque confusio in vitam hominum invehitur. Quid enim non audebunt dicere qui non credunt in Deum, nec in salutari ejus sperant? Simul autem eos incusat, non modo quod in Patrem, sed etiam quod in Filium non crediderint: ideo dicit: *Nec speraverunt in salutari ejus*: Christus dicit, quem multi prophetæ salutare vocarunt, clarius autem Symeon, qui in ulnas illum accepit. 23. *Et mandavit nubibus desuper, et januas cæli aperuit* (Luc. 2. 30). Nubes desuper eas, quæ in sublimi positæ sunt, dicit: quapropter illas etiam januas cæli nominavit, quia ante cælum prætenduntur: sunt enim quædam nubes terræ viciniores, ita ut etiam montibus humiliores deprehendantur. 24. *Et pluit illis manna ad manducandum, et panem cæli dedit eis*. 25. *Panem angelorum manducavit homo, comneatum misit eis ad saturitatem*. Ne quod non posset petitionem implere Deum iratum esse putarent, petitionem, inquam, blasphemorum, nec ro-

<sup>1</sup> In Græco, ἐπιέθετο. Vulg., *distulit*: quam interpretationem non admittit hic, quisquis est, Anonymus; nam apud eum ἐπιέθετο est *reputit, reject*. Lectio autem Theodotiana et Quinta, *ad iram concitatus est*, non est in nostra Hexaplorum editione.

gantium quo pacto apud Deum negotiari oporteat, ignem in eos urentem immisit, ita ut locus incendium vocaretur, quod in eo magna populi pars igne consumpta esset (Num. 11. 3). Postea vero quæ petierant dedit. Panem cæli et panem angelorum manna vocat, quia non humanis apparatus erat manibus: de cælo autem, ubi angelorum chorus erat, delapsus est. Commeatum porro qualem ad usque saturitatem demiserit, clare enuntiant ea quæ sequuntur: 26. *Abstulit austrum de cælo, et induxit in virtute sua africanum.* 27. *Et pluit super eos sicut pulverem carnes, et sicut arenam maris volatilia pennata.* Parata sunt apud Deum bona: sed tamen ea ad opportunum tempus ab eo servantur. Quamobrem cum Judaicum populum satiari vellet, non novum opificum prodidit, cum austrum et africanum commovit. Hi namque in æstuosioribus regionibus flare solent, ubi summus Opifex coturnicum copiam adesse curavit, et velut ex paratis thesauris scopum implevit. Nos autem ne hyperbolice a propheta dictum fuisse putemus, *Pluit sicut pulverem carnes, et sicut arenam maris volatilia pennata.* Infinita quippe sunt nobisque ignota Dei opificia. Tanta itaque fuit volucrum multitudo, ut non filis aut retibus aut machinis aliis, sed manibus ad paratam faciliorem venationem opus esset, ut sequentia plane declarant. 28. *Et ceciderunt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorum.* 29. *Et manducaverunt, et saturati sunt nimis.* Cogites ergo velim tam numerosam multitudinem, tam voracem, satiatam non ad unum dumtaxat diem, sed ad triginta, ut discere possis, si Mosis historiam in libro Numerorum percurras (Num. 11. 19. 20. 32). *Et desiderium eorum attulit eis: 30. non sunt fraudati a desiderio suo. Adhuc esca eorum erat in ore ipsorum, 31. et ira Dei ascendit super eos. Et occidit plures eorum, et electos Israel impedit.* Non frustra ergo Deus multas ex petitionibus nostris aliud in tempus differt, sed ad utilitatem nostram, quia plurimæ concupiscentiæ hominibus noxiæ sunt, quas tamen plurimis peccatoribus concedit iratus. Equa de causa concedit? Ne ipsum, ut jam diximus, quasi imbecillum arguant. Quibus concessis eos supplicio afficit, ut nos absterreat, ne vim inferamus Deo illicitis petitionibus. Judæorum itaque concupiscentiam ciborum explevit: et cum adhuc ederent, iram induxit, occiditque pingues eorum, scilicet obesos, et impedit electos, non virtute præstantiores, sed in nequitia electos: sunt enim etiam in nequitia eximii. 32. *In omnibus his peccaverunt adhuc, et non crediderunt in mirabilibus ejus.* 33. *Et defecerunt in vanitate dies eorum, et anni eorum cum festinatione.*

5. Miratur propheta Judæorum inobsequentiam et cordis durtiæ, quia non solum cum beneficio afficerentur, sed etiam cum castigarentur, impudenter perseverabant, et peccabant adhuc; id est, peccata peccatis addebant. Ita vero se gerebant quia mirabilibus Dei non credebant; id est, nec persuasionem nec fidem habebant. Miracula enim et signa casu, ut mos est impiis, contingere putabant. Ideo dies eorum cum festinatione defecerunt: defectionem autem, non paucitatem temporis, sed virtutum inopiam dicit. Quisquis enim virtutem non sectatur, quantumvis annosus fuerit, tamen dierum defectu, id est, immatura morte obit, cum non eos fructus tulcrit, quorum causa in humanam ingressus est vitam. Quapropter Scriptura Abrahamum et Jobum plenos dierum vocat, etiamsi multi alii pluribus vixerint annis (Gen. 25. 8. Job 42. 16). 34. *Cum occideret eos, tunc querebant eum, et convertebantur et diluculo veniebant ad Deum.* 35. *Et recordati sunt quia Deus adjutor eorum est, et Deus altissimus redemptor eorum est.* Vere laudandum bonumque est semper meminisse Dei: ita ut etiam in recte factis, ejus invocemus præsidium. Nam si nos ejus recordemur cum prospere agimus, et ipse dum in ærumnis versamur nostri meminerit. Cum quidam autem invitati atque flagellati eum requirunt, illud non est ex animo requirere, sed ex necessitate confiteri ipsos Deum adiutorem et redemptorem habere. Illud

vero proprium est ingratis et nequissimis domesticis, quibus dominus vi extortam confessionem videns, gratiam non habebit. Multo magis Deus: non ignorat enim pravorum et fallacium hominum simulationem, quam sequentia clare commemorant. 36. *Et dilexerunt eum in ore suo, et lingua sua mentii sunt ei.* 37. *Cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento ejus.* Illis similibus Judæos carpit Isaias: *Populus hic labiis me amat, cor autem eorum longe distat a me (Isai. 29. 13).* Quomodo autem illud deprehenditur? Multos certe hodieque invenimus, qui sola lingua religiosi sunt; dum, ut ait propheta, *Non fideles habiti sunt in testamento ejus.* Cum enim Dei mandatis non credant, comprobantur nullum habere erga mandantem bonum affectum, nullam conscientiam; de quibus Paulus dicebat, *Deum se confitentur nosse, operibus autem negant (Tit. 1. 16).* 38. *Ipse autem est misericors, et propitius erit peccatis eorum, et non disperdet. Et abundabit ut avertat iram suam, et non accendat omnem iram suam. Propitius erit, quandonam? Futurum indicans, Christi incarnationem plane designavit, quia ipsum Pater propitiationem peccatis nostris misit: qui usque adeo misericors est, ut primam prædicationem hominibus posuerit poenitentiam: cum autem interitu dignum reperisset Judaicum populum, non disperdidit. Non enim in finem delevit: semen autem eis dimisit et reliquias, apostolos, qui ex eorum numero crediderant. De quibus Isaias dicebat: *Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissetis, et quasi Gomorrha similes facti essemus (Isai. 1. 9).* Multiplicavit itaque misericordiam suam, et ideo avertit iram suam. Quomodo avertit? Omnem iram suam non accendit. Partem accendit et contra templum veteremque civitatem induxit; si totam accendisset, cum templo populus periisset, et cum urbe, ut in Sodomis, etiam regio corrupta fuisset. 39. *Et recordatus est quia caro sunt, spiritus vadens, et non rediens.* Quomodo Deus aut naturæ aut infirmitatis nostræ rationem obliviscatur? Verum de Filio propter nos incarnato hæc dicuntur, qui non modo ut Opifex nostra cognovit; sed etiam incarnatus, ipsa experientia infirmitatem nostram didicit; ita ut Paulus de illo dicat: *Etsi Filius esset, per ea quæ passus est, didicit obedientiam (Hebr. 5. 8); et rursus, In quo passus est ipse tentatus, potest tentatis opem ferre (Hebr. 2. 18).* Quia igitur Verbum caro factum est (Joan. 1. 14), recordatus est quoniam caro sumus; id est, experientia cognovit infirmitatem carnis nostræ. Carnem autem vocat totum hominem. Ideoque id protulit, *Spiritus vadens, et non rediens.* Non enim in præsentem vitam redimus. Quapropter vigilare oportet, dum in via incedimus, in quam reverti nullo modo possumus. 40. *Quoties exacerbaverunt eum in deserto, in iram concitaverunt eum in inagnoso?* 41. *Et conversi sunt, et tentaverunt Deum, et Sanctum Israel exacerbaverunt.* Miratur ingentem Judaicam nequitiam illiusque modum, quod non solum sæpe Deum exacerbaverint, sed etiam in deserto, ubi magis compungi et ad cælum respicere par erat, nemine illos, ut contingit in civitatibus, decipiente aut inescante; sed etiam *In inagnoso* in iram concitaverunt, arroganter agentes ubi par erat eos, utpote sitibundos, humiles esse. Deinde conversi, non ad justitiam; sed ad aliam nequitiam Deum tentantes divertebant (amentium porro erat eum tentare qui omnia novit), et *Sanctum Israel exacerbantes* Christum indicat de quo Isaias dicebat: *Cui me assimilastis, et exallabor? dicit Sanctus (Isai. 40. 25);* crucem prænuntians: sic enim etiam Christus illam significavit.*

6. Cur autem in deserto non modo Deum exacerbaverunt, scilicet Patrem, sed etiam Sanctum Israel ad iram provocaverunt, nempe Filium? Quoniam petram nimirum Christum illos sequelatur, non credebant autem ipsum ex petra aquam sibi educere et suppeditare posse; ita ut Moyses diceret: *Audite me, increduli, num ex hac petra aquam vobis educemus (Num. 20. 10)?* Quapropter indignatus adversus illos Deus dicebat:

καὶ λίβα νιχῆσας. Οὗτοι γὰρ ἐν τοῖς χώροις τοῖς θερμοτέροις πνέουσιν, ἐνθα τὸ τῆς ὀρνυγομήτρας δημιουργός ἔταξε διαγίνεσθαι, καὶ καθάπερ ἐκ θησαυρῶν ἐτοιμῶν τὸ σκοπεθῆν ἐπλήρωσεν. Ἡμεῖς δὲ μὴ πάντως ὑπερβολικῶς εἰρησθαι ταῦτα τῷ προφήτῃ νημισόμεν, ὅτι Ἐβρέξεν ὡσεὶ χροῦν σάρκας, καὶ ὡσεὶ ἄμμον θαλασσῶν πετεινὰ πτερωτὰ. Ἄπειρα γὰρ τοῦ Θεοῦ τὰ δημιουργήματα καὶ ἡμῖν ἀγνωσόμενα. Τοσοῦτον τοίνυν ἦν τῶν ὀρνέων τὸ πλῆθος, ὥστε μὴ λίους μὴδὲ παγίσιν ἢ μηχαναῖς ἄλλαις, χερσὶ δὲ πρὸς τὴν θῆραν ἐτοιμῆν οὖσαν καὶ προκειμένην χρῆσασθαι, ὡς τὰ ἐξῆς παρίστησι μάλαιστα. *Καὶ ἐπέπεσον εἰς μέσον τῆς παρεμβολῆς αὐτῶν, κύκλῳ τῶν σκηνωμάτων αὐτῶν. Καὶ ἔφαγον, καὶ ἐπεπλήσθησαν σφόδρα.* Οὐκοῦν καὶ τοῦτο πλῆθος νόησον λαοῦ, τοσοῦτον μὲν τὸν ἀριθμὸν, οὕτω δὲ γαστριμάργου κορεσθέντος οὐ πρὸς ἡμέραν μίαν, ἀλλὰ πρὸς τριάκοντα, ὡς δυνήσῃ μαθεῖν τὴν παρὰ Μωϋσῆ ἢ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Ἀριθμῶν ἱστορίαν ἐπερχόμενος. *Καὶ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῶν ἤνεγκεν αὐτοῖς· οὐκ ἔστειρήθησαν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν. Ἐτι τῆς βρώσεως οὕσης ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ ὄρητι τοῦ Θεοῦ ἀνέθη ἐπ' αὐτούς, καὶ ἀπέκτεινεν ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς τοῦ Ἰσραὴλ συνεπόδισεν.* Οὐ μάτην ἄρα τὰς πολλὰς ἡμῶν αἰτήσεις ὁ Θεὸς ἀναβάλλεται, πρὸς τὸ συμφέρον δὲ, ἐπειδὴ τῶν ἐπιθυμιῶν αἱ πλείστα ἀσύμφορον τοῖς ἀνθρώποις τυγχάνουσιν, ἃς τοῖς ἀμαρτωλοῖς ἐπετελεῖ πολλάκις ὀργιζόμενος. Καὶ τίνας χάριν ἐπιτελεῖ; Μήποτε ὡς ἀσθενοῦντα αὐτὸν, [727] καθάπερ ἔφημεν, μέμφονται. Ἐπιτελέσας τριωμεταίους τοὺς λαμβάνοντας, ὅπως καὶ ἡμᾶς φοβήσῃ μηδ' αὐμὸς βιάζεσθαι τὸν Θεὸν ταῖς ἀθεσίμοις αἰτήσεσι. Τοιγαροῦν τοῖς Ἰουδαίοις τὴν ἐπιθυμίαν τῆς βρώσεως ἔδωκεν, ἔτι δὲ αὐτῶν ἐσθιόντων ἐπήγαγε τὴν ὄργην, ἀποκτείνοντας αὐτῶν τὸν πῖονα, δηλαδὴ τοὺς παχυσάρκους, καὶ συμποδίσας τοὺς ἐκλεκτούς, οὐ τοὺς ἐν ἀρεταῖς λογάδας, ἀλλὰ τοὺς ἐν χαλκῷ· εἰς γὰρ ἐν πονηρίᾳ ἐξάιρετο. *Ἐν πάσι τοῖσις ἡμαρτον ἐτι, καὶ οὐκ ἐπίστευσαν ἐν τοῖς θαυμασίοις αὐτοῦ. Καὶ ἐξέλιπον ἐν ματαιότητι αἱ ἡμέραι αὐτῶν, καὶ τὰ ἔτη αὐτῶν μετὰ σπουδῆς.*

ε'. Ἐκπλήττεται τὸ τῶν Ἰουδαίων ἀπειθὲς ὁ προφήτης καὶ σκληροκάριον, ὅτι περ οὐ μόνον οἷς ἔσχον εὐ, ἀλλὰ καὶ οἷς ἐπαυέοντο, ἀναίσθητους ἐμενον, καὶ ἡμάρτανον εἶ· τουτέστιν, ἀμαρτίας ἀμαρτίας προσεπίθησαν. Ἐποίησαν δὲ τοῦτο, ἐπειδὴ ἐν τοῖς θαυμασίοις τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐπίστευσαν· τουτέστι, πληροφορίαν ἢ πίστιν οὐκ ἐκέκτηνον. Τὰ γινόμενα γὰρ θαύματα καὶ σημεῖα ἀπὸ ταυτομάτου συμβαίνειν, καθάπερ ἔθος τοῖς ἀσεβοῦσιν, ἐνόμιζον. Διὰ τοῦτο αἱ ἡμέραι αὐτῶν μετὰ σπουδῆς ἐξέλιπον· ἔκλειψιν δὲ, οὐ τὴν ὀλιγότητα τοῦ χρόνου πάντως, ἀλλὰ τὴν ἀκαρπλίαν τῶν ἀρετῶν λέγει. Πᾶς γὰρ ὁ μὴ βιώσας ἐν ἀρεταῖς, κἂν τύχῃ γεγονῶς πολυχρόνιος, ὅμως ἐν ἡμερῶν ἐκλείψει, τουτέστιν ἄωρος, τελευτᾷ, μὴ καρποφόρησας ταῦτα, ὧν ἕνεκα τὸν βίον εἰσέπληθον τὸν ἀνθρώπινον. Διὸ πλήρεις ἡμερῶν τὸν Ἀβραάμ ἢ Γραφῆ καλεῖ, καὶ τὸν Ἰωβ, καίτοι πολλῶν ἔτη ζήσαντων πλείονα. *Ὅταν ἀπέκτεινεν αὐτούς, τότε ἐξέλίχθησαν αὐτῶν, καὶ ἐπέστρεψον καὶ ὠρθηζον πρὸς τὸν Θεόν. Καὶ ἐμνήσθησαν, ὅτι ὁ Θεὸς βοηθὸς αὐτῶν ἔστι, καὶ ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος λυτρωτὴς αὐτῶν ἔστι.* Τὸ μὲν οὖν δντως κίλιν διαπαντὸς μεμνήσθαι Θεοῦ ὥστε καὶ παρὰ τὰς εὐπραγίας ἐπικαλεῖσθαι τὴν παρ' αὐτοῦ βοήθειαν. Ἐὰν γὰρ ἡμεῖς αὐτοῦ μνημονεύσωμεν εὐθνησοῦμενοι, τότε καὶ αὐτὸς ἡμῶν ὀλιθυμένων μνησεται. Τὸ δὲ δκοντα καὶ μαστιζόμενον ἐπιζητεῖν αὐτὸν, οὐκ ἀπὸ γνώμης ἐπιστρέφειν, ὁμολογεῖν δὲ πρὸς ἀνάγκην, ὅτι βοηθὸν τὸν Θεὸν καὶ λυτρωτὴν ἔχουσι, τοῦτο πονηρῶν οἰκτιρῶν καὶ ἀγνωμόνων ἰδιον· οἷς ὁ δεσπότης χάριν τῆς ὁμολογίας ὄρων αὐτὴν ἠγαγασμένην, οὐκ εἰσεται. Ποῦ δὲ μάλλον ὁ Θεός· οὐδὲ γὰρ ἀγνοεῖ τῶν δολερῶν ἀνδρῶν καὶ πονηρῶν τῶν ὑπόκριτων, ἧς σαφῶς τὰ ἐχθρότητα μεμνήσθαι. *Καὶ ἠγάπησαν αὐτὸν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τῇ γλώσσῃ αὐτῶν ἔψαλλον αὐτῷ. Ἦ δὲ καρδία αὐτῶν οὐκ εὐθεῖα μετ' αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐπιστάθησαν ἐν τῇ διαθήκῃ αὐτοῦ.* Τοῦτοις ὅμοια καὶ Ἡσαΐας τοῖς Ἰουδαίοις ἐμέμφατο· *Ὁ Λαὸς οὗτος τοῖς χιλιεσὶ με ἀγαπῆ, ἢ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ.* Πῶς δὲ τοῦτο ἐλέγχεται; Πολλοὺς γὰρ καὶ νῦν μόνῃ τῇ γλώσσῃ ἔσσεβεις εὐρίσκωμεν· ἔταν, ὡς φησὶν ὁ προφήτης, ἐν τῇ διαθήκῃ αὐτοῦ μὴ πιστωθῶσιν. Ὅταν γὰρ ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Θεοῦ μὴ πιστεύσωσιν, ἐλέγχονται· μηδεμίαν πρὸς τὸν

certo declarabat, polluere leprosum dicebatur, non quod ipse pollutionem induceret (id enim a sacerdote alienum), sed quod vere leprosum declararet: quod etiam Judæis a gentibus factum est. Horum quippe justificatio illos profanavit, ac veteris populi inobsequentiam novi obsequentia manifestavit. *Posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam.* Cur, *In pomorum custodiam?* Quia spiritum legis et prophetarum cum accepissent, solos sibi reliquerunt fructus autumnales literæ custodiendos. Illud autem non ab hominibus proficiscebatur, sed a Deo volente demonstrationes fidei nostræ ab iainicis servari. Fructus vero autumnalis est litera, eo quod non germanum, sed temporaneum solummodo cibum proferat. 2. *Posuerunt morticinum servorum tuorum escas volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.* Volatilia cæli sæpe a divina Scriptura in malam partem accipiuntur. Id vero declarat Pharaonis panarius promus, qui postquam in somnis vidit volatilia cæli comedere panes quos supra caput gestabat, de capite sibi truncando somnium esse ab interprete didicit (Gen. 40. 16-19). His Ecclesia Judæorum morticina in escam dedit: quin etiam bestiis terræ carnes sanctorum. Hæc autem bestię sunt malignæ potestates, quemadmodum Isaias clare nobis narravit: ait enim de Babylone, *Requiescent illic bestię: quænam hæc sint adject: Et requiescent ibi sirenæ, et demonia illic saltabunt* (Isai. 13. 21). Nihil porro mirum est ipsos vocari servos: servus enim piger et nequam vocabatur is qui imaginem ipsorum ferebat, et qui talentum abscondit: qui si fuissent boni, non morticina, nempe sordidas cogitationes, et opera mala, admisissent. Quod si etiam sanctos illos appellavit, non opere sanctos, sed appellatione dixit: quemadmodum et pseudopphetas sæpe prophetas vocat, etiamsi nomine Dei non prophetent, et sanctos eos qui sanctificatione uncti sunt, etsi sanctificationem non servant. Quamobrem cum visionem eorum qui Jerusalem perdidit Ezechiel videret, hujusmodi verba audivit, Deo ipsi oraculum edente: *Ne misereamini senis et adolescentis et virginis, etiam infantem et mulieres occidite ad internecionem. Ad eos autem omnes super quos est signum ne appropinquetis; et a sanctis meis incipite* (Ezech. 9. 6): quia specie tantum sancti, et non revera erant; alioquin signum habuissent, neque cum aliis indiscriminatim interfici jussi fuissent. Itaque nunc etiam sanctos nomine dicit; quamobrem carnes eorum, terrenas nempe operationes, comedisse intelligibiles bestias figurate dixit. Nam carnes vocantur ii qui terrena sapiunt, quemadmodum Deus diluvium inducturus declaravit: *Non permanebit spiritus meus in hominibus his, quia carnes ipsi sunt* (Gen. 6. 3). 3. *Effuderunt sanguinem eorum sicut aquam in circuitu Jerusalem, et non erat qui sepeliret.*

2. Sanguinem eorum animæ dicit facinora: quorum ultio ad sanguinem procedit. Hæc quasi aqua effusa sunt, ita ut non ultra resumii possent; quemadmodum nec aqua post effusionem. Itaque Davidi Thecoitissa dicebat: *Morte moriemur, et quasi aqua dispersa super terram non congregabitur* (2. Reg. 14. 14). Ubinam effudit? *In circuitu Jerusalem* (Matth. 27. 25), id est, in ipsa, et ejus habitatores perdidit: ille enim sanguis eorum super ipsos et super filios eorum, dicebant ipsi Christum calumiantes. *Et non erat qui sepeliret.* Quare? Quia ipsi quidem utpote mortui sese mutuo sepelire non poterant, Ecclesia vero sepelire eos non permittit: id est, eorum peccata obtegere. Quod autem impedit? Dei sententia quæ dicit: *Sine mortuos sepelire mortuos suos* (Matth. 8. 22). Quare? Quia dum peccatores obtegere conantur, eo magis opera sua nuda, et apud omnes probrosa efficiunt. 4. *Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio et derisio iis qui in circuitu nostro sunt.* Neque enim paupertas, neque indecora corporis species, neque infirmitas, neque aliud quidpiam ita probrosus est ut peccatum iis, qui illis detinentur: quia morbus est voluntarius, et ulcus ex animo tactum. Cæterum disce prophetæ sapientiam, qui sup-

placia quidem illos invadere dicit, eos nempe qui nequitiam perpetrarunt, opprobriorum autem ipse quoque cum illis particeps esse dicitur. Sive enim propheta esset, de iis qui prophetiam non admittebant: sive sacerdos, de iis qui ab ipso sacris initiabantur, deindeque iniqua agentes, ideo puniebantur, erubescerat. Sed quibusnam vicinis probrosi, et quibusnam in circuitu in derisum et subsannationem erant Judaei? Clare dicitur demonibus, qui ob requitiam vicini sunt Judaeorum: in circuitu autem eorum sunt, utpote qui quotidie ipsis insidentur. 5. *Usquequo, Domine, irasceris in finem, accendetur velut ignis zelus tuus? Hunc Dei zelum Moyses legislator erga Judaeos exposuit: ait enim: Ipsi in zelum me concitaverunt in non Deo, irritaverunt me in idolis suis. Et ego in zelum concitabo eum in non gente, et in gente stulta iritabo illos (Deut. 32. 21). Deinde his subjicit: Ignis succensus est in furore meo (Ibid. v. 22). Quia igitur zelus contra Judaeos gentium vocationem procuravit (ait enim Paulus, Sicut vos aliquando non obedistis Deo, nunc autem misericordiam consequuti estis illorum inobedientia [Rom. 11. 30]; et rursus, Lapsus eorum, nempe Judaeorum, dicitur mundi, et clades eorum, divitiarum gentium [Ibid. v. 11. 12]), necessario propheta querit, usquequo, et num usque in finem mansurus sit iratus in Judaeos: cui Spiritus per Paulum respondet: Quando plenitudo gentium ingressa fuerit, tunc omnis Israel salvabitur (Ibid. v. 25. 26). 6. Effunde iram tuam in gentes quae te non noverunt, et in regna quae nomen tuum non invocaverunt. 7. Quia comederunt Jacob, et locum ejus desolaverunt. Non de omnibus ergo gentibus loquitur: ideoque interpunctionem adhibuit. Gentes dicens non indiscriminatim omnes, sed eas, Quae te non noverunt. Nos autem novimus, et nomen Dei invocatum est super nos (Jer. 14. 9): sed neque Jacob comeditur: neque enim blasphemata dicta aut contumelias in eum proferimus, quod idipsum esse quod comedere Paulus declaravit: Si autem invicem mordetis et devoratis, videte ne ab invicem consumamini (Gal. 5. 15); neque locum ejus devastamus: quomodo enim id fiat, cum singuli enim ut patriam communem pro speciali ejusque adscribant? Non ergo nobis propheta maledixit, sed iis qui in ignorantia manserunt, et nomen regni Dei noluerunt adipisci: quamobrem illi maledictionem pertimescant. 8. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum. Quomodo enim satisfacere poterimus pro malis antiquis et novis? Forte vero propheta iniquitates antiquas vocat eas quae in deserto admixtae fuere: quia adversus illas multus variisque comminationibus usus est Deus: quapropter eorum recordationem metuit. Cito anticipent nos misericordiae tuae, Domine, quia pauperes facti sumus nimis. Nihil ita pauperem hominem exhibet ut peccatum; adhuc autem pauperior efficitur, cum peccato adjicitur impietas. Quapropter ad se cito accedere miserationes Dei supplicant, ne ob extremam paupertatem desperantes in perniciem eant. 9. Adjuva nos, Deus salutaris noster; propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos. Prope ad Dei gloriam propheta confugit; quoniam justitias populi exhibere non poterat; estque gloria nominis Dei peccatores miserari: quia ipse misericors, miseravit et longanimitas dicitur. Ait enim Moyses: Et vocavit in nomine Domini, et transiit ante faciem ejus, et vocavit, Dominus, Dominus Deus miserator et misericors, longanimitas et multae misericordiae et verax (Exod. 34. 6).*

5. Viden' cum has ad Christum preces fundere. Ille quippe non modo Deus est, sed et Servator utique vocatur: ipse est gloriae nominis Dei, videlicet Patris: quamobrem illum Paulus splendorem gloriae Patris appellavit (Hebr. 1. 3). Sequentia porro arguunt haec de Christo dici. Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum: 10. ne forte dicant in gentibus, Ubi est Deus eorum? Et cuius est per proprium nomen peccatis propitium esse, nisi Christi, qui ideo propitiatorum possidet? Hic Judaeorum peccatis propitiatorum conciliavit, cum crucifixus Patri dixit: Pater,

dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt (Luc. 23. 34). Ideo Paulus de illo ait: Quem proposuit Deus propitiatorum per fidem in ejus sanguinem, in ostensionem justitiae ipsius, in remissionem praecedentium peccatorum (Rom. 3. 25). Propitiatorum autem Judaeorum peccatis, non propter ipsos solum, sed multo magis propter gentes: ne forte Dei clementiam ignorantes, dicant: Ubi est Deus eorum? et ex ignorantia impingant; sed ut id cognoscentes ab eadem clementia ducantur, et suadeantur cum magno studio accurrere, et salutem consequi. Quae sequuntur autem his dictis fidem facient. Et sciatur in gentibus coram oculis nostris ultio sanguinis servorum tuorum qui effusus est. Quare vult notam esse gentibus unionem? Quia demones debellaturus erat, qui sanguinem, id est animas servorum Dei, scilicet Judaeorum, per idololatricam labefactaverant. Quamnam autem ultio erat? Idolorum eversio, diabolicorum templorum incendium, quod ante oculos Judaeorum perficitur: videtur enim ea quae peraguntur, neque cooperantur: nota autem est ultio gentibus: ipsae namque sciunt, qua manu, qua virtute haec patrantur ac peraguntur, et cruci Christi eorum qui hoc vident exitum adscribunt. 11. Introeci in conspectu tuo gemitus compeditorum: Non compedibus ex ferro, sed ex peccato factis: Calenis enim peccatorum suorum unusquisque stringitur (Prov. 5. 2). Hunc gemitum in conspectum Dei intrare rogat, ut ea quae sequuntur nasci possint.

Christus brachium Patris. — Secundum magnitudinem brachii tui posside filios morte affectorum. Brachium Patris Christum vocari saepe declaravimus: secundum illius magnitudinem, videlicet magna adventus ejus mysteria, quae sunt crux et resurrectio. Non morte mulctatos, sed eorum filios servari a Deo postulat: morte affecti autem erant ii qui in vita haec non crediderant; sed eorum filii ab apostolis sagena capti ingenti numero fuerant. 12. Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum, improprium ipsorum, quod exprobraverunt tibi, Domine. Non nunc vicinos homines appellavit: neque enim eis septuplum reddi precatus esset, gnarus judicem id non latum esse: certe quo pacto ad ipsum psalleret, Tu reddes unicuique secundum opera sua (Psal. 6. 15)? Ergo de demonibus loquitur. Illi enim septuplum jure accipiunt: utpote qui cum praestantioris sint naturae, quam nos, de caelo autem dejecti fuerint, neque tamen sic temperantiores effecti, terram suis adinventioibus perturbent, neque soli peccent, sed nos etiam ad peccata inducant, atque Deum apud nos probro afficiant quasi ejus imago deciderit: ad haec vero ne per Christi quidem adventum ab idololatria desciverunt, sed ipsi sunt addicti. Quis autem eorum est sinus? Gehenna. Ipsi enim ab initio locus ille deputatus est: id vero declarat Dominus: Ite, maledicti, in ignem aeternum, paratum diabolo et angelis ejus (Matth. 25. 41). 13. Nos autem populus tuus et oves pascuae tuae. Totum dicit humanum genus: nos quippe opponens demonibus de caelo deturbatis, populum Dei et oves pascuae ipsius vocat hominem. Et qua de causa oves pascuae ejus? Quia nos fideles ipso in participatione mysteriorum pascimur. Confitebimur tibi, Deus, in saeculum. In generationem et generationem annuntiabimus laudem tuam. Haec confessio quasi jam alia confessio praecesserit recensetur. Prius enim nos oves Christus confessus fuerat dicens: Oves meae vocem meam audiant (Joan. 10. 27); deinde cum gentes etiam vellet adscribere, addidit: Habeo et alius oves, quae non sunt ex hoc ovili; et illas oportet me congregare (Ibid. v. 16). Ipsi confitemur, qui illum pastorem in Psalmo sequenti vocamus. Id vero facimus non ad tempus, sed in saeculum, scilicet perpetuo: et in generationem et generationem annuntiabimus laudem ejus, in omnibus generationibus laudem gratiarum actionis offerentes, aut quia ex utraque generatione ipsam laudamus: non solum ex iis qui adhuc in carne vivunt, sed etiam ex iis qui a carne discesserunt: patriarchas nempe, apostolos, prophetas, et martyres in medium advocantes, cum ipsam precamur.

Ἐθνεὶ ἀσυνέτῳ παροργῶ αὐτούς. Εἶτα τοῖσι ἐπι-  
γαγεν, ὅτι *Ἦν ἐκκέκασται ἐκ τοῦ θυμοῦ μου. Ἐπειδὴ*  
*τοῖσιν ὁ ἐπὶ τοῖς Ἰουδαίωσι ἔζησεν ὅσων ἐθνῶν τὴν κλήσιν*  
*παρεσκεύασε (φῆσι γὰρ καὶ Παῦλος, Ὡς περ ἕμεις*  
*πτε ἀπειθήσατε τῷ Θεῷ, νῦν δὲ ἠλείθητε τῇ τού-*  
*των, δηλαδὴ τῶν Ἰουδαίων, πλοῦτος κόσμος, καὶ τὸ*  
*ἕτημα αὐτῶν πλοῦτος ἐθνῶν), ἀναγκαιῶς ὁ προφήτης*  
*ζητεῖ. μέχρι ποτε καὶ πότερον εἰς τέλος μένει τοῖς Ἰου-*  
*δαίοις ὀργιζόμενος· πρὸς δὲ τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ Παύλου*  
*τοιαῦτα ἀποκρίνεται· Ὅταν τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν*  
*εἰσέλθῃ, τότε πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται. Ἐχθεὶς τὴν*  
*ὀργὴν σου ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ μὴ γινώσκοντά σε, καὶ*  
*ἐπὶ βασιλείας, αἱ τὸ θρόνον σου οὐκ ἐπεκαλέσαντο.*  
*Ὅτι κατέβαρον τὸν Ἰακώβ, καὶ τὸν τόπον αὐτοῦ*  
*ἠρήμωσαν. Οὐ περὶ πάντων ἄρα τῶν ἐθνῶν λέγει· τού-*  
*του γὰρ χάριν ὑπέσπειρεν, Ἐθνη οὐκ ἀπλῶς, ἀλλὰ, τὰ*  
*μὴ γινώσκοντά σε, εἰπὼν, Ἡμεῖς δὲ γινώσκουμεν, καὶ*  
*τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ ἐφ' ἡμᾶς ἐπιπέσει· ἀλλ' οὐδὲ τὸν*  
*Ἰακώβ κατεπάγομεν οὐδὲ γὰρ βλασφημοῦμεν εἰς αὐτὸν, ἢ*  
*λοιδοροῦμεν, ὅπερ εἶναι καταφαγεῖν ὁ Παῦλος ἐδήλωσεν·*  
*Εἰ δὲ ἀλλήλους δάκρυτε καὶ κατεσθίετε, βλέπετε μὴ*  
*ὑπὸ ἀλλήλων ἀναλωθῆτε· οὐδὲ τὸν τόπον αὐτοῦ ἐρημώ-*  
*μεν. Πῶς γὰρ, αὐτὸν πατρίδα κοινὴν ἀντὶ τῆς ἰδίας*  
*ἐκαστος ἐπιγροθόμενοι; Οὐ τοῖσιν ἡμῖν ὁ προφήτης*  
*ἠράσατο, ἀλλὰ τοῖς ἐν ἀγνωσίᾳ μέναισι, καὶ τὸ ὄνομα τῆς*  
*τοῦ Θεοῦ βασιλείας οὐ βουλομένοις κτήσασθαι· διόπερ*  
*ἐκείνοι τὴν ἀρὰν εὐλαβείσθωσαν. Μὴ μνησθῆς ἡμῶν*  
*ἀνομιῶν ἀρχαίων. Πόθεν γὰρ ἀρχέσαι πρὸς ἀρχαία*  
*κακὰ καὶ νέα θυντόμεθα; Ἰσως δὲ ὁ προφήτης ἀνομίαις*  
*ἀρχαίαις τὰς ἐν τῇ ἐρήμῳ λέγει· ἐπειδὴ πολλὰς ἐπ' αὐ-*  
*ταῖς, ὁ Θεὸς ἀπειλὰς καὶ διαφόρους ἔθετο· διόπερ αὐτῶν*  
*εὐλαβεῖται τὴν ἀνάμνησιν. Ἰαχὺ προκαταλιβετέωσαν*  
*ἡμᾶς οἱ οἰκτίρων σου, Κύριε, ὅτι ἐπτοχεύσαμεν*  
*σφοδρὰ. Οὐδὲν οὕτω πτωχὸν τὸν ἄνθρωπον ὡς ἁμαρτία*  
*δείκνυσι· πτωχότερος δὲ, προσθεσίσης ἀσεβείας τῇ*  
*ἁμαρτίᾳ, γίνεται. Διόπερ αὐτοὶ; ταχύναι τοὺς οἰκτι-*  
*ρμούς τοῦ Θεοῦ ἐπροσθεύσαντο, μήποτε τῇ σφοδρότερᾳ*  
*πτωχείᾳ ἀπογνωσθέντες ἀπολύνται. Βοήθησον ἡμῖν, ὁ*  
*Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν· ἔσκεν τῆς δόξης τοῦ ἐνόμιστός*  
*σου, Κύριε, ῥῦσαι ἡμᾶς. Καλῶς ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν*  
*ὁ προφήτης κατέφυγεν, ἐπειδὴ τοῦ λαοῦ δικαιοσύνας*  
*προβάλλεσθαι οὐκ ἴσχυσε· δόξα δὲ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ*  
*τὸ πρὸς τοὺς ἡμαρτηκότας σπλαγγίζεσθαι· ἐπειδὴ*  
*οἰκτίρων καὶ ἐλεήμων καὶ μακροθύμος λέγεται. Φησὶ*  
*γὰρ Μωϋσῆς· Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα Κυρίου, καὶ*  
*παρήλας ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἐκάλεσε· Κύριος,*  
*Κύριος ὁ Θεὸς οἰκτίρων καὶ ἐλεήμων, μακροθύμος*  
*καὶ πολυέλεος καὶ ἀληθινός.*

γ. Ὁρᾶς δὲ ὅτι ταῦτα πρὸς τὸν Χριστὸν προσθεύεται.  
Αὐτὸς γὰρ οὐ μόνον Θεός, ἀλλὰ καὶ Σωτὴρ ἀντικρὺς  
ἐπινοήσασθαι· αὐτὸς καὶ δόξα τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ,  
δηλαδὴ τοῦ Πατρὸς· ὅθεν αὐτὸν καὶ Παῦλος ἀπαύγασμα  
τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς προσηγόρευεν. Ἀγλοὶ δὲ τὰ  
ἐχόμενα σαφῶς καὶ ταῦτα περὶ τοῦ Κυρίου λέγεσθαι. Καὶ  
ἰλάσθητι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν ἔσκεν τοῦ ἐνόμιστός  
σου· μήποτε εἰπωσι τὰ ἔθνη, ποῦ ἔστιν ὁ Θεὸς αὐ-  
τῶν; Καὶ τίνος ἔστι διὰ τὸ οἰκτεῖν ὄνομα ταῖς ἁμαρτίαις;  
ἰλάσκεσθαι, ἀλλ' ἢ τοῦ Χριστοῦ, ὃς διὰ τοῦτο ἰλαστήριον  
κέκτηται; Οὗτος ταῖς τῶν Ἰουδαίων ἁμαρτίαις ἰλασμὸν  
ἐπορίσατο, ἠνίακα σταυροῦμενος πρὸς τὸν Πατέρα ἔλεγε·  
Πάτερ, ἄφεσ αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἶδας τί ποιούσι. Διόπερ  
καὶ Παῦλος; περὶ αὐτοῦ φησιν. [736] Ὁρ προέθετο ὁ Θεὸς  
ἰλαστήριον διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι, εἰς  
ἐνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, διὰ τὴν πάρεσιν  
τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων. Ἰλεως δὲ ταῖς τῶν  
Ἰουδαίων ἁμαρτίαις, οὐκ αὐτῶν ἔνεκα μόνον, πολὺ δὲ  
μᾶλλον διὰ ἔθνη γίνεται· μὴ ποτε τὴν τοῦ Θεοῦ φιλα-  
θρωπίαν ἀγνοήσαντες, εἰπωσι, Ποῦ ἔστιν ὁ Θεὸς αὐ-  
τῶν; καὶ τῇ ἀγνοίᾳ προσκόμωσιν· ἐπιγόντες δὲ μᾶλλον  
χειραγωγῆσθαι ὑπ' αὐτῆς, καὶ προτραπένας προσδρα-  
μεῖν σπουδῇ πάσῃ καὶ σὺςθεσθαι. Ἐστει δὲ σοὶ τὰ ἐξῆς  
τῶν εἰρημέων ἀπόδειξις. Καὶ γνωσθίτω ἐν τοῖς ἔθνε-  
σιν ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν ἡμῶν ἡ ἐκδίκησις τοῦ  
πληγῶν τῶν δούλων σου τοῦ ἐκχεχίμενου. Τίνος  
γὰρ ἰγνωστὴν γενέσθαι τοῖς ἔθνεσι τὴν ἐκδίκησιν βού-

λεται; Ἐπειδὴ κατὰ δαιμόνων ἐμελλε τῶν τὸ αἷμα,  
δηλαδὴ τὰς ψυχὰς τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, ἤγουν τῶν  
Ἰουδαίων, διὰ τῆς εἰδωλολατρίας λυπηναμένων, γίνεσθαι.  
Τίς δὲ ἦν ἡ ἐκδίκησις; Ἡ τῶν εἰδῶλων καταστροφή. ὁ  
τῶν διαβολικῶν ναῶν ἐμπρησμός, ὅστις ἐνώπιον μὲν τῶν  
Ἰουδαίων γίνεται· ὀρῶσι γὰρ τὰ πραττόμενα, καὶ οὐ  
συνεργοῦσι· γνωστὴ δὲ ἔστιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν· οὗτοι γὰρ  
ἴσασι ποῖα χειρὶ καὶ δυνάμει ταῦτα κατορθοῦνται καὶ  
πράττεται, καὶ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ τὴν ἐξολοθρευσιν  
τῶν ἑρώτων λογίζεται. Εἰσελθέτω ἐνώπιόν σου ὁ  
στεναγμός τῶν πεπεδημένων· οὐ ταῖς ἀπὸ σιδήρου  
πέσαις, ἀλλὰ ταῖς ἐξ ἁμαρτίας· Σειραῖς γὰρ τῶν ἑαυ-  
τοῦ ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφιγγεται. Τοῦτον εἰσελθεῖν  
στεναγμὸν ἤτησεν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ὥστε αὐτοῖς ὑπάρ-  
ξει αὐτὰ ἐξῆς ἐπαγόμενα.

Κατὰ τὴν μεγαλωσύνην τοῦ βραχίονός σου περι-  
ποίησαι τοὺς υἱούς τῶν θανατωμένων. Πραξί-  
ου τοῦ Πατρὸς τὸν Χριστὸν εἰρησθαι πολλάκις ἀπειρίζαμεν·  
κατὰ τὴν τοῦτου μεγαλωσύνην· δηλαδὴ τὰ μεγάλα τῆς  
αὐτοῦ θεοφανείας μυστήρια· εἰσὶ δὲ ὁ σταυρὸς καὶ ἡ  
ἀνάστασις. Οὐ τοὺς θανατωμένους, ἀλλὰ τοὺς τούτων  
υἱούς τὸν Θεὸν περιποιῆσαι πρεσβεύεται· θανατωμέ-  
νοι δὲ ἦσαν οἱ ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ μὴ πιστεύσαντες·  
ἀλλ' οἱ τούτων υἱοὶ ὑπὸ τῶν ἀποστόλων σαγηνευθέντες,  
εἰς πολλὰς μυριάδας γινόμενοι. Ἀπόδος τοῖς γείτοσιν  
ἡμῶν ἑπταπλασίονα εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν, τὸν  
ὄνειδισμὸν αὐτῶν, ὃν ὠρεῖσάν σε, Κύριε. Οὐδὲ νῦν  
ἐπινοῶν ἀνθρώπους προσηγόρευεν· οὐδὲ γὰρ ἂν αὐτοῖς  
ἑπταπλασίονα γενέσθαι ἐπηύξατο, εἰδὼς τοῦτο τὸν κριτὴν  
οὐκ ἀνεχόμενον· ἢ πῶς πρὸς αὐτὸν ἐψάλλεν, Ὅτι σὶ  
ἀποδώσεις ἐκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ; Ἄρα τοῖσιν  
περὶ δαιμόνων λέγει. Οὗτοι γὰρ ἑπταπλασίονα δικαίως  
ἀπολαμβάνουσι, ὡς κρείττους μὲν ἢ καθ' ἡμᾶς ὑπάρ-  
χοντες φύσεως, βιβθέντες δὲ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ μηδὲ ὄντως  
γεγονότες σωφρονέτεροι, ἀλλὰ τὴν γῆν μὲν ταῖς  
αὐτῶν ἐπινοίαις ταρασσάντες· μὴ μόνον δὲ ἀμαρτάνον-  
τες, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἀμαρτάνειν ἐπιέγοντες, καὶ πρὸς  
τούτους τὸν Θεὸν ὡς τῆς αὐτοῦ παραπεσούσης εἰκόνας  
ὄνειδίζοντες· εἶτα μηδὲ τῆς εἰδωλολατρίας διὰ τῆς τοῦ  
Χριστοῦ θεοφανείας ὑπέκοντες, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἐγκρί-  
μενοι. Τίς δὲ ὁ τούτων κόλπος; Ἡ γένηνα. Αὐτοῖς γὰρ  
ἀπ' ἀρχῆς ὁ τόπος κεκλήρωται· ἡλοὶ δὲ ὁ Κύριος·  
Πορευέσθε, οἱ καταρμένοντες, εἰς τὸ πῦρ τῶ ἀιώνιων, τὸ  
ἠτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.  
Ἡμεῖς δὲ λαὸς σου καὶ πρόβατα νομῆς σου. Πᾶσαν  
λέγει τὴν ἀνθρωπότητα· ἀντιτάτων γὰρ ἡμᾶς πρὸς  
τοὺς ἄνω καταραθέντας δαίμονας, ἁλὼν τοῦ Θεοῦ  
καὶ πρόβατα νομῆς αὐτοῦ προσαγορεύει τὸν ἄνθρω-  
πον. Καὶ τίνος χάριν νομῆς αὐτοῦ πρόβατα; Ἐπειδὴ  
αὐτὸν οἱ πιστοὶ τῇ μεταλήψει τῶν μυστηρίων νεμόμεθα.  
Ἀνομολογησόμεθα σοι, ὁ Θεός, εἰς τὸν αἰῶνα. Εἰς  
γενεὰν καὶ γενεὰν ἐξαγγελούμεν τὴν ἀνακτὴν σου.  
Ἀνομολόγησις ὡς ἤδη τίνος προλαβούσης ὁμολογίας  
τέταχται. Προλαβὼν γὰρ ἡμᾶς ὁ Χριστὸς ὡμολόγησε  
πρόβατα εἰπὼν· Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου  
ἀκούει· εἶτα συμπαραλαβεῖν καὶ τὰ ἔθνη βουλόμενος,  
προσέθηκεν· Ἐχω καὶ ἄλλα πρόβατα, ἢ οὐκ ἔστιν ἐκ  
τῆς αὐτῆς ταύτης· κάκεινά με δεῖ συναγαγεῖν.  
Τούτῳ ἀνομολογούμεθα, ποιμένα καὶ ἡμεῖς αὐτὸν διὰ  
τοῦ ψαλμοῦ τοῦ ἐξῆς ὀνομάζοντες. Ποιούμεν δὲ τοῦτο, οὐ  
πρὸς καιρὸν, ἀλλ' εἰς τὸν αἰῶνα, δηλαδὴ διηκεῖς καὶ  
εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἐξαγγελούμεν αὐτοῦ τὴν αἴνεσιν,  
ἐν πάσαις αὐτοῦ γενεαῖς αἴνεσιν εὐχαριστίας φέροντες·  
ἢ καὶ ὅτι ἀπ' ἑκατέρας αὐτῶν αἰνοῦμεν γενεὰς, οἱ μὴ  
μόνον ἀπὸ τῶν ὄντων ἐν σαρκί, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ἡδὲ  
πορευομένων ἐκ σαρκός· πατριάρχας εἰς μέσον, καὶ  
ἀποστόλους, καὶ προφήτας, καὶ μάρτυρας καλοῦντες,  
ὅταν αὐτῷ προσευχόμεθα.

\* Lege cūtas; Et paulo post fort. μὴ μόνον δὲ.

[757] *Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, μαρτύριον τῷ Ἀσῶφ, ψαλμὸς ὑπὲρ τοῦ Ἀσσυρίου.*

α'. Ἀλλοιωθησομένους τοὺς διὰ μετανοίας, ἀνακαινιζομένους καλεῖ. Ἀναγκάλως δὲ *Εἰς τὸ τέλος* προσέθηκεν· ἐπειδὴ τελευταία ἀγκυραν τὴν μετανοίαν ἔχομεν· ἐτι δὲ καὶ πρὸς αὐτῷ [τῷ] τέλει τῶν αἰώνων διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας κεκρήνεται. Τοῦτοις τὸν παρόντα ψαλμὸν εἰς μαρτύριον ὁ Ἀσῶφ ἐμελώδησεν, ἱστορήσας ἐν τῷ ψαλμῷ τίνα διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτημάτων ὁ λαὸς τῶν Ἰουδαίων πέπρωθεν. Ὁ ποιμαίνων τὴν Ἰσραὴλ, πρόσχεος ὁ δὴγητῶν ὡσεὶ πρόβατον τὸν Ἰωσήφ· ὁ καθημέτερος ἐπὶ τῶν Χερουθίμ ἐμφάνησι. Θεωρεῖς ὅπως συμβαίνει ταῦτα τοῦ Κυρίου τὰ ῥήματα, ἅπερ αὐτοῦ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις εἰρηκότος ἐμφέρεται· Ἐγὼ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός. Ἀλλὰ τίνας χάριν, τοὺς ἄλλους καταλίπων, τὸν Ἰωσήφ εἰς μέσον καὶ τὸν Ἰακώβ ἤγαγεν; Ἐπειδὴ τῶν εἰρημένων κατέτερος, ὁ μὲν εἰς Αἴγυπτον, ὁ δὲ εἰς Μεσοποταμίαν καταβάντες, ἰδοῦλευσεν. Ἀλλὰ τὴν δουλείαν αὐτῶν εἰς ἐλευθερίαν καὶ ἀγαθὰ τὰ ἐπὶ ταύτῃ προτεθέντα μετέστησεν ὁ Θεός, ὃν νῦν προσέχειν ὁ προφήτης; ἐξήγησεν· Ἰνα δουλεύον τοὺς νοητοὺς ἐχθροὺς ὁμοῦ ἡμῶν τὸ γένος θεασάμενος (οὐδὲ γὰρ ἐπ' αὐτὸν προσέγειν, ἀορίστως δὲ, τουτέστιν, ἐπὶ πάντας ὁ προφήτης ἰκέτευσεν), ἐπειχθῆ πρὸς τὴν ἡμῶν ἐλευθερίαν, καὶ ὑάττος ἐνδημήσῃ σαρκί, ἐπειδήπερ αὐτοῦ μὲν τῆς παρουσίας εἰς ἐλευθερίαν χρήσεται· οὐκ ἄλλως δὲ τὸν καθήμενον ἐπὶ τῶν Χερουθίμ ἐμφανιζόμενον, εἰ μὴ διὰ σαρκὸς, ἐχθρῶν παραλαβεῖν ἄνθρωποι. Ἐναντίον Ἐφραὶμ καὶ Βενιαμὴν καὶ Μανασσή, ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. Σαφῶς τὴν μετὰ σαρκὸς ἄριζιν τοῦ Μονογενοῦς ἤτησεν, ὅθεν αὐτὸν οὐ μόνον ἔλθειν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐαυτοῦ δυναστείαν ἐξεγείραι παρακαλεῖ· λέγει δὲ δυναστείαν τὴν σαρκῶσιν· οὕτω γὰρ αὐτὴν καὶ ἕτερον χωρίον τῶν ψαλμῶν προσηγόρευσεν· Ἐνεδύσατο Κύριος δύναμιν καὶ περιεώσατο. Καὶ τίνας χάριν, ἐπειδὴ δυνατὸς ὑπάρχων καὶ πρότερον, λανθάνων δὲ τοὺς ἀνθρώπους, ὁμοῦ ἡνίκα ἐπεδήμησεν σαρκί, τὴν ἐαυτοῦ δύναμιν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐφανέρωσε, ταύτην τὴν δυναστείαν ἐναντίον Ἐφραὶμ καὶ Βενιαμὴν καὶ Μανασσή ἐξεγερθῆναι φησιν; Ἀπὸ τοῦ μέρους τὸν πάντα Ἰσραὴλ καλῶν, πρὸς ὃν ὁ Χριστὸς ἐξ ὀφραῶν σαρκῶσιν ἐπεδήμησεν· διότι, ἐναντίον αὐτῶν, φησὶ, τὴν δυναστείαν ἐξέγειρον· ἢ ὅτι ἐναντίως πρὸς αὐτὸν ἐσχηκότες, τοιοῦτον εἶδον, ὡςπερ αὐτῷ καὶ προσήρχοντο. Ὁ Θεός, ἐπιστρέψων ἡμᾶς, καὶ ἐπίσανον τὸ πρόσωπόν σου, καὶ σωθήσομεθα. Σαφέτερον τὸν λόγον προβαίνων ὁ προφήτης ἐποίησε, διλύτως καὶ πῶς ἐνδημῆσεν ὁ Χριστὸς, καὶ τίνας χάριν ἐμελλεν. Ἡ μὲν γὰρ αἰτία τῆς ἐπιδημίας, ὡστε ἡμᾶς ἐπιστρέψαι καὶ διορθώσασθαι· ὁ δὲ τρόπος, ἐμφανισμὸς σαφής, ἵνα πρόσωπον αὐτὸν κατὰ πρόσωπον ὀρώμεν, οὐκ ἂν ἄλλως σωθέντες, εἰ μὴπερ τοῦτον ἡμῶν τὸν τρόπον ἐνερανίζετο. Ὅστε καὶ ὁ Ἰακώβ ὁ πατριάρχης ἔλεγεν· Εἶδον γὰρ Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐξίσχον ἡ ψυχὴ μου. Διόπερ αὐτὸν οὕτως ἰδεῖν καὶ Μιουθὸς ἐξήγησεν, οὐ περιέργῳ τρόπῳ, ἀλλ' οἷα προφήτης εἰδώς, ὅτιπερ ἐν οὕτῳ ἡ σωτηρία τοῖς ἀνθρώποις ἀπόκειται· οὐχ ἵνα γυμνῆν θεωρήσῃ θεότῃτα· τοῦτο γὰρ αὐτοῦ τὸ πρόσωπον οὐδεὶς, ὡς αὐτό; φησὶν ὁ Θεός, κατοπεύσαις δυνήσεται. Κύριε ὁ Θεός τῶν δυνάμεων, ἕως πότε ὀργίζῃ ἐπὶ τὴν προσευχὴν τῶν δοῦλων σου; Οὐ μάτην τοὺς παρούσιν ἐχρήσατο ῥήμασιν, ἀλλ' ὁμοῦ μὲν τὸ οικεῖον ἀξιωμα μνησῶν, ὁμοῦ δὲ τοῦτον ἔλθειν ἐπρὸςβεύσατο· ὅθεν αὐτὸν οὐ μόνον Θεόν, ἀλλὰ καὶ Κύριον τῶν δυνάμεων, δηλονότι τῶν κατ' οὐρανόν, ἔλεγεν. Αἰσθηόμενος; δὲ τῷ Πνεύματι ἀναβολὴν ἔχειν τῶς τοῦ Χριστοῦ τὸ μυστήριον, ὀργὴν ταῦτο, τῆς ἐαυτοῦ προσευχῆς ὡς πέρασ τότε μὴ λαμβανούσης, ἐκάλεσεν· καὶ μέχρι τίνας ἡ ὀργὴ παρατείνεται πυνδαίνεται; ἐφ' ᾧ καὶ τὰ ἐξῆς ἀκολουθῶ; ἐπήγαγε· Ψωμῆεις ἡμᾶς ἄρτων δακρύων, καὶ ποτιεῖς ἡμᾶς ἐν δάκρυσιν ἐν μέτρῳ.

[758] Ἐκ κοινού τὸ, Ἐως πότε· μέχρι γὰρ τότε δακρύων ἄρτων, ἐτι δὲ καὶ ποτὸν ἐλάμβανον οἱ προφῆται, θρηγυνοῦντες τὴν ἀνθρωπότητα, μέχρις ἐνδημίας ὁ Χριστὸς αὐτὸς ζωῆς ἄρτος; ἐγένετο καὶ ποτήριον. Καλῶς δὲ τὸ, Ἐν μέτρῳ, προσέθηκε, δακρύων ὡς οὐδὲν ἄμετρον παρὰ Θεῷ, πάντα δὲ κανόνι καὶ μέτρῳ, εἴτε ὀργῇ, εἴτε παιδείᾳ, τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὸ συμφέρον ἐπάγειται. Ἐθεν ἡμῶς εἰς ἀντιλογίαν τοῖς ῥητοῖσιν ἡμῶν, καὶ οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν ἐμπαύρισαί· ἡμᾶς. Τοὺς αὐτοὺς καὶ νῦν

ἐχθροὺς τε καὶ γείτονας σαφῶς ὁ λόγος ἀντίκειται· ἔ.. μέχρι τῆς ἐαυτοῦ παρουσίας ὁ Χριστὸς ἀνεβάλετο, ἐν μυχτηρισμῷ καὶ χλεύῃ... (ἴ. πρὸς) μὲν ἀνθρώπων, αὐτοὺς δὲ μάλιστα τοὺς προφῆτας ἐκέκτηντο ὡς οὐκ ἀληθεύοντας, ἅπερ προσεφητήσαν περὶ τῆς τοῦ Σωτήρος ἀρίστως· ἀλλὰ μὴ καὶ ἀντιλογίαν παρ' αὐτῶν οὐ τυχούσαν οἱ προφῆται ὑπέμενον, ἐνεργούντων ἐκείνων ἐν τοῖς ψευδοπροφήταις, καὶ φθεγγόμενων ἕτερα. Κυρίως δὲ ἀρα τῆς ἀντιλογίας· ἐπὶ τῶν δαιμόνων τῶν νοσην ἐχθρῶν καὶ τῶν γειτόνων ἔταξε, σαφῶς παριστών, ὅτι καθάπερ οἰκέται τοῖς ἐαυτῶν δεσπόταις, οὕτως οἱ δαίμονες τοῖς προφήταις ὑπόκεινται, ἐξ ἀλαζονείας δὲ ὅμοι πολλὰκις· ἐπαρθένας ἀντιλέγουσιν. Κίριε ὁ Θεός τῶν δυνάμεων, ἐπιστρέψων ἡμᾶς, καὶ ἐπίσανον τὸ πρόσωπόν σου, καὶ σωθήσομεθα. Τῆς αὐτῆς ἔγειται κρεσείας, ἵνα πῶσον αὐτῆς τὸ ἀναγκάσον ἐνδελεξται· ὁμοῦ δὲ καὶ ἡμᾶς παιδεύων, μὴ ὀλιγωρεῖν ἀποτυχόντας εὐχῆς, ἀλλ' ἐπιμένειν· πάντως γὰρ ὅτι τευζόμεθα. Ἀμπελων ἐξ Αἰγυπτου μετήρας, ἐξέβαλες ἔθνη, καὶ κατερεύτους αὐτῆς.

β'. Ἐνταῦθα πῶσον ἐμέλησε τῷ Θεῷ τῆς σωτηρίας τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων, τῆ διηγῆσιν δείκνυσιν. Ὅσπερ γὰρ ἀμπελον ὁ γεωργὸς εὐγενεστέρην ποιῆσαι βουληθεὶς καὶ πολυφόρον, ἀπαξ αὐτὴν καὶ δις τοῦτου χάριν μετατίθει· οὕτως ὁ Θεός τὸν Ἰσραὴλ ἐκ τῆς Χαλδαίων διὰ τοῦ Ἀβραάμ εἰς τὴν γῆν τῶν Χαναανῶν ἤγαγεν· ἐκεῖθεν διὰ τοῦ Ἰακώβ καταγαγὼν εἰς Αἴγυπτον· τέλος αὐτοῦ καθάπερ εἰς ἄρουραν λιπαρῶν τὴν γῆν τὴν ἀπ' ἀρχῆς ἐπηγγελημένην ἀνήγαγεν. Οὐχ ἀπλῶς αὐτὴν ἐφύτευεν, ἀλλὰ κατεφύτευσε, τουτέστιν, ἐβρίβωσεν αὐτὴν εἰς βάθος, ὡς μηκέτι μεταστήται ὀρειλοντας. Οὐ πρότερον δὲ τοῦτο ἐποίησεν, ἀγρις ἀκανθῶν δίκην τὰ ἔθνη τὰ ἐνοικούντα ἐξέβαλεν. Ὅθεν καὶ λιαν εὐθῆνησεν, ὡς τὰ ἐξῆς περιπτυσιν. Ὁδοποίησας ἐμπροσθεν αὐτῆς. Τίνι τρόπῳ; διὰ τῆς τοῦ νόμου δόσεως, καὶ τῆς τῶν ἐθνῶν ἐξολοθρευσεως. Καὶ κατερεύτουςας τὰς ρίζας αὐτῆς, καὶ ἐπλήρωσε τὴν γῆν. Ρίζα δὲ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀμπελου Μιουθῆς, Ἰησοῦς, Φινεὴς, Ἐλεάζαρ. Οὕτοι τὴν γῆν τῆς ἐαυτοῦ εἰσθεσίας ἐπλήρωσαν· πανταχοῦ γὰρ αὐτῶν αἱ ἀρεταὶ διέβησαν. Ἐκάλυψεν ὀρη τὴν σκιά αὐτῆς, καὶ αἱ ἀνάθεδράδες αὐτῆς τὰς κέδρους τοῦ Θεοῦ. Ὅρη οἱ δικαιοῦ τοῦ Θεοῦ, διὰ τὸ τῆς ποιτηίας ὑψηλὸν καὶ μετάρσον· οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ κέδροι. Δίκαιος γὰρ ὡς φοιτῆ ἀνθήσει, ὡσεὶ κέδρος ἐν τῷ Λιβάνῳ πληθυνθήσεται. Τοῦτοις ἐκάλυψεν ἡ σκιά τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀμπελου, δηλαδὴ ὁ νόμος; καλὰ φησὶν ὁ Παῦλος· Σκιά ἔχω ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν σκιά τῶν πραγμάτων. Ἀναδενδράδες δὲ νοήσεις τὰς προφῆτας; λέξεις, αἴτινες; ταῖς τῶν ἐργαζομένων ἀρεταί; ὡςπερ γεωργῶν ἐπιδένδρων ὑψόμενα, τὸν καρπὸν τὸν οικεῖον δεικνύουσι. Ταῦτα τοίνυν τοὺς δικαίους ἐκάλυψεν· οὐ ὡστε κρύψαι, ἀλλ' ὡστε ἀπιστίας αὐτῶν τὴν κρυφὴ ἀποσθεθῆσαι, ἢ ἁμαρτίας ἐτέρας καὶ τῆς τυχοῦσης τὴν καύσωνα. Ἐξέτεινε τὰ κλήματα αὐτῆς ἕως θαλάσσης, καὶ ἕως ποταμῶν τὰς παραφύδας αὐτῆς. ἤλασσαν λέγει τὸ βάπτισμα, ποταμοὺς τὰ ἐκ μέρους; καθάρσια, κλήματα, ἐξ ὧν οἱ βότρυες τίκτονται, ὅσοι; λαμπροῦς τῆ πολιτεία ὁ λαὸς τῶν Ἰουδαίων ἐκέκτητο. Οὕτω οὐκ ἐν τῇ θαλάσῃ, ἀλλ' ἕως θαλάσσης ἐξετάθησαν, διὰ τὰ; ἐαυτῶν ἀρετὰς ἐγγύς γεγονότες; τῆς τοῦ βαπτίσματος; χάριτος. Ὅσοι δὲ παραφύδες ἦσαν, οὐκ ὄντες κλήματα, ἀλλὰ μιμούμενοι κλήματα, καὶ τὴν τοῦ νόμου δικαιοσύνην σχηματίζοντες, οὕτοι ἕως ποταμῶν, τῶν μερῶν καθαρῶν, ἐξετείνοντο, οὐ καθαιρέμενοι τοῦτοις, ἀλλὰ δοκούντες καθαίρεσθαι. Ἰναὶ καθίεις τὸν φραγμὸν αὐτῆς, καὶ τρυγῶσιν αὐτὴν πάντες οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδόν; Φραγμὸς τῆς Ἰουδαϊκῆς [759] ἀμπελου ὁ νόμος. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς, ἄκουε τοῦ Ἰησοῦ λέγοντος; Ἰμπελων ἐγενήθη τῷ ἠραπιμένῳ, ἐν κέρατι, ἐν τῷ πῶνι· καὶ πάλιν, Φραγμὸν περιέθηκα· λέγει δὲ τὸν νόμον· καὶ ἐχαράκωσα· δηλαδὴ ταῖς ἐντολαῖς; καὶ ἐφύτευσα ἀμπελον Σωρῆς, καὶ ὠκοδόμησα πύργον ἐν μέσῳ αὐτοῦ, τὴν Ἱερουσαλήμ· καὶ προλήθη ὠρυξα ἐν αὐτῷ, τὸν ναὸν· εἴτα προστίθει· Τὴν ποιήσω τῷ ἀμπελῶνι; Ἀρετῶν τὸν φραγμὸν αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς διαρπαγῆν. Τοῦτον καθίεις τὸν φραγμὸν ἡνίκα εἰς τὸν Χριστὸν ἐξήμαρτον, ὅστις αὐτοὺς τῷ νόμῳ περιέφραξε, καὶ τρυγῶνται ὑπὸ τῶν παραπορευομένων τῆν ὁδόν· τουτέστι, τῶν παρανομοῦντων, καὶ μὴ πορευομένων.

\* Leg. τὴν ἀντιλογίαν, s. τὸ τῆ; ἀντιλογίζε.

1. *In finem pro iis qui commutabuntur, testimonium ipsi Asaph, Psalmus super Assyrio. LXXIX.*

1. Commutandos vocat eos qui per poenitentiam renovandi sunt. E re autem *In finem* adjunxit, quia ultimam ancoram habemus poenitentiam. ea autem etiam in fine sæculorum per Christi adventum prædicata fuit. In horum testimonium Asaph præsentem Psalmum modulatus est atque in Psalmo narravit quanta Judæorum populus ob multitudinem peccatorum passus est. 2. *Qui pascis Israel, attende; qui deducis velut ovem Joseph: qui sedes super Cherubim, appare.* Vides quomodo cum his consonent verba Domini, quæ in Evangelis dixisse fertur: *Ego sum pater bonus (Joan. 10. 14).* Sed cur, aliis relictis, Josephum et Jacobum in medium adducit? Quia uterque ex memoratis profectus est, alius in Ægyptum, alius in Mesopotamiam, et uterque ibi servivit. At eorum servitutem in libertatem, et in bona quæ libertati addita sunt transtulit Deus, quem nunc attendere propheta expetit; ut cernens universum genus nostrum spiritualibus inimicis servire (non enim ut ad se, sed indefinitè, seu ad omnes respiciat propheta optime rogat), festinaret ad libertatem nostram, ac cito adventaret in carne, quoniam ejus adventu ad libertatem opus habemus; neque alio modo sedentem super Cherubim suscepturi erant homines, nisi in carne advenisset. 3. *Coram Ephraim, Benjamin et Manasse, excita potentiam tuam, et veni ut salvos facias nos.* Clare adventum Unigeniti in carnem postulat; quocirca non modo ut veniat, sed etiam ut potentiam suam excitet, rogat; potentiam autem vocat incarnationem: sic enim et in alio Psalmorum loco ipsam appellat: *Induit Dominus potentiam et præcinxit se (Psal. 92. 1).* Ecqua de causa cum etiam prius potens esset, lateretque homines, tamen cum in carne advenit, potentiamque suam ostendit, hanc potentiam coram Ephraim, Benjamin et Manasse excitatam fuisse dicitur? Ex parte totum Israelæm indicat, ad quem Christus ex caelis incarnatus advenit: quapropter ait, *Coram ipsis potentiam excita; vel quia cum adver-us illum sentirent, talem esse deprehenderunt, ut ad ipsum accederent. 4. Deus, converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus.* In sequentibus propheta clariorem reddit sermonem, ostendens quomodo et qua de causa Christus adventurus esset. Adventus enim hæc causa fuit, ut nos converteret et corrigeret: modus autem, apparitio manifesta, ut eum facie ad faciem videremus: nec alio modo salutem nacti essemus, nisi hoc modo apparuisset. Quod etiam Jacob patriarcha dicebat: *Vidi Deum facie ad faciem, et vixit anima mea (Gen. 32. 30).* Quamobrem ipsum ita videre Moyses quoque postulavit, non curiositate motus, sed cum nosset, utpote propheta, in hoc repositam esse hominum salutem: non ut nudam videret divinitatem: hæc enim ejus faciem nullus, ut ipse Deus ait, videre poterit (*Exod. 33. 20*). 5. *Domine Deus virtutum, quousque irascaris super orationem servorum tuorum?* Non sine causa his usus est verbis, sed simul suam dignitatem indicans, simul eum ut veniat enixe rogans: quamobrem eum non modo Deum, sed etiam Dominum virtutum, videlicet celestium, appellat. Cum autem Spiritu afflatus cognosceret in aliud tempus differri Christi mysterium, id iram appellat, quod oratio ejus tunc exitum non habitura esset: ac quousque ira extendenda sit sciscitatur: quare sequentia sic adjunxit: 6. *Cibabis nos pane lacrymarum, et potabis nos lacrymis in mensura.*

*Christus panis vitæ et poculum factus.*—In communi illud, *Usquequo*, dictum est: nam ad illud usque tempus propheta: panem lacrymarum et potum sumebant, humanum genus deplorantes, donec adveniens ipse Christus, panis vitæ et poculum effectus est. Congruenter autem illud, *In mensura*, subjunxit, ostendens nihil apud Deum sine mensura, sed omnia cum regula et mensura esse; sive ira sive castigatio

in hominum utilitatem inducitur. 7. *Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris, et inimici nostri subannaverunt nos.* Eosdem ipsos nunc quoque inimicos et vicinos clare sermo subindicat: donec enim suum distulit adventum Christus, in subsannationem et in derisum habebat homines; ipsosque maxime prophetas ut non veraces habebant, circa ea quæ de Salvatoris adventu prænuuntiabant: imo etiam contradictionem ab ipsis non levem sustinebant prophetae, cum illi aliorum pseudoprophetarum diversa narrantium ope uterentur. Forte etiam contradictionem statuit in dæmonibus, inimicis et vicinis spiritualibus, clare significans, sicut domesticos heris, ita dæmonas prophetis subjectos esse, qui tamen aliquando ex arrogantia contradicunt. 8. *Domine Deus virtutum, converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus.* In eadem perstat supplicatione, ut ostendat quanta sit ejus necessitas, simulque nos erudit, ne animo deficiamus, si quando postulata non consequamur, sed perseveremus: omnino enim impetrabimus. 9. *Vineam de Ægypto transtulisti, ejecisti gentes, et plantasti eam.*

2. Illic enarrat quantam Deus curam habuerit circa salutem Judaici populi. Quemadmodum enim colonus, ut secundam et feraciorẽ vineam efficiat, semel illam et iterum transfert: sic Deus Israelæm ex terra Chaldæorum per Abrahamum in terram Chanaeorum deduxit; inde per Jacobum in Ægyptum; demum illos quasi in arvom pingue ad terram ab initio promissam duxit. Nec modo ipsam plantavit, sed etiam radicavit: id est radices illi in profundo posuit, utpote quæ non ultra transferenda esset. Nec prius id exsequutus est, quam gentes incolas quasi spinas evulsisset. Quamobrem prospere egit, ut sequentibus declaravit. 10. *Dux itineris fuisti in conspectu ejus.* Quo pacto? Per datam legem, et gentium interfectionem. *Et plantasti radices ejus, et implevit terram.* Radix vero Judaicæ vineæ sunt Moyses, Jesus, Phinees, Eleazar. Hi terram pietate sua impleverunt: quocumque enim illorum virtutes transierunt. 11. *Operuit montes umbra ejus, et arbusta ejus cedros Dei.* Montes sunt justi Dei, ob vitæ illorum altitudinem et sublimitatem: iidemque ipsi cedri sunt: *Justus enim ut palma florebit, sicut cedrus in Libano multiplicabitur (Psal. 91. 13).* Hos operuit umbra Judaicæ vineæ, nempe lex, quemadmodum ait Paulus: *Umbra habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum (Hebr. 10. 1).* Arbusta intelligit propheticas dictiones, quæ operantium, seu agricolarum arbores colentium virtutibus sublimes effectus, proprium exhibent fructum. Hæc itaque justos operuerunt, non ita ut occultarent; sed ita ut ab eis incredulitatis algorem aut cujuscumque peccati æstum eliminaret. 12. *Extendit palmites suos usque ad mare, et usque ad flumina propaggines ejus.* Mare dicit baptismum, flumina peculiare expiationes; palmites, ex quibus uvæ nascuntur, quotquot vitæ instituto conspicuos Judæorum populus habuit. Hi non in mari, sed usque ad mare extensi sunt, propter virtutes suas prope baptismi gratiam progressi. Quotquot autem propaggines fuerunt, non palmites, sed palmitum imitatores, legisque justitiam præ se ferentes; hi usque ad flumina, peculiare nempe expiationes, extensi sunt, non iis purgati, sed se purgatos existimantes. 13. *Ut quid destruxisti maceriam ejus, et vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam? Maceria Judaicæ vineæ lex est. Id si non credas, aud. Isaiam dicentem: Vineæ facia est dilecto, in cornu, in loco pingui (Isai. 5. 1): et rursum, Maceriam circumposui; legem vero dicit; et valavi; scilicet præceptis; et plantavi vineam Sorech, et edificavi turrim in medio ejus; nempe Jerusalem; et torcular fodi in ea (Ibid. v. 2); scilicet templum: deinde adjicit: Quid faciam vineæ? Auferam maceriam ejus, et erit in directionem (Ibid. v. 4).* Ilanc destruxit maceriam, quando in Christum peccarunt, qui ipsos lege vallaverat, et vindemiantur a pertransuentibus



viam; id est, ab iniquis, qui non incedebant via regia. Hujusmodi enim nunc sunt Judæi, qui in legem prævaricantur: quapropter non transire, sed pertransire, viam dicuntur: igitur Sapientia in Proverbis, deceptum ab improba muliere juvenem, mente captum, pertranseuntem in foro præter angulum, non transeuntem, dicebat (*Prov. 7. 7. 8*). 14. *Exterminavit eam aper de silva, et singularis ferus depastus est eam.* Non tantum leo ob rapacitatem, nec draco ob nequitiam venenum, cæteraque hujusmodi in Scripturis divinis allata; sed etiam aper, quod luto nequitie gaudeat, diabolus appellatur, qui in malitiæ silva infructuosa habitat; et singularis, quia solus contra Deum arroganter se gessisse dicitur; ferus autem utpote ferox et intraciabilis. Hic synagogam Judæorum, ex quo maceries ejus destructa est, depascit; id est, ex quo Christus legale institutum abrogavit: nam inimici partibus adscripti sunt, quia neque legem, neque altare, neque aliud quidpiam eorum, quæ ad cultum Dei pertinebant, possident. 15. *Deus virtutum, converte, et respice de cælo, et vide.* Quoniam neque lex, neque propheta: Israellem converterunt, necessario rogat illum ut convertat; scilicet, ut corrigat. Quomodo convertat? Respicens de cælo et videns. Quando enim videt? At tunc enim cum majore commiseratione respicere rogat, ut quid amplius quam antea nobis beneficii conferat. Quid illud? In sequenti bus declarat. *Et visita vineam istam: 16. et perface eam, quam plantavit dextera tua, et super Filium hominis, quem confirmasti tibi.* Vides quomodo postulet ut Deus, non agricolæ modo, sed etiam medici officium adeat. Medici namque est visitare: qui medicus per seipsum invisit.

3. Itaque illum venire exoptat ut medicum, ut colorem perficere vineam, auferreque spirituales vermem, resecare palmites redundantes, ex quibus fructum excerpere non licebit. Cujus vero causa? Non illius, inquit, cujus maceriam destruxit, quam inimico tradidit; sed propter palmitem dominicum, qui ex ea produrius est. Quapropter cum dixisset, *Visita vineam istam*, subjunxit, *Et super Filium hominis, quem confirmasti tibi*; id est, propter Filium illum qui nasciturus ex vinea Judaica est, *quem confirmasti tibi*, visita illam. Vere etenim Judæi populi visitatio fuit Unigeniti adventus, siquidem illi visitationem admisissent. Quamobrem Joannes dicebat: *In propria venit, et sui eum non cognoverunt* (*Joan. 1. 11*); ipseque Dominus: *Non veni nisi ad oves quæ perierunt domus Israel* (*Matth. 15. 24*). 17. *Incensa igni, et suffossa, ab increpatione vultus tui peribunt.* Quia vineæ synagogam Judaicam comparavit, jure sermonem dividit, nunc de imagine, nunc de illis ipsis loquens propter quos imaginem assumpsit. Incensa igitur est igni Judæorum vinea, id est synagoga. Illud est, de quo Christus dicebat: *Ignem veni mittere in terram, et quid volo nisi ut accendatur* (*Luc. 12. 49*)? Ideo injectus ignis est, et suffossa fuit, ut ea suffossa, fundamentum in ea absconditum detegeretur: de quo Isaias dixit: *Ecce ego injiciam in fundamenta Sion lapidem eximium, electum, angulare, pretiosum; et qui credet in eum, non confundetur* (*Isai. 28. 16*). Quintem etiam David dicebat: *Memor esto, Domine, filiorum Edom in die Jerusalem* (*Psal. 136. 7*); videlicet gentium que dicebant: *Exinanite usque ad fundamenta ejus* (*Ibid.*). Eousque enim res Judaicæ a gentibus effodiuntur, scilicet examinantur, disquiruntur, donec fundamentum detexerint, quod illi occultant. Ideo ab increpatione vultus Dei, intellige Christi, peribunt. Increpavit enim eos, quod claves scientiæ habentes, neque ipsi ingrediuntur, et eos qui ingredi volunt prohibent (*Luc. 11. 52*). 18. *Fiat manus tua super virum dextere tuæ, et super Filium hominis, quem confirmasti tibi.* 19. *Et non discedamus a te.* Virum dextere Christus dicit; virum propter humanam naturam; dextere ejus, primo quidem utpote qui in dextera Patris cum carne sedeat; deinde quia omnem creaturam constituit. Ipsum etiam Filium hominis propter

carnem vocat, sed ut existimaret illum totum consubstantialem Patri propter divinitatem, ait, *quem confirmasti tibi*. Confirmavit enim eum, ut qui eum genuerit; confirmavit autem sibi, quia ejusdem potestatis et per omnia similem genuit. Super hos immitti rogat manum Patris, id est, ut procedant in nos signa et miracula: hæc quippe modo manus, modo digitus Dei appellatur. Non ultra autem per prophetam, aut deiferum quempiam virum, ut per Moysen, per Heliam, aut ipsis similes, signa super nos fieri rogat: sed per Filium, promittens, si id fiat, nos minime discessuros ab eo: sæpe namque discessimus. *Vivificabis nos, et nomen tuum invocabimus.* Vivificabis nos aqua vivente baptismatis. Tunc enim nomen ejus invocamus, a Christo Christiani vocati. 20. *Domine Deus virtutum, converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus.* Hæc frequenter dicuntur. Non enim in præsentem solum prophetam supplicat: ostendens nos non alio modo converti, neque servari posse, quam per adventum vultus Dei, Verbi scilicet incarnati.

## PSALMUS LXXX.

### 1. In finem, pro torcularibus. Psalmus Asaph.

1. Cur propheta hunc Psalmum inter eos qui pro torcularibus inscripti sunt locavit? Neque enim torcular, aut vindemiam, aut primitias ex agro hic illo modo commemorat: Joseph autem adducit, qui imago et testimonium Christi fuit, qui torcular cruciatum pro nobis calcavit, ut ipse per Isaia prophetiam docuit: *Torcular calcavi solus* (*Isai. 63. 3*). Cur autem torcular vocat cruciatum? Quia nos sanguinem ex ipsis fluentem musti instar bibentes lætamur. 2. *Exultate Deo adjutori nostro, jubilate Deo Jacob.* Probe nos in Deo ut potenti et sincero auxiliatori exultare jubet, non in homine quopiam: neque enim apud homines aut potentia aut sinceritas vlla servatur: quia animo pariter atque potentia instabili sunt. Quin etiam nos exultare jubet, ut qui jam per Dei opem victores simus. Deo autem euniam? *Deo Jacob*, inquit. Abrahamum tacet, Isaacum omittit, soliusque Jacob, ut rei præsentem opportuni meminit. Jubilationem vero memorans, victoriam quamdam aut symbolum jubilationem esse subindicat. Illa quippe victoria nobis supplantato per Christum hoste parata est. Ideo Deum Jacob jure in medium adducit, quia Jacob supplantatorem significat (*Gen. 27. 36*). 3. *Sumite psalium, et date tympanum, psalterium jucundum cum cithara.* Symbolum Veteris Testamenti tympanum est, utpote quod sonum emittat inconditum et obscurum, et quoniam Maria soror Moysis cum tympano ante populum Judæorum choreas agebat. Psalmista Novum etiam Testamentum exprimit: claram enim et distinctam vocem psallentes emittunt; illo namque pacto Evangelium loquitur. Quia igitur populum Judaicum nunc alloquitur, illosque docet qua de re exultare et jubulare debeant, ac quod pactum cum Ecclesia ex gentibus inire, clare illos hortatur ut accipiant nova, et dent illis vetera; illa quippe connexa utiliora evadunt. Nam qui veritatem habet, magis impletur cum imaginem accipit; qui autem imaginem habet, magno afficitur beneficio cum veritatem accipit, cujus causa imaginem possidet: quapropter ait: *Psalterium jucundum cum cithara*, id est nova cum veteribus: quemadmodum et Salomon ait in Canticeis: *Nova cum veteribus, quæcumque dedit mihi mater mea, frater mi, servavi tibi* (*Cant. 7. 13*). Cur autem hæc psalterio et cithare comparavit? Quia hæc instrumenta inter se sunt affinia, sed diversos habent chordarum nexus; aliud enim superne, aliud inferne colligatum est: quemadmodum Vetus et Novum Testamentum affinia inter se sunt, et ad unum scopum, pietatem nempe, respiciunt; sed illius præcepta deorsum vergunt, ob tenuitatem mandatorum: illius vero sursum, ob celsitudinem et sublimitatem eorum qui Christi discipuli fuerunt.



νιον ὁδῷ βασιλικῇ. Τοιοῦτοι γάρ εἰσιν οἱ νῦν τῶν Ἰουδαίων παιδῆς, ἐν νόμῳ παρανομούντες· ὅθεν οὐ πορευέσθαι τὴν ὁδὸν, ἀλλὰ παραπορεύεσθαι λέγονται· ὡς τε καὶ ἡ Σοφία ἐν Παροιμίαις τὸν ὑπὸ τῆς φαύλης γυναικὸς ἀπατώμενον νεανίαν, Ἐνδεῖ φρενῶν, παραπορεύομενον ἐν ἀγορᾷ παρὰ γυναικῶν, οὐ πορευόμενον, ἔλεγεν. *Ἐλυμήνατο αὐτὴν ὅς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος κατερεμήσατο αὐτὴν.* Οὐ μόνον λέων διὰ τὸ ἀρπακτικὸν, οὐδὲ δρᾶκον διὰ τὸν τῆς κακίας ἴδν, ἔτερα τὰ τοιαῦτα ἢ ταῖς Γραφαῖς εἴρηται ταῖς θεοπνεύταις, ἀλλὰ καὶ ὅς, διὰ τὸ χαίρειν τῷ βορβόρῳ τῆς κακίας, ὁ διάβολος λέγεται, ὃς ἐν τῷ ἀκάρπῳ δρυμῷ τῆς κακίας ἀλλίσσεται· καὶ μονιὸς, ὡς μόνος κατὰ Θεοῦ ἀλαζονευσάμενος, λέγεται· ἄγριος γάρ, ὡς θηριώδης καὶ ἀνήμερος. Ὅπως τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων, ἀφ' οὗσπερ αὐτῆς ὁ φραγμὸς καθηρέθη, λυμαίνεται· τούτεστιν, ἀφ' οὗ Χριστοῦ τὴν νομικὴν πολιτείαν κατέπυσε· τῆς γὰρ ἐκ τοῦ ἔχθρου μερίδος εἰσιν, ἐπειδὴ μήτε τὸν νόμον, μήτε θυσιαστήριον, μήτε ἄλλο τι τῶν εἰς λατρείαν Θεοῦ τελοῦντων κέκτηνται. *Ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ἐπίστρεψον δὴ, καὶ ἐπιβλέψον ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἴδε.* Ἐπειδὴ γὰρ οὕτε ὁ νόμος τῶν Ἰσραὴλ, οὕτε προφῆται ἐπέστρεψαν αὐτὸν, ἀναγκάως αὐτὸν ἐπιστρέψαι παρακαλεῖ· τούτεστιν, διορθώσασθαι. Πῶς δὲ ἐπιστρέψαι; Ἐπιβλέψοντα ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἰδόντα. Πότε γὰρ οὐκ ὀρᾷ; Ἀλλὰ νῦν αὐτὸν ἰδεῖν αἰτεῖ πάντως συμπάθετον, ἵνα τι πλεον εἰς ἡμετέραν εὐεργεσίαν ποιῆσῃ τῶν ἐμπροσθεν. Τί δὲ τοῦτο; Ἀγλοὶ τὰ ἐπόμενα. *Καὶ ἐπίσχεψαι τὴν ἀμπέλον ταύτην. Καὶ καταρτίσαι αὐτήν, ἢ ἐφύτευσον ἢ δεξιᾷ σου, καὶ ἐπὶ Ἰὶδὸν ἀνθρώπου ὃν ἐκραταίωσας σεαυτῷ.* Θεωρεῖ; ὅτι οὐ μόνον γεωργοῦ, ἀλλὰ καὶ λατροῦ χώραν τὸν Θεὸν ἀναλαβεῖν ἐξήτησεν. Ἰατροῦ γὰρ τὸ ἐπισκέψασθαι, ὅστις δι' ἑαυτοῦ ποιεῖται τὴν ἐπίσκεψιν.

γ'. Οὐκὼν ἐνόημήσασι μὲν ὡς λατρῶν, ὡς δὲ γεωργῶν καταρτίσαι τὴν ἀμπέλον βούλεται, ἀναρεῖν τὸν νοσητὸν σφάλμα, καὶ τὰ περιττά (sic) ἐκτέμνοντα κλήματα, ἀφ' ὧν καρπὸν φέρειν οὐ δύνησεται. Τίνος δὲ τούτου χάριν; Οὐκ αὐτῆς, φησὶν, ἥσπερ καθελεῖ τὸν φραγμὸν καὶ τῷ ἔχθρῳ παραδίδωκεν, ἀλλὰ διὰ τὸ κλῆμα τὸ μέλλον ἐξ αὐτῆς δεσποτικὸν ἀναδιδόναι. Διόπερ εἰπὼν, *Ἐπίσχεψαι τὴν ἀμπέλον ταύτην*, ἐπήγαγε, *Καὶ ἐπὶ Ἰὶδὸν ἀνθρώπου, ὃν ἐκραταίωσας σεαυτῷ.* Ἄλλὰ διὰ τὸ κλῆμα τὸ μέλλον ἐξ αὐτῆς δεσποτικὸν ἀναδιδόναι. Διόπερ καὶ Ἰωάννης ἔλεγεν· *Εἰς τὰ ἴδια ἡλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐκ ἔγνωσαν*· αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος· *Οὐκ ἤλθον εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλῶτα οἴκου Ἰσραὴλ.* Ἐμπειρυσμένη πυρὶ, καὶ ἀνεσκαμμένη, ἀπὸ ἐπιτιμῆσεως τοῦ προσώπου σου ἀπολοῦνται. Ἐπειδὴ ἀμπελῶν τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν συνέκρινεν, ἀναγκάως μερίζει τὸν λόγον, ποτὲ μὲν πρὸς τὴν εἰκόνα, ποτὲ δὲ πρὸς τούτους, ἐφ' οἷς τὴν εἰκόνα παρελάβεν. Ἐνεπύρλαθη τοίνυν πυρὶ ἡ τῶν Ἰουδαίων ἀμπέλος, τούτεστιν, ἡ συναγωγὴ ἡ ἐκεῖνο δὲ, περὶ οὗ ὁ Χριστὸς ἔλεγε· *Πῦρ ἤλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τί ἔθελον, εἰ ἤδη ἀνήψθη;* Τούτου δὲ χάριν ἐβλήθη τὸ πῦρ, καὶ ἀνεσκάφη, ἵνα ἀνασκαφείσῃ αὐτῆς, γυνωβῆ ὃ ἐν ταύτῃ κεκρυμμένος θεμέλιος· περὶ οὗ Ἡσαΐας ἔλεγεν· *Ἰδοὺ ἐγὼ ἐμβαλῶ εἰς τὰ θεμέλια Σιών λίθον πολυτελεῖ, ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνίον, ἔτιμον· καὶ ὁ πειτεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ κατασχυρῆσεται.* Ἀλλὰ μὴν [740] καὶ ὁ Δαυὶδ ἔλεγεν· *Μνησθήσῃ, Κύριε, τὸν υἱὸν Ἐδὼμ τὴν ἡμέραν Ἰερουσαλὴμ*· δηλαδὴ τῶν ἐθνῶν τῶν λεγόντων, Ἐκκενότες ἕως τῶν θεμελίων αὐτῆς. Μέχρι γὰρ τοσούτου τὰ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ἐξορῦττεται, ἐπιμελῶς ἐρευνώμενα δηλαδὴ, καὶ ψηλαφώμενα, ἄκρις οὐ τὸν θεμελίον γυνωβύσσει, ὅπερ ἐκεῖνο κρύπτουσι. Διὸ ἀπὸ ἐπιτιμῆσεως τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ, νοήσεις τοῦ Χριστοῦ, ἀπολοῦνται. Ἐπετίμης γὰρ αὐτοῖς, ὅτι τὰς κλείς τῆς γνώσεως ἔχοντες, οὕτε αὐτοὶ εἰσέρχονται, καὶ τοὺς εἰσελθεῖν βουλομένους κωλύουσι. *Γενεθήτω ἡ χεὶρ σου ἐπ' ἄνδρα δεξιᾶς σου, καὶ ἐπὶ Ἰὶδὸν ἀνθρώπου, ὃν ἐκραταίωσας σεαυτῷ.* Καὶ οὐ μὴ ἀποστῶμιεν ἀπὸ σου. Ἄνδρα δεξιᾶς τὸν Χριστὸν λέγει· Ἄνδρα διὰ τὴν ἀνθρωπότητα· δεξιᾶς αὐτοῦ, πρῶτον μὲν ὡς ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς μετὰ σαρκὸς καθεζόμενον· ἔπειτα διὰ τὸ πᾶσαν ὅτι τὴν κρίσιν συνετήσεται. Αὐτὸν καὶ Ἰὶδὸν ἀν-

terrogatio esset), sed Numine afflatus immensam et incomparabilem Dei magnitudinem descripsit. Nemo enim se Deo omnium auctori in aliquo comparandum esse gloriatur. Quia vero dictionum discrimen observandum est; neque enim dixit, Quis similis est tibi, sed, *Quis similis erit tibi*, et his futurum tempus indicat; certe incarnationem Unigeniti adumbrat, quaerens cum quibusnam prophetis ejus gloria comparanda sit: quamobrem eum alii Heliam, alii Jeremiam, alii ex prophetis aliquem esse putabant: sed nullus ex praedictis illi similis esse poterat. Ille quippe solus erat Deus et homo, solus genus nostrum servavit. *Ne sileas, neque comescaris, Deus*; hoc est, Ne diutius tolteres: silentium enim iudicis, ejus erga peccatores tolerantiam vocavit. Cur autem id rogavit? *Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, et qui oderunt te, extulerunt caput.* In tantum, inquit, ob tolerantiam tuam elati sunt inimici, ut sonarent; id est confidenter loquerentur, et nequitiam suam quasi tuba impudenter palam facerent, extollerentque caput, de facinoribus suis non erubescerent, sed arroganter agentes, quasi nullus esset quem timerent. Inimicos autem Dei peccatores appellat: quia autem sibiipsis inimici sunt illa agentes quae sibi noceant, benignus cum sit Deus, et mortem peccatoris nolit, inimicos illos sibi-ipsis insidiantes ponit. 4. *Super populum tuum cullidum inierunt consilium, consultaverunt contra sanctos tuos.* En aliud genus inimicitiae contra Deum propheta exposuit. Nam qui et populo Dei et sanctis inimici erant, adversus eum bellum suscitant, cujus illi servi et fratres erant. Bellum autem indicat, non modo illud, quod deinceps describitur, in quo eas quae bellum adversus Judaeos gerebant gentes commemoravit; sed etiam quoddam occultum bellum subindicat, quod sanctis peccatores inferre solent. Ideoque non solum illos callide inire consilium dicit, sed etiam cum maxima calliditate, id est, versutia varia et omnimoda utentes: quales sunt ii, qui prius pecuniis, aut possessionibus, aut aliis rebus eos qui Deo addicti sunt defraudant, ut eos ad ingrate agendum et blasphemandum excitent: cum autem res hoc modo non succedit, voluptates ipsis suggerunt, vanae gloriae cupiditatem, arrogantiam, fastum, amicorum specie inimicorum consilia dantes: id quod sequentibus indicatur. 5. *Dixerunt: Venite, et disperdamus eos de gente, et non memoretur nomen Israel ultra.* Clare isthaec de inimicis Israel infra memorandis dicta sunt, et haec ab eis acta sunt: neque hic intelligendi sunt illi qui mala dant consilia, et qui ad malum quasi vi inducunt (a): hi enim nos de gente disperdere volunt, ut ne cum iniquis quidem nominemur, quia cum legem habeamus, peccamus tamen, neque cum iis qui legem custodiunt, quia praevaramur; sed id volunt ut nomen Israel oblivioni tradatur. Nam si Israel est videns Deum, et si quispiam non agat ea quae Deum videntem et ad eum oculos mentis intentas habentem par est agere, necesse ut is omnino oblivioni tradatur, neque an fuerit Israel credi possit, is qui spiritualiter illos videbat, id est, neque Deum novisse ob extremam incuriam dici possit. 6. *Quoniam consultaverunt unanimiter, simul adversum te testamentum disposuerunt.* Ecquis adversus Deum, qui non oculis modo, sed etiam cogitationibus inaccessus est, aliquid consultare, aut disponere, aut imaginari poterit? Verum ille contra se facta reputat ea quae contra eos qui in ipso confidunt geruntur: ideoque insidiae in eos structae in ipsum Deum utpote eorum patrem, patronum et curatorem confidat: dicuntur. Quinam sunt autem qui insidias meditantur? 7. *Tabernacula Idumaeorum et Ismaelitarum, Moab et Agareni, 8. Gebal et Ammon et Amalec.* Ili omnes ex Abrahamo genus ducunt, ita ut cognati Israelis essent. Nam Ismaelitarum patrem habuerant Ismaelem Abrahami filium. Agareni ex Abrahamo quidem non erant, sed ex Agar, quam Sara cum Abrahamo ad quoddam tempus junxisset,

zelotypiaque postea mota esset, cum Ismaele ejici curavit: alterique postea copulata, ab se prognatis Agarenorum nomen dedit. Item ab Esau Amalec oriebatur (a). Moab et Ammon filii Lot erant ex duabus ejus filiabus suscepti, post incendium Sodomorum, quibus conterminus erat Gebal, et fortasse affinis; quapropter in medio eorum numeratur. Quid igitur his significatur? aut qua de causa ipsos cognatos exhibet? Ut discas inter inimicos, eos qui domestici sunt, ut Christus ait, id est, cognatos primas partes agere: quamobrem propheta in ultinio ordine posuit alienos: sic itaque subjungit: *Alienigenae cum habitantibus Tyrum.* 9. *Etenim Assur venit cum illis.* Non cum iis qui Tyrum habitant, sed cum Moab et Ammon, et cum aliis quos cognatos Judaeorum esse ostendimus. Itaque non suo motu in hoc bellum, sed a cognatis excitati, se contulerunt: quapropter adjicit: *Facti sunt in adjutorium filiis Lot*; id est, in illorum auxilium advenerunt. Cave igitur interiores inimicos; ipsi enim exteriores adhuc armant. Neque cognationi fidas, quia illa in inimicitiam ut plurimum vertitur; consideres autem velim maledictionem, quam illis intulit. *Diapsalma*, quia sermonem transfert in orationem. 10. *Fac illis sicut Madian et Sisara, sicut Jabim in torrente Cisson.* 11. *Diaperierunt in Aendor.*

2. Non frustra hos ex omnibus delegit; sed quia bellum ab ipsis non expectatum exitum habuit: Madian enim terram multitudine operientem Gedeon sine armis invadens cecidit, et profligavit cum viris trecentis, qui non enses, non clypeos, non cassides, neque alia bellica instrumenta habebant, sed lampades tantum, et tubas corneas, quae uterentur. Sisaram vero ducem gentis Jabim, qui cum nongentis ferreis curribus pugnabat, Deus perterrefecit, in fugam vertit, et uxori Chaber Cinæi tradidit, quae illum immisso per tempora vecte interfecit. Precatur ergo ut quemadmodum hi, sic etiam illi, quos prius enumeravit, inimici manu Dei cadant. Torrentis quippe Cisson et Aendor, quod illic contra Sisaram pugna fuisset, mentionem facit. *Facti sunt ut stercus terrae.* Eo usque dejecta per cladem fuit eorum arrogantia, ut praevilitate quasi stercus reputarentur. E re autem stercus dicitur. Quemadmodum enim illud, licet vile abjectumque sit, terram reddit feracem: ita et superborum ruina vilitasque animas nostras virtutum feraces efficit. 12. *Pone principes eorum sicut Oreb, et Zeb, et Zebæ et Salmonan.* Viros commemorat a Gedeone interfectos: rogatque principes hostium parem subire sortem. Quos autem principes, apertius declarant sequentia. *Omnes principes eorum, 13. qui dixerunt, Hereditate possideamus sanctuarium Dei.* Principes igitur non dignitate tantum, quantum malitia dicit: quamobrem Dei sanctuarium hereditatem suam fore imaginabantur, ita ut sanctis ad divitias, et divinis ad lucrum uti possent. Non solum autem hoc faciunt qui sacra vasa diripiunt et sancta dividunt; sed quicumque divina cauponantur vendentes et ementes ea quae Dei sunt, et pacta illicita ineutes: qualis erat Simon, qui charismata pecunia emere voluit: quamobrem Petrus illum indignum judicavit dono sancti Spiritus (Act. 8. 18. sqq.). 14. *Deus meus, pone illos ut rotam*; id est, in commotione et instabili cursu, et perpetua mutatione: hoc enim rotæ proprium. *Sicut stipulam ante faciem venti*; ita ut nusquam stare possint, et nusquam eorum substantia appareat, impetu motus dissipata. 15. *Sicut ignis qui comburit sylvam, sicut flamma comburens montes.* Infructuosos illos esse rogat. Ignis quippe utilis est ad conflandum aurum vel argentum, panemve coquendum, pharmacumque aut quid simile ad commodum nostrum: ignis vero qui incenduntur sylvæ, aut comburantur montes, nihil nobis parit utile aut commodum, sed ardet quidem vehementius, extinctum autem nihil aliud profert, quam favillam

(a) hæc corrupta omnino sunt: nam hic negatio nulla esse queat.

(a) Error gravissimus.



et cinerem, quales reperiuntur etiam peccatores, postquam in eos Deus suam immisit iram. 16. *Ita persequeris illos in tempestate tua, et in ira tua turbabis eos.* Tempestatem vocat repentinam et vehementissimam Dei in peccantes commotionem, qua is optat ut illi pellantur et conturbentur; id vero quomodo fiat in præcedentibus dictum est: ut dissipentur in minutas partes quemadmodum stipula; utque in terram et pulverem eant, posteaquam ira Dei instar ignis extincta fuerit. Verum id precatur non in damnum ipsis, sed in utilitatemvertere. Quid enim adjicit? 17. *Inple facies eorum ignominia, et quærent nomen tuum, Domine.* Cum spem illam amiserint cujus gratia spem in Deum negligebant, pudorem necessario et ignominiam subidunt, utpote qui in vanis rebus fiduciam habuerint, et fugientia manentia esse existimaverint; mutati autem nomen Dei quærent, præ omnibus diligentes ejus familiaritatem. Quia vero in præsentia id non peccatoribus omnibus evenit: alii enim usque in finem in prosperitate manent; alii etiam cessante prosperitate, ad Deum non convertuntur; audi quid de illis subjungat: 18. *Erubescant et conturbentur in sæculum sæculi.* Palam est eum loqui de futuro sæculo, ubi peccatores non modo confunduntur, sed etiam conturbantur, ac pudore suffecti pereunt, quia ibi pœnitentiæ tempus non habent: neque enim possunt per pœnitentiam pudorem suum obtegere; erubescunt autem non modo judicem, sed etiam eos in quorum præsentia iudicium subeunt, quos fortis læserunt, quibus frustra insidiati sunt. Hos necessario erubescunt, videntes eos in bonis, se in malis versari. Tunc enim, etsi necessario Deum cognoscent, cogent: metu ac iudicio: quæere autem illum vel ad eum recurrere jure merito non poterunt, ut sequentia declarant: 19. *Et cognoscant quia nomen tibi Dominus, tu solus Altissimus super omnem terram.* Hic cognitionem, non eam quæ ex animo et proposito habetur, sed necessariam confessionem dicit. Quemadmodum enim cum acutum gladium videmus, cum eum experimus, tunc eum revera cognoscimus: insuperque cum fateamur ignem calidum esse, tunc maxime illud predicamus, cum ei nos admovemus: sic omnes increduli in die iudicii Deum cognoscent, scient ipsum solum Altissimum esse super omnem terram: non ut quidam impii nunc arbitrantur, divisum in idolis imperium habentem; et putant eo quod diutius toleret, ipsum nec omnia nec in omnibus quæ vult posse facere. Tunc certe non ita loquentur: non amplius enim erga illos tolerantia, sed iustitia utetur.

1. *In finem, pro torcularibus filiis Core,*  
Psalmus LXXXIII.

4. Psalmorum cantores fuisse filios Core, perinde atque Asaph, jam ostendimus, cum prophetiam Davidis in Psalmis explanaremus; torcularia autem esse cruciatum Christi mysteria diximus, quia subsultans et torcular calcans, quasi mortem calcaret, id implevit. Quare *Triumphale pro torcularibus* inscriptum hunc Psalmum apud reliquos interpretes reperimus; bene autem LXX, *In finem*, ediderunt, quia finis legis Christus, de quo hæc dicta sunt. 2. *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum!* Tabernacula Domini non templa solum, non oratoria dicuntur, sed etiam omnes quotquot Deum in se habitare per sanctitatem satagunt; multo magis ex quo Christus adventi, qui ob suum erga homines amorem in nobis habitat. Quamobrem Joannes Theologus scripsit: *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (Joan. 1. 14). Hæc itaque dilecta Deo, utpote ab illo habitata; dilecta nobis, quia per ea ad Deum inaccessibilem accedere possumus. 3. *Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini. Deficit*, non ex infirmitate, sed ex vehementia amoris: quemadmodum fervidi amatores deficiunt, cum ab amoribus suis vel ad modicum tempus separantur. Id se dicit propheta perpeti In

*atriis Domini*, seu sensibilibus, seu spiritualibus. Ac jure merito. Illic enim pauper invenit consolationem, injuria affectus, patientiam, qui prospere agit, frenum: omnia omnes sive medicamenta morbis animi, sive incitamenta ad virtutem roborantia accipimus. *Cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum.* Primo cor, deinde caro exultationem in Deum accipit. Nam si mentem Deo consecremus, caro ad ea instituta, non ultra gaudet ebrietate, cubilibus et impudicitia, sed exsultat in Deum vivum, quæcumque ad veram vitam pertinent, per philosophiam et spem paulo post futura vite persequens.

*Monachus passeri similis.*—4. *Etenim passer invenit sibi domum, et turtur nidum ubi reponat pullos suos: altaria tua, Domine virtutum, rex meus, et Deus meus.* Intelliges igitur hac ratione, sicut passer domum et turtur nidum, ita nos invenire altaria Dei, refugium nobis et tegumentum præsentia. Quod autem verius est, passerem vocat hominem, qui monasticam philosophiam sectatur. Multa enim in eum, quæ ad passerem pertinent, conveniunt: non habet domum in terra, non sollicitus est de crastino, dolum non meditatur, vili cibo utitur; turturem vero dicit virginem castam, ob castitatem et silitudinis amorem, ob querulam vocem: consentaneum quippe est virginem, eam quæ in viduitate philosophice et in lacrymis vitam agit, imitari. Hi nidos sibi et domos invenerunt, Dei nempe altaria: illic habitare, et edificare debent; habitare, ad securitatem; edificare, quia fructus et filii virginum et continentium sunt sanctificatio, passionumque mortificatio, quorum characterem cum incitamento ferunt altaria. Illud etiam animadvertite, nempe eum Dominum virtutum cælique, imo universorum, regem et Dominum suum appellare: declarat scilicet commune bonum, et sibi proprium, habere licere: quapropter habitare in nobis dignatur is, qui a nullo continetur. 5. *Beati qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.* Domus Dei lex est: illic namque ut in proprio tabernaculo habitat; ac per eam mandata servantibus adest. Qui igitur illic habitant beati sunt: primo quidem quia cum Deo habitant; deinde quia in loco habitant insidiis non pervio, sed in quo est accurata rerum præsentium distinctio, et clara futurorum præsentia et cognitio. Quare qui illic habitant, in sæcula sæculorum Deum laudabunt, nacti angelorum vitam, qui perpetuo Deum hymnis celebrant, et futuram ejus gloriæ celebrationem cum præsentibus copulant. Diapsalma medium propheta occupat: quia de iis qui admodum et perpetuo confidunt in Deum disserens, sermonem transtulit ad eos, qui ad hoc quidem nati erant, sed ex Dei auxilio et ex profectu ad illos ascenderunt. 6. *Beatus vir cujus est auxilium apud te.* Vere quidem: si enim lapsus sit, surgit tamen; si sit peccator, purgatur; si desperatus, mortem tamen non videt. Sed quis hic sit audi: *Ascensiones in corde suo disposuit.* Quomodo et qua ratione? 7. *In valle lacrymarum, in loco quem posuit.* 2. Non ergo personarum acceptor est Deus, neque his quidem patrociniatur, aliis vero minime, sed omnibus patrociniatur præbet, iis qui seipsos offerunt. Offerunt, quomodo? *In valle lacrymarum:* id est, in loco pœnitentiæ. Illic enim Deus peccatoribus posuit locum conversionis et salutis, dicens: *Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum cælorum* (Matth. 4. 17). Itaque qui hac via graditur, *Ascensiones in corde suo disposuit*, a terra ad cælum transire cogitans, non per unum gradum, sed per plures. Quapropter *Ascensiones* dixit, non ascensionem: multis enim virtutibus, et variis recte factis opus habemus, ut ab infirmis liberati, superna accipiamus. Quænam illa sunt? Audi: 8. *Etenim benedictiones dabit legislator: ibunt de virtute in virtute: videbitur Deus deorum in Sion.* Dicit itaque evangelica præcepta, in quibus non unam reperit est benedictionem, sed multas; varias scilicet beatitudines, quas Christus cœni leges protulit: in quibus is qui sibi attendit, procedit de

τὰ πρὸς ὧπα αὐτῶν ἀτιμίαι, καὶ ζητήσουσι τὸ δρομὸν σου, Κύριε. Ὅταν γὰρ ἐκείνης τῆς ἐλπίδος ἐκπέσειαι, ἥς ἔνεκα τῆς εἰς Θεὸν ἡμελόν, ἀλογύνην μὲν ἀναγκαιῶς καὶ ἀτιμίαν ὡς θαρβήσαντες ἐπὶ ματαίοις ὕφιστανται, ὅτι τὰ φεύγοντα ὡς ἐστῶτα ἐλόγησαντο· μεταβαλλόμενοι δὲ τὸ βνομα τοῦ Θεοῦ ζητοῦσι, τὴν εἰς αὐτὸν οἰκειωσιν ἀντὶ πάντων αἰρούμενοι. Ἐπειδὴ κατὰ τὸ παρὸν οὐ πᾶσι τοῦτο τοῖς ἀμαρτάνουσι γίνεται· [748] οἱ μὲν γὰρ μέχρι τέλους εὐθηνούμενοι μένουσιν· οἱ δὲ καὶ παυσαμένοι τῆς εὐθηνίας, πρὸς τὸν Θεὸν οὐκ ἐπιτρέφουσιν· ἄκουε τί περὶ τούτων ἐπήγαγεν· *Ἀλογυθήτωσαν καὶ ταραχθήτωσαν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.* Εὐδῆλον ὅτι λέγει τὸν μέλλοντα, ἔνθα οἱ ἀμαρτωλοὶ μὴ μόνον ἀλογύνονται, ἀλλὰ γὰρ καὶ ταραττονταὶ καὶ ἐντραπέντες ἀπόλλυνται, ἐπειδὴ καρὸν ἐκεῖ μεταμελείας οὐκ ἔχουσιν. Οὐδὲ γὰρ καλῶς μετανοῶν αὐτοί, τὴν ἐντροπήν τὴν οἰκτεῖαν δύνανται· ἐντρέπονται δὲ οὐ μόνον τὸν κριτὴν, ἀλλὰ καὶ τούτους πρὸς οὓς κρίνονται, οὓς ἠδικήσαν τυχόν, οἷς μάτην ἐπεβοῦλευσαν. Τούτους ἀναγκαιῶς ἐντρέπονται, ὁρῶντες αὐτούς ἐν ἀγαθοῖς, ἑαυτοὺς δὲ ἐν κακοῖς. Τότε τοῖνον εἰσονται μὲν καὶ πρὸς ἀνάγκην τὸν Θεὸν, ἀναγκάζοντος καὶ φόβου καὶ τῆς κρίσεως· ζητήσουσι δὲ αὐτὸν ὡστε αὐτῷ προσδραμεῖν εἰκότως οὐχ ἔξουσιν, ὡς τὰ ἐξῆς παρίστησιν· *Καὶ γινώσκωσαν ὅτι δρομὸ σοι Κύριος, σὺ μόνος Ὑψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.* Ἐνταῦθα γινώσιν οὐ τὴν ἀπὸ γινώσεως ἐπίγνωσιν, ἀλλὰ τὴν ἐξ ἀνάγκης ὁμολογίαν λέγει. Ὅσπερ γὰρ ἰδόντες τὸ ζῆφος ὅτι ὄξυς, ὅταν αὐτοῦ πειραθῶμεν, τότε δυντὼς γινώσκωμεν· ἔτι δὲ καὶ πῦρ ὁμολογῶντες ὅτι θερμὸν, χηρῦτόμεν τοῦτο μᾶλλον, ὅταν αὐτῷ προσέλθωμεν· οὕτω πάντες οἱ ἄπιστοι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς κρίσεως τὸν Θεὸν ἐπίγνωσονται, καὶ εἰσονται αὐτὸν μόνον Ὑψιστον ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν· οὐ ὡς περὶ νῦν τίνων ἀσέβων δοκοῦσι, τὴν ἀρχὴν πρὸς τὰ εἰδῶλα μεμερισμένη ἔχοντα· ἀφ' ὧν δὲ μακροθυμεῖ, οὐ πάντα οὐδὲ ἐπὶ πᾶσιν ἠγούμενοι δύνασθαι. Τότε γὰρ μὴ οὐκ ἔρουσι τοῦτο· οὐκ ἔτι γὰρ αὐτοῖς μακροθυμῆ, δικαιοσύνη δὲ κέρηται.

*Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῶν ληγῶν τοῖς υἱοῖς Κορῆ, ψαλμός πγ'.*

α'. Ψαλμῶδους εἶναι τοὺς υἱοὺς Κορῆ, καθάπερ τὸν Ἀσάφ, παρὰ τοῦ Δαυὶδ ἐπὶ τοῖς ψαλμοῖς προφητεῖαν ἐκλαμβάνοντες, -ἐβείξαμεν φθάσαντες· εἶναι δὲ καὶ ληνοῦς τῶν παθημάτων τοῦ Χριστοῦ τὰ μυστήρια, ἐπειδὴ σκιρτῶν αὐτὰ καὶ ληνοδατῶν ὡς περ ἐν τῷ θάνατον καταπατεῖν ἐπλήρωσεν. Ὅθεν Ἐπινίκιον περὶ τῶν ληγῶν τοῦ ψαλμοῦ τοῦτου τὴν ἐπιγραφὴν ἐκδεδώκωτα· τοὺς ἄλλους ἐρμηνευτὰς εὐρίσκωμεν· καλῶς δὲ ἄρα καὶ οἱ Ἐβδομήκοντα. *Εἰς τὸ τέλος, ἐξέδοσαν, ἐπειδὴ τέλος νόμου Χριστοῦ, περὶ οὗ ταῦτα ἐλέγετο. Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματα σου, Κύριε τῶν δυνάμεων.* Σκηνώματα τοῦ Κυρίου οὐχ οἱ ναοὶ μόνον, οἱ προσευκτηριοὶ λέγονται, ἀλλὰ καὶ πάντες ὅσοι τὸν Θεὸν ἐν ἑαυτοῖς σκηνώσαι διὰ τῆς ἄγιωσύνης προτρέπονται· καὶ πολὺ γὰρ μᾶλλον ἀφ' οὗ Χριστοῦ ὁ σκηνῶν διὰ φιλανθρωπίαν ἐν ἡμῖν ἐπέδημησεν. Ὅθεν καὶ ὁ Ἰωάννης ὁ θεολόγος ἔγραψεν· Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Ταῦτα τοῖνον ἀγαπητὰ μὲν τῷ Θεῷ, ὡς παρ' αὐτοῦ σκηνώμενα· ἀγαπητὰ δὲ καὶ ἡμῖν, ἐπειδὴ δι' αὐτῶν ἐγγίξειν Θεῷ τῷ ἀπροσίτῳ δυνάμεθα. Ἐπιποθεὶ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχὴ μου εἰς τὰς ἀβύσσους τοῦ Κυρίου. Ἐκλείπει, οὐκ ἐξ ἀσθενείας, ἀλλ' ἐκ τοῦ λαν ἐρᾶν, ὡς περ οἱ θερμὸι τῶν ἐραστῶν ὑπὸ... ἐκλείπουσιν, ὅταν αὐτῶν πρὸς ὄλιγον χωρίζωνται. Τοῦτο φησὶν ὁ προφήτης πρὸς τὰς ἀβύσσους τοῦ Θεοῦ, εἴτε ἀσθητὰς, εἴτε τὰς νοητὰς, πάσους. Καὶ μάλα εἰκότως. Ἐκεῖ γὰρ ὁ πτωχὸς εὐρίσκει παράκλησιν, ὁ ἀδικούμενος ὑπόμονην, ὁ εὐθηνῶν χαλίνωσιν· πάντα πάντες, ἢ φάρμακα παθῶν, ἢ τὰ πρὸς ἀρετὴν ἀλείφοντα καὶ νευρούντα λαμβάνομεν. Ἡ καρδία μου καὶ ἡ σὰρξ μου ἠγαλλιάσασθε ἐπὶ Θεὸν ζῶντα. Πρῶτερον ἡ καρδία, καὶ μετὰ τοῦτο ἡ σὰρξ τοῦ Θεοῦ τὴν ἀγαλλίασιν δέχεται. Ἐάν γὰρ ἀναθῶμεν τῷ Θεῷ τὴν διάνοιαν, ἢ σὰρξ ὡς ἐπ' αὐτῆς παιδαγωγούμενη οὐκ ἔτι χαίρει μέθη καὶ κολητὴ καὶ ἀσελγεία, ἀλλ' ἀγαλλιάται ἐπὶ τῷ ζῶντι, ὅσα τῆς ἀληθοῦς ζωῆς, ταῦτα διὰ φιλοσοφίας ἐλπίδα τῆς μετὰ μικρὸν ἀφθαρσίας διώκουσα.

[749] *Καὶ γὰρ στρούθου εὖρεν ἑαυτῷ οἰκίαν, καὶ τρυγῶν νοσσιᾶν ἑαυτῇ, οὐ θήσει τὰ νοσσία ἑαυτῆς·*

τὰ θουσιστηρία σου, Κύριε τῶν δυνάμεων, ὁ βασιλεῖς μου, καὶ ὁ Θεός μου. Νοήσεις μὲν οὐν καὶ οὕτως, ὅτι καθάπερ οἶκον τὰ στρούθια καὶ νοσσιᾶν αἱ τρυγῶνες, οὕτως ἡμεῖς εὐρομεν τοῦ Θεοῦ τὰ θουσιστηρία ἀποφυγῆν ἡμῖν καὶ σκέπην παρέχοντα. Τὸ δὲ γε ἀληθέστερον, στρούθιον τὸν ἄνδρα καλεῖ τὸν ἐν μοναδικῇ φιλοσοφίᾳ. Ἐμφερῆ γὰρ αὐτῷ πρὸς τὸ στρούθιον πολλὰ οἶκον ἐπὶ γῆς οὐκ ἔχει, οὐ μερινῶν τὰ εἰς ἀβρίον, ὅλον οὐκ ἐπιτηδεύει, τροφῇ τῇ παρατυχοῦσῃ κέρηται· τρυγῶνα δὲ τὴν παρθένον ἐγκρατῆ. διὰ τὸ ἄγνον καὶ φιλέρημον, διὰ τὸ γοερὸν τῆς φωνῆς (πρέπει γὰρ τῇ παρθένῳ), καὶ τὴν ἀπὸ χηρείας φιλοσοφῶσαν φιλόδακρυον. Οὗτοι νοσσιᾶς ἑαυτοῖς καὶ οἴκουσιν εὔρον, τὰ τοῦ Θεοῦ θουσιστηρία· ἐκεῖ γὰρ οἰκεῖν, ἐκεῖ νοσσιεῦσιν χρίζουσιν· οἰκεῖν, διὰ τὴν ἀσφάλειαν, νοσσιεῦσιν, ἐπειδὴ καρπὸς καὶ τέκνα τῶν παρθένων καὶ τῶν ἐγκρατῶν ὁ ἀγιασμός καὶ ἡ τῶν παθῶν νέκρωσις, ὧν χαρκτηρὴ καὶ προτροπὴ τυγχάνει τὰ θουσιστηρία. Ὅρα δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τῶν δυνάμεων λέγει Κύριον τὸν κατ' οὐρανὸν, μᾶλλον δὲ τὸν πανταχοῦ ἑαυτοῦ βασιλέα καὶ Θεὸν προσηγρόσεσε, δηλῶν ὅτι τὸ κοινὸν ἀγαθὸν ἐξέστιν ἔχειν βίον· ὅθεν καὶ οἰκεῖν ἐν ἡμῖν ἀνεχεται ὁ μηδαμῶς χωρούμενος. Μακάριοι οἱ κατοικοῦντες ἐν τῷ οἴκῳ σου· εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων αἰνέσουσίν σε. Οἶκος τοῦ Θεοῦ ὁ νόμος· ἐκεῖ γὰρ ὡς ἐν ἰδίᾳ σκηπῇ κατοικεῖ, καὶ δι' αὐτοῦ τοῖς ἐργαζομένοις τὰς ἐντολάς ἐμψανίξεται. Ἐκεῖ τοῖνον οἱ κατοικοῦντες μακάριοι· πρῶτον μὲν, ὅτι συνοικοῦσι Θεῷ· ἔπειτα, ὅτι τόπον οἰκοῦσιν ἐπιβουλὴν οὐ δεχόμενοι, ἀλλὰ διάκρισιν ἀκριβῆ τῶν παρόντων, σαφῆ δὲ τῶν μελλόντων πρῶγνωσιν καὶ θεωρίαν ἔχοντα. Ὅθεν οἱ κατοικοῦντες αὐτοῖσι τὸν Θεὸν εἰς τοῦ αἰῶνας τῶν αἰῶνων αἰνέσουσιν, ἀγγέλων ἤδη βίον τῶν διηκῶν τὸν δημιουργὸν αἰνούτων ἀναλαμβάνοντες, καὶ τὴν μέλλουσαν δοξολογίαν τῇ παρούσῃ συνάπτοντες. Διάψαλμα τὴν προφητεῖαν μεσολαβεῖ· ἐπειδὴ περὶ τῶν ἀγαν ἀεὶ καὶ διτνεκῶς ἐπὶ Θεὸν πισπιθῶτων διαλεγόμενος, ἰδοὺ τὸν λόγον μετέστησεν εἰς τοὺς εἰς τοῦτο μὲν γεροντάς, ἐξ ἀντιλήψεως δὲ Θεοῦ καὶ προκοπῆς πρὸς ἐκείνους ἀναβαίνοντας. Μακάριοι ἄνηρ οὐ ἔστιν ἀντὶληψίς αὐτῷ παρὰ σοί. Καὶ μάλα· κἂν γὰρ ἢ πεπτωκὸς, ἴσταται· κἂν ἀμαρτωλὸς ὑπάρχη, καθαιρέται· κἂν ἀπογυνωσθῇ, θάνατον ὅμως οὐκ ὄφεται. Ἄλλὰ τίς οὗτος ἀκούε· Ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ διέθετο. Πῶς καὶ τίνα τρέπον; *Εἰς τὴν κοιλίαν τοῦ κλαυθμῶνος, εἰς τὸν τόπον ὃν ἔθετο.*

β'. Οὐκ ἄρα προσωπολήπτης ὁ Θεός, οὐδὲ τῶν μὲν ἀντιλαμβάνεται, τῶν δὲ οὐχί, ἀλλὰ πᾶσιν ἀντὶληψιν παρέχει τοῖς ἑαυτοῦς προσφύροισι. Προσφύροισι δὲ πῶς; *Εἰς τὴν κοιλίαν τοῦ κλαυθμῶνος·* τουτέστιν, ἐν τῷ χωρίῳ τῆς μετανοίας. Ἐκεῖ γὰρ τόπον ὁ Θεός τοῖς ἀμαρτωλοῖς ἐπιστροφῆς καὶ σωτηρίας· ἔθετο εἰπίων· *Μετανοεῖτε·* ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Ὅστε ὁ ταύτην ὀδεύων τὴν ὁδὸν, Ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ διέθετο, ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ἀναβῆναι λογισάμενος, οὐ διὰ μιᾶς βαθμίδος, ἀλλὰ διὰ πολλῶν. Διόπερ Ἀναβάσεις εἶπεν, οὐκ ἀνάβασιν· πολλῶν γὰρ ἀρετῶν καὶ πολυτρόπων κατορθωμάτων χρίζομεν, ὅπως ἀπαλλαγέντες τῶν κάτω, τῶν ἀνω λαβόμεθα. Καὶ τίνες αὐταί; Μάνθανε. Καὶ γὰρ εὐλογίας ὄψει ὁ νομοθετῶν πορευόμενος ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν· ὄφθησεται ὁ Θεός τῶν θεῶν ἐν Σιών. Λέγει τοῖνον τὰς εὐαγγελικὰς ἐντολάς, ἐν αἷς οὐ μίαν ἔστιν εὐρεῖν εὐλογίαν, ἀλλὰ πολλάς, τοὺς διαφόρους μακαρισμούς, οὓς ὁ Χριστὸς ἐνομοθέτησεν, ἐν οἷς ὁ προσέχων πορευέται μὲν ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν, ἀπὸ ἀρετῆς εἰς ἀρετὴν βαδίζων, ἀπὸ ταπεινοφροσύνης εἰς τὸ πνεῖν τὰς ἀμαρτίας, ἐκείθεν εἰς τὴν πρᾶξιαν, μετὰ τοῦτο εἰς τὴν διηκῆ τῆς δικαιοσύνης βρεῖν· εἴτα ἐλεημοσύνης, ἐκείθεν καρδίας ἀκεραϊότητος· ἀπὸ ταύτης εἰς τὴν τῆς εἰρήνης κατόρθωσιν. Στέφανον δὲ πάντων τῶν οὐπὲρ τοῦ Χριστοῦ διωγμῶν, ἐν οἷς ὁ καταρτισθεὶς καὶ γενόμενος τέλος ὄφεται τὸν Θεὸν ἐν Σιών ἐν τῷ σκοπευτηρίῳ τῆς ψυχῆς. Σιών γὰρ σκοπευτήριον λέγεται. Ἡ [750] προκοπὴ τοῖνον τῆς μακαριότητος Θεοῦ ἰδεῖν, οὐχ ὅσον πέφυκεν, ἀλλ' ὅσον χαρίζεται. Ἐρεῖς δὲ ταῦτα πάντα ἀφ' οὐπὲρ ἡμῖν εἰρηται τὸ διάψαλμα καὶ περὶ Πέτρου λέγεσθαι. Μακάριος γὰρ ἦν ἀντιλήψεως τυχὸν κατὰ τὸν

• Ὁδὲ ἔστιν ἀντιλήψις αὐτοῦ παρὰ σοῦ, Κύριε, in editione Romana.

καιρὸν τῆς ἀρνήσεως· ὅθεν οὐκ ἀπέγνω ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ τὰς διὰ μετανοίας θέμενος· Ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ κλαυθμού σου. Ὁρᾷς γὰρ ὡς ἐδάκρυσε, καὶ τοῦ νέου νομοθέτου τὰς εὐλογίας, τοῦ Χριστοῦ, προσδεχόμενος, ἐκ δυνάμεως ἐπορεύθη εἰς δύναμιν· δραμῶν γὰρ εἰς τὴν ἀνάστασιν, καὶ θεωρήσας μὲν τὰ ὀνόματα, θεωρήσας δὲ καὶ τὸν Χριστὸν, ὑπερὸν αὐτῷ συναντήσαντα, ὡς ὁ Λουκᾶς ἐδήλωσεν, οὐκ ἀρκεῖται τοῦτοις, ἀλλὰ εἰς ἑτέραν δύναμιν τὴν Σιών ἐπορεύετο, ἐκεῖ τε αὐτῷ πάλιν ὁ Θεὸς τῶν θεῶν ὁ Χριστὸς ἐνεφανίσθη, εὐλογίας νομοθετῶν, εἰρήνην τε ἔνδοξε τοῖς μαθηταῖς, καὶ δωρεάν τοῦ Πνεύματος. Κύριος ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου· ἐνώτισαι, ὁ Θεὸς Ἰακώβ. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ ἀκούσαι· Οὐ, φησὶν· ἀλλ' ὀφείλει καὶ ἐνωτίζασθαι· τούτ' ἐστίν, ἐν τοῖς ὡσὶν ἀποθέσθαι, ἵνα κἀν νῦν μὴ ἐπιτελέσῃ τὴν προσευχὴν, ὑπερὸν γούν αὐτὴν πληροῦσῃ· ὡς γὰρ προφήτης ἐγένωσκε μακροῦ χρόνου χρῆζοντα ὑπὲρ ἡμῶν προσήγετο. Διάψαλμα ὡς πάλιν ἀκολούθως προσέθηκεν, ἐνδοῦς τῇ προσευχῇ, ἵνα τὰ αὐτὰ πολλαῖς προσεύξῃται, ἐπειδὴ πρὸς αὐτὴν ὑπέρχε τὴν σωτηρίαν τὴν ἀνθρωπίνην τεινοντα. Ἰαπερσιτιστὰ ἡμῶν, ἴδε, ὁ Θεός, καὶ ἐπίβλεψον εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου. Ἰδε ὅτι τῆς σῆς ἐπισκέψεως χρῆζομεν· ἴδε ὅτι τὸ τραῦμα φαρμάκοις ἀνθρωπίνους οὐ παύεται· ἴδε ὅτι συντριμμένον ἀγγεῖον. Σῶμα σὸν, οὐκ ἀλλότριον. Καὶ οὕτως ἐπίβλεψον ἡμῖν· ἀλλ' εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου· τούτ' ἐστίν, ἐν τῷ προσώπῳ τοῦ Χριστοῦ, ἵνα ἐν τῷ Ἰῶν πάντας ἡμᾶς καὶ ὁ Πατὴρ ἐπισκέψῃται, καὶ εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς ἐλεσθῆ· καὶ ἡμᾶς μυστήριον. Διὰ τί δὲ τὸν Πατέρα διὰ τοῦ Υἱοῦ, οὐχὶ διὰ τῶν προφητῶν αἰτεῖς ἐπιβλέψαι; Ὅτι κρείσσων ἡμέρα μία ἐν ταῖς αὐλαῖς σου ὑπὲρ χιλιάδας. Αὐτὰς τοῦ Θεοῦ τὴν Βηθλεὲμ ἀνακαλεῖ, τὸν σταυρὸν, τὴν ἀνάστασιν. Ἐν ἐκάστῃ τοίνυν τούτων ἡμέρα μία κρείσσων ὑπὲρ χιλιάδας καιρῶν. Ὅπερ γὰρ οἱ ἀπὸ γενέσεως κόσμου χρόνοι οὐ κατώρθωσαν, τοῦτο τῇ ἡμέρᾳ τῆς γενέσεως τοῦ Χριστοῦ, ἢ τοῦ σταυροῦ, ἢ τῆς ἀναστάσεως, ἔτι δὲ καὶ τῆς ἀναλήψεως, ὅλη τῷ γένει κατώρθωσεν. Διόπερ τὰς αὐτὰς ταύτας ὑπεροδοῦσάων ὁ προφήτης ἔλεγε τὰ ἐπόμενα· Ἐξέλεξάμην πυρᾶρρίπτεισθαι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ μου μᾶλλον ἢ οἰκεῖν με ἐν σκηνώμασιν ἀμαρτωλῶν. Βούλομαι, φησὶν, ἐν ταῖς προσηρμέναις αὐλαῖς μετὰ εὐτελῶν καὶ ἀπορρίπτωμένων τάττεσθαι, ἢ γὰρ οἰκεῖν ἐν ταῖς τῶν Ἰουδαίων συναγωγαῖς, αἵτινες οὐκ ἔτι σκηνώματα Θεοῦ, ἀλλ' ἀμαρτωλῶν τὸν νόμον παραβαινόντων λέγονται. Αἰρεῖται· ἄρα ὁ προφήτης μετὰ ληστού κληρονομῶν, ὅσπερ εἶναι δοκεῖ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ εὐτελέστερος, ἢ μετὰ Χαναανίας, ἧτις ἀπορρίπτουμένη τὰ ψιχία τὰ πίπτοντα τῆς τραπέζης ἐξήτησεν, καὶ μὴ μετὰ Καΐαθα καὶ τῶν ἄλλων ἀρχιερέων, οἵτινες ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν Ἰουδαίων ἐπρωτεύον. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἡμεῖς ἐσχατοῦ τῶν δικαίων εἶναι καὶ ἔκτριμα, καθάπερ ἔλεγον ὁ Παῦλος, ὁ προσευξόμεθα μετὰ τῶν ἀμαρτωλῶν μὴ οἰκεῖν· μάνθανε γὰρ τὸ ἐπόμενον· Ὅτι ἔλεος καὶ ἀλήθειαν ἀγαπᾷ Κύριος ὁ Θεός, χάριν καὶ δόξαν δώσει· ἔλεος καὶ ἀλήθειαν ἐπὶ τοὺς ἐξ ἀμαρτωλῶν μετανοήσαντας, καὶ διὰ μὲν τὸ ἔλεος μετὰ τῶν δικαίων ταυτομένους, διὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἔχοντες αὐτοῖς· δὲ τὰ ἴσα· ὅθεν καὶ παραρρίπτεισθαι λέγεται. Ὅστε τὴν χώραν τὴν ἐσχάτην ἐν αὐτοῖς κατέχοντες, τοῖς αὐτοῖς χάριν καὶ δόξαν δίδωσι· χάριν, ἐπειδὴ χάριτι σώζονται· δόξαν, ἐπειδὴ μετὰ δικαίων εἰ καὶ ἐν τάξει τελευτᾶ δοξάζονται. Ὅτι δὲ τοῦτο ἀληθές, καὶ πρωτεύουσιν ἀναγκαιῶς οἱ δίκαιοι, τὰ ἐχόμενα δεικνύσι. Κύριος οὐ στερήσει τὰ ἀγαθὰ τοῖς πορευόμενοις ἐν ἀκακίᾳ. Οἱ γὰρ κακίας βελωκότες χωρὶς, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ, ὅπερ ἔστιν ἀκακία, πολιτεύσασθαι, οὐκ ἀποστεροῦνται τῶν ἀγαθῶν· ἀναλόγους δὲ τοὺς στεφάνους ὑποδέχονται, ἐπειδὴ Ἐκαστος τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται κατὰ τὸν ἴδιον κόπον. Κύριος ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, μακάριος ἄνθρωπος ὁ ἐλπίζων ἐπὶ σέ. Καλὴν τῷ ψαλμῷ [751] ὁ προφήτης σφραγίδα ἐπέθηκε, τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα, ἢ [f. ἦς] μακάριον ἔχεισθαι. Ἄγχιον γὰρ τῶν χειμαζομένων τῶν δὲ πολεμουμένων τεύχος ἀρραγές γίνεται. Ἐλπίζει δὲ εἰς αὐτὸν ὁ μηδενὶ τῶν παρόντων θαρρῶν, ἀλλὰ καὶ παντὸς κόσμου τὴν ἐλπίδα τὴν εἰς Θεὸν ἀναγαγόμενος.

Εἰς τὸ τέλος, τοῖς υἱοῖς Κορῆ, ψαλμὸς πδ'.

Ἀναγκαῖος καὶ νῦν εἰς τὸ τέλος ὁ ψαλμὸς ἐπιτέλεται· Ἐπιτελεῖται, ἢ κατὰ τοὺς ἄλλους ἐρμηνευτὰς, Ἐπινίκια· Ἐπιτελεῖται, ἢ κατὰ τοὺς πεπραγμένα ἐπὶ τέλει τῶν αἰώνων μυστήρια, ἄπερ ὅπως ἐπινίκια κατὰ τοῦ διαβόλου γίνεται. Εὐδόκησας, Κύριε, τὴν γῆν σου, ἀπέστρεψας τὴν ἀχλαμωσίαν Ἰακώβ. Κοινὰ τῷ ἀνθρώπῳ καὶ τῇ γῇ τὰ συμβαίνοντα. Εὐθηνούσης γὰρ τῆς γῆς, εὐθηνεῖσθαι καὶ τὸν ἄνθρωπον, παιδευομένης δὲ, συμπαίδευσθαι γίνεται, ὡς ἐξ αὐτῆς ὄντα τε καὶ τρεφόμενον. Ὅθεν καὶ τὸ νῦν ἐπιτελεῖται παρὰ τοῦ προφήτου κατὰ κοινῶν δυνατῶν ἐκλαμπέσθαι· ἐπειδὴ καὶ ἡ κτίσις, ἧς ἔστι στοιχεῖον ἡ γῆ, τῆς ἡμετέρας, κατὰ φησὶν ὁ Παῦλος, ἀπεκδέχεται λύτρωσιν, ἢ νῦν ὁ προφήτης εὐδοκίαν ἐκάλεσε, κοινήν μὲν εἰς τῶν γενομένην τὸν ἄνθρωπον, δεῖ ἀπ' οὗτου λέγεται ἡ γῆ, πάλαι ἀποδεδεῖχαι· ἰδίην δὲ εἰς τοὺς ἐκ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων πρὸς αὐτὸν ἐπιτρέψαντας, οὓς ἀχλαμωσίαν ὁ προφήτης Ἰακώβ ἐκάλεσεν. Ἀλλὰ τίς ἡ εὐδοκία, σφίστερον ἀπὸ τῶν ἐξῆς μάνθανε. Ἀγῆκας τὰς ἀνομίας, τῷ λαῷ σου, ἐκάλυψας πάσας τὰς ἀμαρτίας αὐτῶν. Εἰ γὰρ αὐτῶν περὶ ἡμῶν δόξαι· οὐ μίαν γὰρ ἀνομίαν ἡμῖν, πάσας δὲ ἀφῆκεν· ἀλλὰ καὶ πάσας ἡμῶν τὰς ἀμαρτίας διὰ τῆς ἐντοῦ φιλάνθρωπίας ἐκάλυψεν, ὡσπερ ἱατρὸς καλύπτει φαρμάκοις τραύματα. Ἀνομίας δὲ καὶ ἀμαρτίας οὐ ταυτολογῆσαι βουλήσῃς· ἐμνημόνευσεν, ἀλλὰ δεικνύς οὐχὶ μόνον Ἰουδαίους, ἢ ἀνομία καλεῖται τὰ πλημμελήματα, ὡς ἄπὸ νόμον ὡς τὸν Μωϋσέως, ἀλλὰ καὶ τὰς ἔθνεσιν ἀφῆκεν, ὧν ἀμαρτήματα τὰ παραπτώματα λέγεται, ἐπειδὴ πλημμελοῦντες τῶν ἐπουρανίων ἐνονοῦν πρὸς τὸ εὐθεῖες βλεπούσαν ἀμαρτάνουσι. Διάψαλμα τῇ μίαι· διὰ πρόκειται, οὐ μάντην τὸν προφήτου τοῦ λόγου ἐπαπαύσαντος, ἀλλ' ἐπειδὴ μεγάλα ἴαν ὑπέρχεν ἐκθέμενος, ὡστε κεκμηκότα πρὸς τὸ τῶν ἀποκαλύψων μέγεθος τὸν νόμον, ἀκριβεστέρας ἔνεκα τῆς περὶ τούτων θεωρίας, χρῆζει διαναπαύσασθαι. Κατέπαυσας πίσαν τὴν ὄρητι σου· ἀπέστρεψας ἀπὸ ὄρητι θυμοῦ σου. Τὴν ὄρητι σου οὐχ ἕκ μέρους, ἀλλ' ὁλοκληρῶς κατέπαυσεν, οὐχ ὅτι αὐτὴν ἀναβαλέσθαι πρὸς καιρὸν, ἀλλ' ὡστε πανταίως ἀφανίσαι, καὶ μὴδὲ αὐτῆς καταλιπεῖν ὑπόμνημα· ὅτι περὶ ἀποστρέψαι ἀπὸ ὄρητι θυμοῦ αὐτοῦ λέγεται· ἀπὸ δὲ ὄρητι ἀποστρέψας, δηλονότι πρὸς φιλάνθρωπια ἐξέκλινεν. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ μέλλοντα ὡς παρόντα ἐθέλει προφητικῶν χαρακτήρι χρῆσάμενος, θεωρήσων ὅπως εἰς εὐχὴν τὴν προφητείαν ἔτρεψε, οὕτω ταῦτα γεγονέναι, ἐν ἐλπίδι δὲ ὑπάρχειν ἐνδεικνύμενος. Ἐπιστρέψον ἡμᾶς, ὁ Θεὸς τῶν σωτηρίων ἡμῶν, καὶ ἀποστρέψον τὴν θυμὸν σου ἀπ' ἡμῶν. Οὐκ ἄρα πάθος ἐπὶ Θεοῦ ἡ ὄρητι ἀπειλὴ δὲ πρὸς τὸ συμφέρον γενομένη τὸ ἡμέτερον. Διόπερ ἂν ἡμεῖς ἐπιστρέψωμεν, ἀποστρέφεται καὶ αὐτὸς ἀπὸ τοῦ θυμοῦ, καὶ παύεται περὶ πολλοῦ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν τεθέμενος, ὡστε καὶ πολλὰς αὐτῆς ὁδοὺς εὐφροῦ πολλοὺς ἐπένοησε τρόπους· καὶ τούτου χάριν Θεός, εὐφροῦ τῶν σωτηρίων λέγεται. Μὴ εἰς τοὺς αἰῶνας ἐπισθῆς ἡμῖν, ἢ διατερίεις τὴν ὄρητι σου ἀπὸ γεινῆς εἰς γενεάν· Φοβερὸν μὲν καὶ νῦν τὸν Θεὸν τοῖς ἀνθρώποις ὀργίζεσθαι, ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ τὸ παρὸν ὡς τὰ πάλαι μακροθυμῶν κέχρηται, φοβερότερα ἡ ὄρητι ἀναγκαιῶς ἡ μέλλουσα. Μὴ τοίνυν ἡμῖν εἰς ὅλον τὸν νῦν αἰῶνα ἐργισθῆναι τὸν Θεόν, μηδὲ ἀπὸ τῆς νῦν γενεᾶς εἰς τὴν αἰῶνα τὴν καθ' ἡμῶν ὄρητι μετατιθέσθαι, σθεσθῆναι δὲ αὐτὴν φιλάνθρωπια προσευχεται. Πῶς δὲ τοῦτο καὶ τίνα τρόπον ἡμῶν ἀνονοῦνται εἰς ἐπιστροφήν γίνεται, τὰ ἐπόμενα δεικνύσιν. Ὁ Θεός, σὺ ἐπιστρέψας ζωώσους ἡμᾶς, καὶ ὁ λαός σου εὐφρανθήσεται ἐπὶ σοί. Ἐρεῖς μὲν ἐπιστροφήν Θεοῦ, τὴν [752] περ' αὐτοῦ δι' ἡμῶν ἐργουμένην ἐπιστροφήν, κυρίως δὲ, ἢν αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἐπιστρέψῃ· φησὶ γὰρ, Ὁ Θεός, σὺ ἐπιστρέψας ζωώσους ἡμᾶς. Ὅπερ δὲ σαφῶς γέγονεν, ἦν ἵνα σαρκωθεί· καὶ γενομένου· ἀνθρώπου ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσήγαγε, καὶ τὴν ἡμετέραν ἐπιστροφήν ἦν ἑαυτῷ κατώρθωσε, πάντα πράττων ὑπὲρ ἡμῶν καὶ πάσων, δι' ὧν ἡμᾶς ἐξωπονήσας, καὶ νῦν ἑαυτοῦ λαόν, δηλαδὴ τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας, εὐφραίνεσθαι τε καὶ πανηγυρίζειν ἐπ' αὐτῷ παρεσκεύασεν. Δεῖξον ἡμῖν, Κύριε, τὸ ἔλεος σου, καὶ τὸ σωτήριον σου δόξης ἡμῖν. Ὁρᾷς τὸν ψαλμῶδον, ὡς προφήτην καὶ δούλον φερόμενον· ὡς μὲν γὰρ προφήτης τὸ μέλλον ἀπεφάνητο· προσεύχεται δὲ πάλιν ὡς δούλος, ὅπερ ἰσχυρῶς ὡς προφήτης ἐφθασεν ἀποκρίνασθαι. Τί δὲ ἔλεος προσεύχεται; Δειχθῆναι τοῖς ἀνθρώποις τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ σωτήριον, τούτ' ἐστίν, τὸν Θεὸν Λόγον σαρκὶ φινώ-

potentia in potentiam, de virtute in virtutem, de humilitate in luctum pro peccatis; inde in mansuetudinem, postea in perpetuum erga virtutem affectum; hinc in eleemosynam, tum in cordis puritatem; deum in pacis constitutionem. Coronam autem omnium vocat pro Christo persecutionem; in quibus qui consummatus et perfectus est videbit Deum deorum in Sion in specula animæ: Sion enim specula dicitur. Profectus ergo beatitudinis est Deum videre, non qualis est, sed qualiter ipse largitur. Dicere possis etiam hæc omnia a diapsalmate de quo loquuti sumus de Petro dici. Beatus quippe fuit, qui tempore abnegationis auxilium nactus est: quamobrem non desperavit, quia ascensiones per poenitentiam in corde suo disposuit *In valle lacrymarum*. Vides enim quomodo fleuit, et novi legislatoris Christi benedictiones accipiens de virtute in virtutem ivit: currens enim ad resurrectionem, et videns linteamina, videns postea Christum ipsi currentem, ut narravit Lucas, his non contentus, in aliam virtutem in Sion ascendit; ibique rursus Deus deorum Christus apparuit, benedictionemque impertivit, pacemque quam discipulis dedit, et donum Spiritus (*Luc. 24. 12. sqq.*). 9. *Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam: auribus percipe, Deus Jacob*. Nonne sufficit audire? Non, inquit, sed debet etiam auribus percipere; hoc est in auribus ponere; ut etiam si nunc non perficiat id quod petitur, postea tamen illud impleat; nam utpote propheta, noverat longo tempore opus esse pro iis quæ tunc postulabat. Diapsalma hic quoque e re posuit, intermittens orationem, ut srpe eadem precaretur, quia hæc ad humanam tendebant salutem. 10. *Protector noster, aspice, Deus, et respice in faciem Christi tui*. Vide nos tua ope egere; vide vulnus medicamentis humanis non sanari; vide contractum vas esse. Corpus tuum non est a nostro alienum. Et sic respice in nos, at in faciem Christi tui; id est, in faciem Christi, ut in Filio nos omnes Pater respiceret, et cum beneplacito Patris consummaretur mysterium nobis datum. Cur Patrem per Filium, non per prophetas respicere postulas? 11. *Quia melior est dies una in atriiis tuis super millia*. Atria Dei Bethleem vocat, crucem, resurrectionem. In unaquaque ergo earum dies una melior est, quam millia temporum. Quod enim tempora ab ortu mundi elapsa non fecerunt, id in die ortus Christi, aut crucis, aut resurrectionis, itemque assumptionis universo generi humano præstitit. Quapropter hæc atria celebrans propheta ea quæ sequuntur dixit: *Elegi abjectus esse in dono Dei mei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum*. Malo, inquit, in prædictis atriiis cum vilibus et abjectis versari, quam habitare in synagogis Judæorum, quæ non tabernacula Dei, sed peccatorum legem transgressorum esse dicuntur. Mavult ergo propheta cum lairone hereditatem accipere qui vilissimus in Ecclesia Dei esse videtur, aut cum Chananaea, quæ dejecta micæ et mensa cadentes expetebat, quam cum Caïpha et cum aliis principibus sacerdotum, qui in synagoga Judæorum primas tenebant. Idipsum et nos postulemus, esse nempe ultimos justorum et abortivum, ut Paulus ait, et non habitare cum peccatoribus (1. Cor. 15. 8. 9): disce enim ea quæ sequuntur. 12. *Quia misericordiam et veritatem diligit Dominus Deus, gratiam et gloriam dabit: misericordiam et veritatem pro iis qui de peccatis poenitentiam egerunt, et per misericordiam inter justos cooptati sunt; per veritatem autem, non parem ipsis sortem habent: unde et abjecti esse dicuntur. Itaque locum in ipsis ultimum obtinentes, gratia et gloria donantur: gratia, quia per gratiam salutem consequuntur; gloria, quia cum justis, licet ordine postremi, glorificantur. Quod autem id verum sit, et quod justis necessario primas teneant, sequentia indicant.* 13. *Dominus non privabit bonis eos qui ambulat in innocentia*. Qui sine malitia vixerunt, et in justitia, id est, in innocentia versati sunt, non privantur bonis, sed pares meritis coronas accipient, quia *Singuli suam mercedem accipient secundum proprium laborem*

(1. Cor. 3. 8). *Domine Deus virtutum, beatus homo qui sperat in te*. Pulchrum Psalmo propheta sigillum apposuit, spem in Deum, cui hæerere beatus est. Etenim ancora est jactatis a tempestate, murus obsessis inconcussus est. In eum autem sperat, qui in nulla rerum præsentium confidit, sed totius mundi spem in Deum præeligit.

#### 4. In finem, filiis Core, Psalmus LXXXIV.

Necessario etiam nunc Psalmus *In finem* inscribitur, vel secundum alios interpretes, *Triumphalis*. Continet enim mysteria in fine sæculorum consummata, quæ vere tricimphalia sunt contra diabolum. 2. *Beneplacita fuit tibi, Domine, terra tua, avertisti captivitatem Jacob*. Communia homini et terræ sunt ea quæ contingunt. Nam cum terra prospere agit, prospere agit etiam homo; et cum ea castigatur, ipse quoque corripitur, utpote qui ex ipsa et ortum et alimentum duxerit. Quamobrem id, quod nunc a propheta dictum est, communiter est accipiendum: quoniam creatura, cujus clementem terra est, nostram, secundum Paulum, accipit redemptionem (*Rom. 8. 19-22*), quam nunc propheta beneplacitum vocavit, commune quidem erga hominem generatum sumpitum, qui cur terra vocetur saepe declaratum est; particulare vero erga eos ex populo Judaico qui ad ipsum conversi sunt, quos *Captivitatem Jacob* propheta vocavit. Sed quodnam beneplacitum illud fuerit ex sequentibus disce. 3. *Remisisti iniquitates plebi tuæ, operuisti omnia peccata eorum*. Beneplacitum erga nos jure dicitur: non unam quippe, sed omnes iniquitates nobis remisit; imo etiam omnia peccata nostra per clementiam suam operuit, quemadmodum medicus medicamentis vulnera operit. Iniquitates autem et peccata, non ut idipsum repeteret, memoravit, sed ut ostenderet, non solum Judæis quorum scelera iniquitates contra legem vocantur, utpote qui sub lege Moysis cæsent, sed gentibus etiam remisisse, quorum lapsus peccata appellantur, quoniam sic peccant, ut cælestes cogitationes ad stultitiam convertant. Diapsalma modulationi additur, propheta non incassum sermonem intermittente, sed quia magna expositurus erat, ob defatigatam magnitudine revelationum mentem, ut accuratius eorum contemperationem resumeret, intermissione opus habebat. 4. *Mitigasti omnem iram tuam; avertisti ab ira indignationis tuæ*. Iram non ex parte, sed omnino sedavit, non ut illam remitteret ad tempus, sed ut illam penitus aboleret, nullumque ejus monumentum relinqueret: quapropter averti ab ira indignationis suæ dicitur: videlicet ad clementiam declinavit. Sed quoniam futura ut presentia exposcebat, prophético usus caractere: vide quomodo ad precationem prophetiam convertit, ostendens hæc nondum accidisse, sed in spe reposita esse. 5. *Converte nos, Deus salutarium nostrorum, et averte iram tuam a nobis*. Non ergo affectus est in Deo ira, sed comminatio ad nostram utilitatem. Quapropter si convertamur, avertitur et ipse ab ira, et quiescit, nostram salutem magnificens, ita ut multas illius vias inveniat, multosque ad id modos excogitet; ideo jure *Deus salutarium* vocatur. 6. *Numquid in æternum irasceris nobis, aut extendes iram tuam a generatione in generationem?* Terribile quidem etiam nunc est Deum adversus homines irasci, sed quia in presentibus plerumque tolerantia utitur, longe terribilior utique est ira ventura. Rogat igitur ne nobis irascatur Deus per totum hoc sæculum, neve a generatione hæc in futuram transferat iram suam; sed ut ea per ejus clementiam exstinguatur. Qua ratione autem et quo modo, nobis supinis ad conversionem manentibus, id efficiatur, sequentia demonstrant. 7. *Deus, tu conversus vivificabis nos, et plebs tua letabitur in te*. Dices conversionem Dei esse illam, quam nos exhibemus, conversionem; sed proprie ea est quam ipse pro nobis exhibet: dicit enim: *Deus, tu conversus vivificabis nos*. Quod clare factum est, cum incarnatus et homo factus, seipsum pro nobis obtulit, et conversionem nostram in seipso

egregie perfecti, omnia pro nobis agens et patiens: per quæ vitam nobis indidit, et id curavit, ut nunc ejus plebs, videlicet ii qui in ipsum crediderunt, lætentur et festa celebrent. 8. *Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis.* Vides psalmistam ut prophetam et ut servum loqui: ut propheta namque futura prænuñtiavit; ut servus id precatur, quod semel ut propheta jam pronunniaverat. Quid igitur precatur? Ut ostendatur hominibus misericordia Dei, et salutare, hoc est Deus Verbum in carne apparens, quod salutare vocari Symeon testificatur; cum accepisset enim illum in templo, gratias agens dicebat: *Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum* (Luc. 2. 29. 30). Quod autem ipse misericordia appelletur, paulopost idem propheta declarat. Cæterum ex rebus ipsis utraque sortitus est. 9. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, et super sanctos suos, et in eos qui cor convertunt in ipsum.* Admirabilis est propheta ex fide sua: statim namque post factum precationis semen, fructum ex ea accipit; et cum sciret cui supplicaretur, in pacis auditum se comparavit; pacem vero illam quam Christus in plebem suam, id est, in eos qui pie credebant in ipsum, per chorum apostolorum dedit: ii sunt qui corde conversi jure dicuntur, et qui se Christo totos consecrarunt, et toto corde ex omnibus sæcularibus rebus ad ipsum se converterunt; ita ut nec parentes, nec domesticos, nec artem ultra quærant, sed cum fiducia dicant: *Ecce nos relinquimus omnia, et sequuti sumus te: quid ergo erit nobis* (Matth. 19. 27)? 10. *Veruntamen prope linentes eum salutare ipsius, ut inhabitet gloria in terra nostra.* Hic clare testificatur, etiamsi synagoga Judæorum, populus ejus vocari velit, attamen salutare Dei esse prope eos ex gentibus qui crediderunt: quoniam qui olim non populus, jam populus Dei ex errore reversi esse comperiuntur; et qui olim procul, jam prope per fidem sunt. Illud autem sit, *Ut inhabitet gloria in terra nostra.* Ubi enim habitatura erat gloria Dei, si gentes utpote quæ non originem ducerent ex Abraham rejectæ fuissent: ii autem qui ex Abraham orti erant, nolent accedere, quemadmodum Joannes ait: *In propria venit, et sui eum non receperunt* (Joan. 1. 11)? Ideo gentes admisit, ut habitare posset in terra nostra, id est in humano genere. Id enim Theologus in sequentibus declaravit: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis* (Joan. 1. 12. 13). De gentibus loquitur, quæ non ex sanguine et carne Abraham cognitionem habebant, sed ex Deo natæ erant: quibus apposite adjecit: *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (Joan. 1. 14). 11. *Misericordia et veritas obviaverunt sibi, justitia et pax osculatæ sunt.* 12. *Veritas de terra orta est, et justitia de cælo prospexit.* Concursum hic divinitatis et humanæ naturæ dicit, utraque secundum dignitatem suam accurrende; id enim significat illud, *Obviaverunt sibi.* Occurrit autem tardus celeris, et claudus pedibus sano. Non modo autem concursus, sed etiam ex caritate conjunctionem significat; id enim sibi vult illud, *Osculatæ sunt:* quoniam osculo junguntur amantes et amati. Deus quippe Verbum non descendisset in humanam naturam, nisi ardenti erga hominem Creator amore flagrasset. Sic enim, inquit, *Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum mitteret in eum* (Joan. 3. 16). Sed undenam concursus et occursum factus est? *Veritas de terra orta est, et justitia de cælo prospexit.* Veritas est caro: non modo quia sic, ut ait psalmista, de terra orta est, sed quia veritas incarnata fuit, et homo vere Deus Verbum factus est. Justitia est divinitas; quapropter eam de cælo respexisse ait, quæ justitiam operata est, cum iniquitatem, quæ tyrannidem exercebat in terra, confregit, sed post conjunctionem illam nulla ulterius sit separatio. Quamobrem veritas Christus totus esse dicitur: *Ego*

enim, inquit, *sum veritas et vita* (Joan. 14. 6). Totum item justitia vocatur a Paulo, qui de Christo ait: *Qui factus est nobis a D.ºo justitia* (1. Cor. 1. 30). Instat autem propheta mysterium enarrans: 13. *Etenim Dominus dabit benignitatem;* Pater Filium suum. Ideo reliqui interpretes, *Dabit bonum,* inquirunt. Scis enim ipsum dixisse: *Nemo bonus, nisi solus Deus* (Luc. 18. 19). *Et terra nostra dabit fructum suum;* carnem quæ ex Maria germinavit: ex his enim ambobus Christus mysterium constat. 14. *Justitia ante eum ambulabit* (a). Justitia de qua supra dixit, *Justitia de cælo prospexit:* nam ante humanam naturam ambulat divinitas, ut etiam dicit Habacuc: *Ante faciem ejus ibit Verbum* (Habac. 3. 5); deindeque de humana natura: *Et egredietur ad disciplinam ad pedes ejus* (Ibid.): consuetudine autem quæ in Psalmis feruntur. Nam ecce subjungitur: *Et ponet in via gressus suos,* quia divinitas præcedens, id est, ducens propriam carnem, ad viam œconomice seu incarnationis dirigit gressus, ita ut humanis non aberret, et nihil eorum desit.

#### Oratio Davidi. Psalmus LXXXV.

1. Vides dignitatem orationis? Alia enim Asapho et filiis Core concinenda tradidit; orationem vero ipse cithara pulsat Deo, non ex se solo, sed personam omnium hominum præ se ferens. 1. *Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me, quoniam inops et pauper sum ego.* Inops et pauper est omnis homo, cujus nunc propheta personam accipit. Nos enim per peccatum inopes sumus, et propter Adamum, qui nobis pro hereditate paupertatem misit. Ideo rogat inclinare Deum aurem suam, ut, dives cum sit, pauperibus indulgeat, et utpote medicus infirmos curet. Indulsit autem, quare? Quia sæpe Deum rogamus ea quæ non conveniant; sed ipse utpote medicus petitionem quidem audire dignatur; sed ea tantum concedit, quæ sint opportuna. 2. *Custodi animam meam, quoniam sanctus sum.* Et quomodo sanctus esse potest is, qui in virtute inops et pauper est? Sane vero quia paupertatem confessus est, jam sanctus per confessionem factus est: aut sanctum vocat hominem, quia ante prævaricationem in paradiso dignitatem habuit. *Salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.* Ad misericordiam movendam apta sunt propheta verba. Quia enim Dominus nullo modo servum suum, cum in ipsum sperat, aversari potest, sed patrocinatur ei propter spem in ipsum, etiamsi aliis delictis sit obnoxius; servitutem profitetur, ut Deum ad nos attrahat, ne propriam sibi possessionem amittat. 3. *Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamabo tota die.* Scis quo pacto misericordiam consequi possumus? Tota die ad Deum clamantes, non illum modo verbis orantes, modo factis ad iracundiam moventes; neque modo in ecclesia Dei, modo in cœtu virorum iniquorum conventus agentes, de quibus David ait: *Odium ecclesiarum malignantium* (Psal. 25. 5). 4. *Lætifica animam servi tui, quoniam ad te animam meam levavi.* Abs te, inquit, peto lætitiæ, ad quem levavi animam meam a terra, ipsam levem attollens, et divinum spe gestans, ut non ad humana anhelet. Tu itaque lætifica. Lætitiæ enim ab hominibus utpote noxiæ et fluxæ nolo. 5. *Quoniam tu, Domine, suavis et mitis, et multæ misericordie omnibus invocantibus te.* Non frustra animam ad te levavi. Sed quoniam ut suavis commiseratione duceris, lapsis vero manum præbes ut mitis, illis non uno modo misereris, sed multis variisque modis indulges ob amorem pauperum, misereris ob lacrymas, misereris ob bona opera, misereris ob fidem, non quorumdam, sed omnium invocantium te. Ergo ii qui Deum non invocant, non possunt misericordiam consequi; itaque nobis telum, et portus et ostium salutis est oratio. 6. *Auribus percipe, Domine, orationem meam, et intende voci deprecationis meæ.* *Auribus percipe,* hoc est, dignam tuis auribus judices: *Intende autem voci,* ut supplicationem offe-

(a) Hæc Psalmi verba in Græco excidisse videntur.

*τάφῳ τὸ ἔλεός σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν τῇ ἀπωλείᾳ;* Τίς γὰρ προφήτης ἢ νομοθέτης ἐν τῷ τάφῳ, ἢ ἐν τῇ γῆ τῆς ἀπωλείας; Λέγει δὲ τὸ τῶν νεκρῶν χωρὶον ἀπώλειαν, διὰ τὸ ἀνέλπιτον τῆς ζωῆς προσπαροῦσιν τὸν θάνατον. Τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ ἢ τὴν ἀλήθειαν, τούτεστι, τὸν νόμον αὐτοῦ καὶ τὰς ἐντολάς, ἢ καὶ τὸν Χριστὸν αὐτὸν· ἔλεος γὰρ ἐν αὐτῷ καὶ ἀλήθειαν διηγήσασθαι ἴσχυεν, ὑποτελής τοῦ θανάτου τυγχάνων, διὰ τὴν κατὰ παντὸς γένους ἀπόφασιν. *Μὴ γνωσθήσεται ἐν τῷ σκότει τὰ θαυμάσια σου, καὶ ἡ δικαιοσύνη σου ἐν γῇ ἐπιλελησμένη;* Ἐτι τῶν αὐτῶν ἔγεται· σκότος γὰρ τὸν βῆθον ὡς ἀφεγγῆ καλεῖ· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ γῆν ἐπιλελησμένην. Οὐκ ἦν γὰρ ἐκεῖνα τὰ χωρὶα ἐπισκέψους τυχόντα, μέγρο τῆς τοῦ Σωτῆρος εἰς τοὺς νεκροὺς καταβάσεως. [760] Ὅθεν οὐτε τὰ θαυμάσια τοῦ Θεοῦ, οὐτε ἡ δικαιοσύνη, τούτεστιν, οὐτε τὰ σημεῖα, οὐτε ὁ νόμος παρ' αὐτοῖς προσδοκᾶτο γνωρίζεσθαι. Πολλὰκις δὲ τοῖς αὐτοῖς ἀνακυκλοῖ λόγους, ἀπαραίτητον τοῦ πάθους τὴν οἰκονομίαν ἐπιδείξει βουλόμενος, ὡς ὁμοῦ τοῖς νεκροῖς καὶ τοῖς ζῶσι συμπερῶσαν. *Κάγω πρὸς σέ, Κύριε, ἐκέκραξα, καὶ τῷ πρῶτῳ ἡ προσευχῇ μου προσβάσει σε.* Ἐπειδὴ γὰρ Ἰῆδς ἦν ὁμότιμος τῷ Πατρὶ, προσευχόμενος, ἀναγκάλως ἡ προσευχῇ προέφασεν, ὥστε εἰς συνάντησιν αὐτοῦ, πρὸς ὃν ἐγίνετο τρέπουσα. Εἰκότως δὲ καὶ τὸν καιρὸν προσέθηκεν, ὥστε σε καὶ ἐντεῦθεν μαθεῖν ὅτι τοῖς· *Εὐαγγελίοις ἐκτίθεται σύμφωνα.* Φησὶ γὰρ ὁ Λουκᾶς· *Ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἐξελεῖσθαι αὐτὸν εἰς τὸ δρος προσευξασθαι· καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Θεοῦ.* Καὶ τίνος χάριν μετὰ κραυγῆς προσήυετο, σαφῶς δὲ ἐξῆς δεικνυσιν· ἐντυγχάνοντος γὰρ καθέστηκε ῥήματα. *Ἰνα εἰ, Κύριε, ἀπωθῆς τὴν ψυχὴν μου [1. εὐχὴν μου], ἀποστρέψεις τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ;* Ταῦτα ὡς ἡμέτερον πρόσωπον ἀναδεξάμενος ἔλεγεν, ὅπερ διὰ τὴν παρακοὴν ὁ Θεὸς ἀπεστρέφετο καὶ τὴν ἡμετέραν ἀπωθεῖτο ψυχὴν, ἀνὸς ὡν παρέθη τὸν ποιητὴν μεμφόμενος. Ὁ Χριστὸς δὲ οὐκ ἀγνοῦν ἐρωτᾷ, ἀλλὰ δεικνύει, ὡς οὐ χρὴ τὸ λοιπὸν ἀποστρέφεσθαι, αὐτοῦ τὴν ὑπὲρ πάντων ἀπολογίαν προφέροντος. *Πτωχὸς εἰμι ἐγὼ καὶ ἐν κόποις ἐκ νεότητός μου.* Πτωχὸς γὰρ δι' ἡμᾶς, πλούσιος ὢν, ἐτι δὲ καὶ ἐν κόποις ἐκ νεότητος γέγονος, ἦκων εἰς Αἴγυπτον, ἐκεῖθεν εἰς Ναζαρεθ τῆς Γαλιλαίας κρυπτόμενος, ἄλλας τε πολλὰς ἐπιβουλάς ὑφίσταμενος. Ὑψώθει δὲ ἐπαπεινώθη καὶ ἐξηγορήθη. Ὑψος εἰτε τῶν σημείων, εἰτε τοῦ σταυροῦ λέγοις, ἐφ' ἑκατέρων ἐταπεινοῦτο καὶ ἐξηγορήθη παρὰ τῶν Ἰουδαίων φαυλιζόμενος. *Ἐπ' ἐμὲ διήλθον αἱ ὄργαι σου.* Τὰς κατὰ τῆς ἀνθρωπότητός φησιν ὄργας, τούτεστι, τὰς ἐπιτιμίας καὶ τὰς ἀπειλάς, ἃς ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν διὰ παθῶν προσενέγκας ἐδέξατο. *Οἱ φοβηρισμοὶ σου ἐξετάραξάν με, ἐκύνκλωσάν με ὡσεὶ ὕδωρ.* Τὰ φόβητρα τὰ κατὰ τοῦ πρωτοπλάστου ἀνθρώπου λέγει. Ἰσχυρὰ γὰρ ἦν ἐπειθὶ σφραγίζουσιν ἀπόφασιν Θεοῦ καὶ συμμαχούσαν ἐκτικητο. Ὑψ' ὢν εἰς τοσοῦτον ἐταράχθη, ὥστε λέγειν· *Περὶ λυπὸς ἐστὶν ἡ ψυχὴ μου ἕως θανάτου.* Ἄλλὰ μὴν καὶ συνεσχέθη καθάπερ ὕδατι τοῖς λογισμοῖς κυκλούμενος. Διόπερ πρὸς τὸν Πατέρα ἔλεγε· *Νῦν ἡ ψυχὴ μου τετάρκται. Καὶ εἰ εἶπω; Πάτερ, σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης.* Ἄλλὰ διὰ τοῦτο ἤλθον εἰς τὴν ὥραν ταύτην. Ὅλην τὴν ἡμέραν περιέσχον με ὅμα. Τῆς ἡμέρας ἐνταῦθα τοῦ πάθους ἐμνημόνευσεν, ἐν ἣ πάντες αὐτὸν ἅμα ἀρχιερεῖς καὶ πρεσβύτεροι καὶ Φαρισαῖοι καὶ γραμματεῖς καὶ ὁ λαὸς τῶν Ἰουδαίων ἐκύκλωσαν. Ἀλλοὶ δὲ καὶ ὁ Ματθαῖος, ὅτε συνηγμένων πάντων, ὁ Πιλάτος, *Τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν;* ἐπυνθάνετο. *Ἐμάκρυνας ἀπ' ἐμοῦ φίλον καὶ πλησίον, καὶ τοὺς γνωστοὺς μου ἀπὸ ταιλαπρωτίας.* Τὸν Πέτρον λέγει· φίλος γὰρ διὰ τὴν μαθητείαν ἐτύγχανεν. Εἶση δὲ τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Ὅχι ἐνὶ ὑμῶν καλῶ δούλους, ἀλλὰ φίλους.* Πλησίον τὸν αὐτὸν διὰ τὸ λαὸν θερμὸν καὶ ἀκμάζον τῆς πίστεως· γνωστοὺς δὲ αὐτοῦ τοὺς ἀποστόλους ἄπαντας. Οὕτοι γὰρ αὐτὸν ὑπὲρ πάντας ἐγίνωσκον, ὡς ἐν Εὐαγγελίοις ἀκήχως λέγοντος· *Πάτερ δικαίε, καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω· ἐγὼ δὲ σε ἔγνω, καὶ αὐτοὶ ἔγνωσαν, ὅτι σὺ με ἀπέστειλας.* Ἄλλ' ὁμοῦ ἕνεκα τῆς τοῦ πάθους ταιλαπρωτίας πρὸς καιρὸν ἄπαντες ἐμακροῦνθησαν. Οὐκ αὐτοῖς δὲ τοῦτο, ἀλλὰ τῷ Πατρὶ λογίζεσθαι. Ὑπερέβαινε γὰρ αὐτῶν τὴν δύναμιν τοῦ σταυροῦ τὸ μυστήριον. Βουλῆ δὲ τοῦ Πατρὸς καὶ εὐδοκίᾳ ἐπράτετο.

hilis esset secundum carnem. Quamobrem non poterat, ut ait Paulus (a) concionans, a doloribus mortis deſineri. *Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non ea memor amplius, et ipsi de manu tua repulsi sunt.* Subintelligendum nunc est illud, *Factus sum.* Factus est enim sicut vulneratus, quandoquidem illi Judæi famam vulnerati sive peccatoris imponere conati sunt. Quapropter illam apud Pilatum seductorem vocabant (*Math. 27. 63*). Quod autem peccatores vulnerati dicantur in Scriptura, id Jeremia loquente discite: *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum? et plorabo vulneratos filiæ populi mei (Jer. 9. 1).* Id declarant ea, quæ nunc a psalmista dicta sunt. Non modo enim vulneratos, sed ex Dei memoria eliminatos et manu repulſos declaravit eos, quibus Christus se similem existimari dicit; itemque dormientibus in sepulchro, inutilibus et otiosis viris, cum tamen ipse mortuorum resurrectionem operetur. *7. Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis et in umbra mortis.* Vide quomodo et passionis veritatem, et patientis dignitatem servet. Positus quippe est in lacu infimo, inquit; quia nihil inferno profundius: imo etiam in tenebrosis, ut per tenebras mortis loca subindicet. Cæterum in umbra mortis passionem brevi transeuntem indicans, simul innuit Christum solem justitiæ ad breve tempus ab umbra mortis quasi absconditum fuisse. *8. Super me confirmatus est furor tuus.* Quia generis nostri peccata ipse portavit, necessario super ipsum est furor in peccatores; nempe ipsa mors, et maledictio ipsum invasit, ubi cum confirmatur, non ultra in genus hominum invehuntur. *Et omnes sublimitates tuas induxisti super me.* Sublimitates Dei vocat excelsa ejus; nempe regnum, sanctificationem, consensum servorum cum Domino suo. Quemadmodum igitur ea quæ propter nos humilia sunt, sic ea quæ circa nos excelsa sunt Pater in Christum necessario intulit. In ipso enim illis fruimur. Quod autem sublimias exponit his verbis: *Si exaltatum fuerit calum in sublime, dicit Dominus (Jer. 31. 37):* id est, si seipso excelsior fiat. Diapsalma prædictis adjicitur, quia cum prius de sepultura et de morte loquutus sit, sermonem transfert in ea quæ priora sunt illis, nempe in proditionem et mortem. *9. Longe fecisti notos meos a me.*

*2.* Hoc Lucas ipsis verbis enarrat, ubi crucis historiam textit. *Stabant autem omnes noti ejus a longe, et mulieres quæ sequuntur fuerant eum a Galilæa, hæc videntes (Luc. 23. 49).* Posuerunt me abominationem sibi. In Petro hæc impleta sunt, cum in atrio summi pontificis timens eos qui dicebant, *Vere et tu ex illis es: nam loquela tua manifestum te facit, cæpit detestari et jurare se non novisse hominem (Math. 26. 73. 74).* Traditus sum, et non egrediebar. Etiamsi liceret illi exire, hoc est, declinare, quandoquidem noverat tempus irruptionis Judæorum, ita ut discipulis diceret: *Dormite jam et requiescite: ecce appropinquat qui me tradit (Math. 26. 45);* tamen se tradi libens passus est. *10. Oculi mei languerunt præ inopia: clamavi ad te, Domine.* Inopiam vocat passionem; quamobrem Paulus de illo dicit: *Pauper factus est pro nobis, cum esset dives (2. Cor. 8. 9).* Oculi ergo ejus in passione languerunt; libens enim humana sustinebat. Ita vero oculis infirmatus est, ut clamaret, *Eloi, Eloi, lama sabachthani (Marc. 15. 34).* Tota die expandi ad te manus meas: scilicet in cruce; summus enim pontifex pro nobis sacrificium offerens, in orationis forma manus expandens, passionis œconomiam perfectit. *11. Numquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt, et confitebuntur tibi?* Hic Patrem alloquitur, nobis causas aperire volens ob quas necessarius illi erat ad mortuos descendens. Hæc vero sunt, quod mortuis non faciat mirabilia: neque enim fulgura aut tonitrua emittit in illis; non tempestatem ex æthere, neque statim postea serenitatem ex tempe-

state, neque alia hujusmodi quæ a creatione viventibus exhibet: sed neque medici suscitabunt mortuos, ut supra memorata videant. Quomodo ergo conflueri, quomodo salutem consequi possunt ii qui in incredulitate defuncti sunt, quique nec legem nec prophetas audierunt? Neque enim iis obsequabantur. Diapsalma præmisit propheta iis quæ sequuntur, Spiritu sancto ipsi melodiam cessare curante: eidem tamen verborum œconomix insistit. *12. Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam et veritatem tuam in terra perditionis?* Quis enim propheta aut legislator in sepulchro, aut in terra perditionis? Locum autem mortuorum vocat perditionem, mortem sic appellans quod nulla ibi sit spes vitæ. Misericordia Dei aut veritas, id est, lex et præcepta; vel etiam ipse Christus: nam in ipso sepulchro misericordiam et veritatem enarrare poterat, dum esset sub imperio mortis ob sententiam contra totum genus prolatam. *13. Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, et justitia tua in terra oblivionis?* Adhuc iisdem insistit: tenebras enim vocat infernum, utpote luce privatum: idipsum etiam dicit terram oblivionis. Nondum enim loca illa inspecta fuerant usque ad Servatoris ad mortuos descensum. Quamobrem neque mirabilia Dei, neque justitia ejus, id est, non signa, non lex ab eis cognoscenda esse expectabatur. Saepe autem eadem verba quasi in circulum repetit, necessariam demonstrare volens œconomiam, utpote simul et mortuis et vivis opportunam. *14. Et ego ad te, Domine, clamavi, et mane oratio mea præveniet te.* Quia enim Filius honore par erat Patri, cum orabat, oratio ejus necessario præveniebat, quasi obviam ei, ad quem emittebatur accurrens. Opportune autem tempus adjecti, ut hinc ediscas ipsum Evangelis consona proferre. Ait quippe Lucas: *Factum est in his diebus, ut is exiret in montem orare; et erat pernoctans in oratione Dei (Luc. 6. 12).* Cur autem cum clamore precaretur, sequentia indicant; supplicantis enim hæc sunt verba. *15. Ut quid, Domine, repellis orationem meam, avertis faciem tuam a me?* Hæc quasi nostram assumens personam dixit, quæ propter rebellionem nostram Deus aversabatur, nostramque repellebat animam, eo quod ipsa prævaricata esset Opificem reprehendens. Christus porro non ignorans interrogat, sed ostendens, non debere Deum deinceps averti cum ipse pro omnibus defensionem afferret. *16. Pauper sum ego et in laboribus a juventute mea.* Cum enim dives esset, propter nos pauper factus est, et in laboribus a juventute, in Ægyptum descendens, deinde in Nazaret Galilææ occultus manens, aliasque multas patiens insidias. *Exaltatus autem humiliatus sum et conturbatus.* Exaltationem sive signorum, sive crucis esse dixeris. In utroque enim humiliabatur et conturbabatur a Judæis despectus. *17. Super me transierunt iræ tuæ.* Iras dicit contra humanam naturam, id est, increpationes et minas quas pro nobis seipsum per cruciatum tradens suscepit. *Terrores tui conturbaverunt me, 18. circumdederunt me sicut aqua.* Terrores contra primum hominem immissos memorat. Ingentes enim erant, quia terrores illi ob signum et propugnamentum habebant Dei sententiam. Quæcivis ita contreritus fuit, ut diceret: *Tristis est anima mea usque ad mortem (Math. 26. 38).* Sed detinebatur quasi aqua cogitationibus circumdatus. Quapropter ad Patrem dicebat: *Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, salva me ex hora hac. Sed ideo veni in hanc horam (Joan. 12. 27).* Tota die circumdederunt me simul. Diem passionis hic memoravit, qua omnes illum circumdederunt, principes sacerdotum, seniores, Pharisei, scribæ et populus Judæorum. Id indicat Matthæus, quando congregatis omnibus, sciscitabatur Pilatus: *Quem vultis dimittam vobis (Math. 27. 17)?* *19. Elongasti a me amicum et proximum et notos meos a miseria.* Petrus dicit; amicus enim erat quia discipulus. Nosti Christum dixisse: *Non amplius dicam vos servos, sed amicos (Joan. 15. 15).* Proximum autem vocat ob fidei vim et ardorem, notos porro

(a) Non Paulus, sed Petrus hæc dixit, Act. 9. 24.

dicat apostolos omnes. Hi enim ipsum plus quam omnes alii noverant, ut ipsum in Evangeliiis audisti dicentem : *Pater iuste, mundus te non cognovit : ego autem novi te, et ipsi noverunt quia tu me misisti* (Joan. 17. 15). Attamen propter passionis miseriam ad tempus omnes elongati sunt. Id autem non ipsis, sed Patri imputatur. Illorum enim virtutem superavit crucis mysterium. Illud porro ex voluntate et beneplacito Patris eveniebat.

#### 1. Intellectus *Ætham Israelitæ*.

Psalms LXXXVIII.

1. Alius est hic psalmorum cantor ab eo qui in titulo octogesimi septimi Psalmi commemoratur. Ille quippe *Æman*, hic *Ætham* appellatus est. Erantque forte cognati aut concives : quapropter uterque Israelites vocatus est, id cognominis vel ex cognatione, vel ex loco nacti. *Intellectus* etiam hic Psalmus inscriptus est : de magnis enim et ad Dei intellectum pertinentibus in hac prophetia agitur. 2. *Misericordias tuas, Domine, in sæculum cantabo*. Sæculum dicit præsens. Illic misericordiam non unius, sed multarum specierum nutu suo concedit. Baptisma, pœnitentiam, eleemosynam, quorum singulis usus peccator, misericordiam et indulgentiam consequi potest. *In generationem et generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo. In generationem et generationem, præsentem scilicet et futuram* : in utraque enim veritatem Dei narramus, nunc illam ex divina Scriptura ediscentes, deinde vero ipsis eam operibus accipientes, clarumque veritatem in criterio nostro splendentes videntes, cum mercedem operum suorum quisque recipit. Sed qua de causa misericordiam in præsentem, veritatem autem tam in præsentem quam in futuro sæculo dat in sortem, sequentia ostendunt. 3. *Quoniam dixisti, In æternum misericordia ædificabitur in cælis ; præparabitur veritas tua*. Dei, inquit, decretum utraque jam dicta constituit. Quod illud aut quale? Forte Dei prædicatio : *Pœnitentiam agite : appropinquavit enim regnum cælorum* (Matth. 3. 2). Urgentis enim est dictum illud, et peccatores ad pœnitentiam concitantis. Ideo dicit, *Pœnitentiam agite*. Quia nunc misericordia locum habet et hic indulgentiam nobis salutis nostræ architectus ædificavit : illud autem obsignans subiungit : *Appropinquavit enim regnum cælorum* : ostendens cum regnum cælorum advenerit, non ultra locum fore pœnitentiæ, quia veritatem iudex suam in cælo paravit ; veritas autem iudicis sine ulla commiseratione iudicium exercet. Quo pacto misericordia ædificatur, id est, præparatur, et quomodo veritas in cælis paratur? Præunte videlicet iudicio ; sed per Christi adventum utrumque : quamobrem ipsum clarissime in sequentibus exhibet. 4. *Disposui testamentum electis meis*. Quodnam? Evangelicum, de quo Jeremias propheta hæc ait : *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et disponam domui Israel et domui Juda testamentum novum : non secundum testamentum, quod disposui cum patribus vestris, quia die apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Ægypti* (Jer. 31. 31. 32). Et quis huius testamenti mediator est? *Juravi David servo meo* : 5. *Usque in æternum præparabo semen tuum, et ædificabo in generationem et generationem solum tuum*. Vides cum, qui ex semine David prodiit, huius testamenti mediator esse. Non in promptu mysterium perficit, inquit, sed in cælo parat. Consilium enim erat antiquum ac verum adventus Christi. Quamobrem Davidis semen in æternum præparatum se promisit. Christum vero dicit, de quo etiam Paulus Romanis scribebat : *Paulus servus Jesu Christi vocatus apostolus, segregatus in evangelium Dei, quod ante promiserat in Scripturis sanctis, de Filio suo nato ex semine David secundum carnem* (Rom. 1. 1-3). Hunc thronum, scilicet regnum, in generationem et generationem ædificaturum se Deus pollicetur. Qui enim ex semine David secundum carnem natus est, præter hoc regnum, etiam futurum possidet, de quo hæc Daniel loquutus est : *Et ipsi datus est honor et impe-*

*rium et regnum : omnes populi, tribus, lingue servient ei ; regnum ejus, regnum sempiternum, et potestas ejus non corrumpitur* (Dan. 7. 14). Diapsalma in medium Spiritus induxit, quia sermonem transtulit in personam prophete. 6. *Confitebuntur cæli mirabilia tua, Domine ; etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum*. Cælos hic intellige eos qui cælestia sapiunt. Talis quippe homo cælestis etiam a Paulo dicitur. Quapropter hic ipse propheta alibi dicit : *Cæli enarrant gloriam Dei* (Psal. 18. 4) ; apostolos, ut etiam nunc, subindicans. Hi confitentur, id est, cum gratiarum actione annuntiant Dei mirabilia et veritatem in Ecclesia sanctorum. Quorum? Eorum qui in Jerusalem : quod Lucas de Barnaba et Paulo clare dixit in Actis apostolorum, quando congregati sunt apostoli et seniores, de proposita questione deliberaturi ; sic enim ait : *Siluit omnis cælus, audiebantque Barnabam et Paulum narantes, quæ signa Deus per ipsos gentibus fecisset* (Act. 15. 12). 7. *Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino?* De angelis loquitur et de virtutibus in alto constitutis. *Similis erit Domino in filiis Dei*. Illic comparationem a sanctis sumit : attamen neque angelus neque sanctus potest cum Creatore, qui sæper omnia est, conferri. Apposite autem de angelis loquens dixit, *Æquabitur*, quoniam illi quoque incorporati sunt : sed tamen non habent cum Deo æqualitatem, utpote qui in locis sint et circumscribantur : quamobrem multitudo suat infinita ; de sanctis vero, *Similis erit*. Etiam enim multitudinem et imaginem quam acceperunt a Deo servant et custodiant, at illa ex parte tantum et a Deo data est : quamobrem comparatio secundum hoc non plenam similitudinem dicit. Nam qui accepit quomodo danti similis fuerit qui datum repetere potest? 8. *Deus, qui glorificatur in consilio sanctorum, magnus et terribilis super omnes qui in circuitu ejus sunt*.

2. Quoniam admodum gaudet in cælo sanctorum, et hanc gloriam propriam sibi putat ; terribilis tamen illis est. Hi enim in circuitu ejus sunt quod appropinquat ad eum per vitam sanctitatem plenam ; terribilis autem ipsis et quando peccant ; neque enim ullo modo in justos peccantes gratiam infert ; imo potius terribilis etiam est non peccantibus, ita ut Job illum sic alloquatur : *Move a me manum tuam ; et timor tuus non me terreat* (Job 13. 21). Terret autem non odio habens, sed parcens ; *Beati enim omnes qui timent Dominum*. 9. *Domine Deus virtutum, quis similis tibi* (Psal. 127. 1. 4)? Frequenter hanc vocem repetit propheta, non interrogans, sed obstupescens, et Dei incomparabilia prædicans. Quamobrem ipsum non simpliciter Dominum, sed Deum virtutum vocavit ; videlicet angelorum, archangelorum, sive aliarum virtutum nobis occultarum : quarum singula Dei imperio subjiciuntur. Quomodo igitur Domino suo similes esse possunt? *Potens es, Domine, et veritas tua in circuitu tuo*. Dixit excellentiam Dei supra creaturas ; ecce jam aequalitatem ejus cum Filio narrat : ne fortasse imagineris, ut quidam impii, Filium esse Patri dissimilem, quem veritatem Patris appellavit, utpote qui ex illo procedat ; et in circuitu Patris esse dicit, quia solus potest Patrem comprehendere : *Ego enim, inquit, in Patre, et Pater in me* (Joan. 10. 38). Comprehendere autem potest ut magnus magnus, ut potens potentem. Ideoque cum Patri dixisset, *Potens es, Domine*, adjecit : *Et veritas tua in circuitu tuo* : ut discas maximum esse Patrem et potentem, neminemque posse cum illo comparari ; æqualem tamen ipsi esse Filium, ita ut in circuitu ejus esse dicatur. 10. *Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum ejus tu mitigas*. Ab invisibilibus ad visibilia Dei gloriam transferens, congruentem mare, utpote terribile, commemoravit : cui usque adeo dominatur, ut arenam ipsi terminum posuerit ; mitigat autem ejus fluctus et sedat tempestates, ventos retrahens, qui perflantes ipsum agitant et extollunt. 11. *Tu humiliasti sicut vulneratus superbum*. Diabolum dicit ; ex superbia enim vulne-



Συνθέσεως Αἰθᾶν τῷ Ἰσραηλίτῃ.

Ψαλμὸς πη΄.

α'. Ἐτερος οὗτος ψαλμῶδης παρ' ἐκείνων τὸν διὰ τῆς ἐπιγραφῆς τοῦ ἄδοχοστοῦ ἐβδόμου ψαλμοῦ δηλωθέντα καθέστηκεν. Ὁ μὲν γὰρ Αἰμᾶν, Αἰθᾶν δὲ οὗτος εἰρήται. Συγγενεῖς δὲ ἰσως ἢ πολλὰ· διόπερ ἑκάτερος [761] αὐτῶν Ἰσραηλίτης ὠνόμασται, ἀπὸ τοῦ τόπου τοῦτο λαχόντες, ἢ συγγενεῖς, λέγεσθαι. Συνθέσεως δὲ καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς ἐπιγέγραπται· περὶ μεγάλων γὰρ καὶ τῆς περὶ Θεοῦ συνέσεως δεδομένων τὰ τῆ παρούση προφητεία προσκειμένα· Τὰ ἐλέη σου, Κύριε, εἰς τὸν αἰῶνα ὄσονται. Αἰῶνα τὸν παρόντα λέγει. Ἐνταῦθα οὐ μοιροῖσθ' ἔλεον, πολλὰ ἡμῖν εἶδη φιλανθρωπίας ἔνευσε, τὸ βάπτισμα, τὴν μετάνοιαν, τὴν ἐλεημοσύνην, ὧν ἕκαστον χρῆσάμενος ὁ ἀμαρτωλὸς, ἔλεον τυχεῖν καὶ συμπαθείας δύναται. Εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἀπαγγελῶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν τῷ στόματι μου. Εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν, τὴν παρούσαν δηλαδὴ καὶ τὴν μέλλουσαν· ἐν ἑκατέρᾳ γὰρ ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ διηγούμεθα, νῦν μὲν αὐτὴν ἀπὸ τῆς Γραφῆς τῆς θεοπνεύστου μανθάνοντες, ὕστερον δὲ αὐτοῖς παραλαβάνοντες ἔργοις, καὶ σαφῆ τὴν ἀλήθειαν ἐν τῷ κριτηρίῳ λάμπουσαν τῷ ἡμετέρῳ βλέποντες, ὅτε τὴν ἀντιμισθίαν ἕκαστος τῶν ἔργων τῶν οἰκείων κομίζεται. Ἀλλὰ τίνας χάριν τὸν μὲν ἔλεον τῷ μέλλοντι, δεικνύσι τὰ ἐπόμενα. Ὅτι εἰπας, εἰς τὸν αἰῶνα ἔλεος οἰκοδομηθήσεται ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἐτοιμαθήσεται ἡ ἀλήθειά σου. Θεοῦ, φησὶν, ἀπόφασις ἑκάτερον τῶν εἰρημένων καθέστηκε. Τίς αὕτη καὶ ποία; Ἡ τάχα τοῦ Θεοῦ τὸ κήρυγμα· Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Ἐπειγοντος γὰρ ὑπῆρχε τὸ ῥῆμα, καὶ ἀμαρτωλῶν μετάνοιαν ἐπισπεύδοντας. Διόπερ λέγει, Μετανοεῖτε. Ἐπειδὴ νῦν χώραν ἔχει τὸ ἔλεος, καὶ ἐνταῦθα τὴν ἐφ' ἡμῖν φιλανθρωπίαν ὁ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἀρχιτέκτων ὑποκόμῃσεν· εἰτα τοῦτο σφραγίζων ἐπήγαγεν, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· δεικνύς ὡς ἐάν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐπιστῆ, οὐκέτι χώραν ἢ μετάνοιαν κέκτηται, ἐπειδὴ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τὴν ἀλήθειαν ὁ κριτὴς τῶν οἰκείων ἠτοίμασεν· ἀλήθεια δὲ κριτοῦ, πάσης χωρὶς προσπαθείας τὴν κρίσιν διεξέρχεται. Πῶς δὲ ἄρα τὸ ἔλεος οἰκοδομεῖται, τοῦτέστι, κατασκευάζεται, καὶ πῶς ἡ ἀλήθεια ἐν οὐρανοῖς ἐτοιμάζεται; Ὁδηγουμένης δηλονότι τῆς κρῖσεως· ἀλλὰ διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἑκάτερον· διόπερ αὐτὴν τοῖς ἐξῆς ἐπιφέρει σαφέστατα. Διεθέμην διαθήκην τοῖς ἐκλεκτοῖς μου. Ποῖαν; Ἦν εὐαγγελικὴν, περὶ ἧς Ἰερεμίας, ὁ προφήτης ἐξέθετο· Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ καὶ τῷ οἴκῳ Ἰουδα διαθήκην καινὴν· οὐ κατὰ τὴν διαθήκην. Ἦν διεθέμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν, ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαμβανόμενον μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ τῆς Αἰγύπτου. Καὶ τίς ταύτης τῆς διαθήκης μεσίτης γίνεται; Ὁμοσα Δαυὶδ τῷ δούλῳ μου· ἕως τοῦ αἰῶνος ἐτοιμάσω τὸ σπέρμα σου, καὶ οἰκοδομήσω εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν τὸν θρόνον σου. Ὅρᾳς τὸν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ταύτης μεσίτην τῆς διαθήκης τυγχάνοντα. Οὐ μὴν σχεδιάζει, φησὶ, τὸ μυστήριον, εὐτρεπίζει δὲ ἄνω. Βουλή γὰρ ἦν ἀρχαία ἀληθινή τοῦ Σωτήρος ἡ ἀφίξις. Ὅθεν τοῦ Δαυὶδ τὸ σπέρμα εἰς τὸν αἰῶνα ἐτοιμάζειν ὑπέσχετο. Λέγει δὲ τὸν Χριστὸν, περὶ οὗ καὶ Παῦλος Ῥωμαίους ἐπέστελλε· Παῦλος δούλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ, ὃ προεπηγγείλατο ἐν Γρυζαῖς ἀγιῶς, περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ γεννημένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα. Τοῦτον τὸν θρόνον, δηλαδὴ τὴν βασιλείαν, εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν οἰκοδομεῖν ὁ Θεὸς ἐπαγγέλλεται. Ὁ γὰρ ἐκ σπέρματος Δαυὶ, κατὰ σάρκα γεννώμενος, πρὸς τῆ παρούση βασιλεία, καὶ τὴν μέλλουσαν κέκτηται, εἰς δὴ οὕτω καὶ Δανιὴλ ἐξέθετο· Καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ τιμὴ καὶ ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ βασιλεία πάντες λαοὶ, φύλαι, γλώσσων δουλεύουσιν αὐτῷ· ἡ βασιλεία αὐτοῦ βασιλεία αἰώνων, καὶ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ, ἧτις οὐ διασθίβεται. Διέψαλμα μόνον τὸ Πνεῦμα ἐπήγαγεν, ἐπειδὴ τὸν λόγον εἰς τὸ τοῦ προφήτου μετέστησε πρόσωπον. Ἐξομολογήσονται ἐκ οὐρανῶν τὰ θαυμάσιά σου, ὅτις καὶ γὰρ τὴν ἀλή-

θεῖαν σου ἐν Ἐκκλησίᾳ ἁγίων. Οὐρανοὺς τοὺς φρονούντας νόησον τὰ οὐράνια. Ὁ γὰρ τοιοῦτος ἄνθρωπος, οὐράνιος καὶ παρὰ Παύλου λέγεται. Διόπερ ἀλλοῦ αὐτοῦ οὗτος ὁ προφήτης φησὶ· Οἱ οὐρανοὶ διηγούνται ἔδξαν Θεοῦ· τοὺς ἀποστόλους, ὡσπερ καὶ νῦν, αἰνιττόμενος. Οὗτοι γὰρ ἐξομολογούσιν, τοῦτέστι, μετ' εὐχαριστίας [702] ἀπαγγέλλουσι τοῦ Θεοῦ τὰ θαυμάσια καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐν Ἐκκλησίᾳ ἁγίων. Τίνων; Τῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ· ὅπερ Λευκάς περὶ Βαρνάβα καὶ Παύλου σαφῶς ἐν ταῖς ἀποστολικαῖς ἱστορίαις Πράξεσιν, ἠνίκα συνήχθησαν οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι περὶ τοῦ προκειμένου σκοπήσῃαι ζητήματος· φησὶ γὰρ οὕτως· Ἐσίγησε δὲ ἄπαν τὸ πλῆθος, καὶ ἤκουον Βαρνάβα καὶ Παύλου ἐξηγουμένους, ὅσα ἐκτίσεν ὁ Θεὸς σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τοῖς ἔθνεσι δι' αὐτῶν. Ὅτι τίς ἐν γενεαῖς ἰσωθήσεται τῷ Κυρίῳ; Περὶ τῶν ἀγγέλων τῶν ἐν ὕψει τεταγμένων δυνάμεων. Ὁμοιωθήσεται τῷ Κυρίῳ ἐν υἱοῖς Θεοῦ. Ἐνταῦθα τὴν σύγκρισιν ἐπὶ τῶν ἁγίων ἐξέλαβεν· ἀλλ' ὅμως οὔτε ἄγγελος οὔτε ἅγιος πρὸς τὸν ποιητὴν δύναται τὸν ἐπὶ πάντων κρῖνεσθαι. Καλῶς δὲ ἐπὶ μὲν τῶν ἀγγέλων ἔταξεν, Ἰσωθήσεται, ἐπειδὴ ἀσώματοι καὶ αὐτοὶ χρηματίζουσιν· ἀλλ' ὅμως οὐκ ἔχουσι πρὸς Θεὸν τὴν ἰσότητα, ἐν τοίοις ὄντες, καὶ περιγραφὰς ἔχοντες· ὅθεν καὶ πλῆθος τυγχάνουσιν ἄπειρον· ἐπὶ δὲ τῶν ἁγίων τὸ Ὁμοιωθήσεται. Εἰ γὰρ καὶ τὴν ὁμοίωσιν ἦν ἔλαβον παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν εἰκόνα φυλάζοντες σώζονται, ἀλλὰ ἐκ μέρους αὐτὴ καὶ παρὰ Θεοῦ δοθεῖσα· ὡστε ἀνόμοιοι καὶ κατὰ τοῦτο ἡ σύγκρισις. Ὁ γὰρ λαβὼν πῶς ἔσται τῷ δεδωκότι ὅμοιος, ἀφελέσθαι τὸ δούλην ἐξουσίαν ἔχοντι; Ὁ Θεός, ἐν δεξαμένῳ ἐν βουλῇ ἁγίων, μέγας καὶ φοβερός ἐστὶν ἐπὶ πάντας τοὺς περικύκλιω αὐτοῦ.

β'. Ἐπεὶ καὶ σφόδρα χαίρει τῇ τῶν ἁγίων συναγωγῇ, καὶ δέξαν αὐτὴν οἰκεῖαν λογίζεται· φοβερός ὅμως ἐπὶ αὐτοῖς ἐστίν. Οὗτοι γὰρ αὐτοῦ κύκλιω διὰ τὸ ἐγγίξιν τῆ κατὰ τὸν ἁγιασμὸν πολιτεία τυγχάνουσι· φοβερός δὲ ἐπ' αὐτοῖς ἐστίν, ὅταν ἀμαρτάνουσιν· ὡς δικαίως μηδένως χαρίζομενος· μᾶλλον δὲ φοβερός καὶ μὴ ἀμαρτάνουσιν, ὡστε τὸν Ἰωβ πρὸς αὐτὸν λέγειν· Ἀπέσπασον ἀπ' ἐμοῦ τὴν χειρὰ σου· καὶ ὁ φόβος σου μὴ με στροβίλω. Φοβεὶ δὲ οὐ μισῶν, ἀλλὰ φοβούμενος. Μακρῖμοι γὰρ πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον. Ὁ Θεός τῶν δυνάμεων, τίς ὁμοῖός σοι; Συνεχῶς ταύτην ἐπιλέγει τὴν φωνὴν οὐκ ἐρωτῶν ὁ προφήτης, ἀλλ' ἐκπληττόμενος, καὶ τὸ ἀπαράδελτον τοῦ Θεοῦ διηγούμενος. Ὅθεν αὐτὸν οὐχ ἄπλως Κύριον, ἀλλὰ καὶ Θεὸν δυνάμεων προσηγόρευσεν· οἷον ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, ἢ καὶ εἰ τινες ἄλλαι δυνάμεις ὅς' ἡμῶν κεκρυμμένα τυγχάνουσιν· ὧν ἕκαστη παρὰ Θεοῦ κυριεύεται. Πῶς τοίνυν ὁμοιωθῆναι τῷ Δεσπότῳ δύναται; Δυνατὸς εἶ, Κύριε, καὶ ἡ ἀλήθειά σου κύκλιω σου. Εἶπε τὴν τῷ Θεοῦ τὴν τῶν δημιουργημάτων ὑπεροχὴν· ἰδοὺ καὶ τὴν πρὸς τὸν Υἱὸν διεγείσθαι ἰσότητα· μὴ ποτε καὶ τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ φαντασθῆς, καθάπερ τινὲς τῶν ἀσεβούντων, ἀνόμοιον, δὴ ἀλήθειαν μὲν τοῦ Πατρὸς προσηγόρευσεν, ὡς ἐξ αὐτοῦ προσερχόμενον· κύκλιω δὲ πάλιν τοῦ Πατρὸς εἶναι φησιν, ἐπειδὴ μόνος τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς χωρητικὸς καθέστηκεν. Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. Χωρητικὸς δὲ ὡς μέγας μεγάλου, ὡς δυνατὸς δυνατοῦ. Τοῦτο γὰρ χάριν, Δυνατὸς εἶ, Κύριε, πρὸς τὸν Πατέρα λέγων, εἶτα ἐπήγαγε· Καὶ ἡ ἀλήθειά σου κύκλιω σου· ἵνα μάθης μέγιστον μὲν τὸν Πατέρα καὶ δυνατὸν, καὶ μηδὲνα πρὸς αὐτὸν παραβάλλεσθαι· ἴσον δὲ ὅμως ἐαυτῷ τὸν Υἱὸν, ὡστε καὶ κύκλιω λέγεσθαι. Σὺ δεσπόζεις τοῦ κράτους τῆς θαλάσσης, τὸν δὲ σάλλον τῶν κυμάτων αὐτῆς σὺ καταπραΰνεις. Ἀπὸ τῶν ἀοράτων εἰς τὰ ὀρατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ δοξολογίαν μεταστήσας, ἀναγκαίως τῆς θαλάσσης ὡς φοβεράς ἐμνημόνευσεν· ἧς τοσοῦτον δεσπόζει, ὡστε φάμμον αὐτῆ κατέστησεν ὄριον· πραΰνει δὲ αὐτῆ τὸν σάλλον καὶ καταστέλλει τὰ κύματα, ἀναλαβάνων τοὺς ἀνέμους, οἵπερ αὐτὴν φυσῶντες ἐξαιρούσιν. Σὺ δευτερεύσας ὡς τραυματίας ὑπερήφανον. Τὸν διάβολον λέγει· ἐξ ὑπερηφανίας γὰρ τραυματίας ἐγένετο, καὶ τοῦτο χάριν ἀπὸ τῶν ἄνω χωρίων εἰς τὴν γῆν καταβλήθεις τεταπεινώσαι, ὡστε καὶ ποτὶν ἁγίων πατεῖσθαι καὶ συντριβέσθαι· καθάπερ ὁ Παῦλος Ῥωμαίους ἐπέστελλεν· Ὁ δὲ Θεός τῆς εἰρήνης συντριβίης τὸν Σατανᾶν ἐπὶ τοῦς πόδας ὑμῶν ἐν τάχει. Ἐν τῷ βραχίονι τῆς δυνάμεώς σου διεκορπίσας τοὺς ἐχθρούς σου. Βραχίον τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ὁ Χρι-

\* Vide notam ad initium Psalmi precedentis.



στός. Οὕτως γὰρ Ἡσαΐας λέγει: *Κύρια τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ [763] βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη;* Οὗτος τοὺς ἐχθρούς τοῦ Θεοῦ τοὺς Ἰουδαίους διασκόπησε· περὶ ὧν ὁ προφήτης εἰσήγαγε λέγοντα· *Εἰς ἐχθρούς ἐγένοντο.* Ἐσκόπησε δὲ καθελὼν τὸν τόπον, ἐν ᾧ τὰ τῆς λατρείας αὐτοῖς κατὰ τὸ γράμμα ἐτύγχανε. *Σοὶ εἰσὶν οὐ οὐρανοί, καὶ σὴ ἔστιν ἡ γῆ.* Ἀἰὼν ἀφ' ὧν μόνος αὐτοῦ ὡς βούλεται κέχρηται. *Τὴν οἰκουμένην καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς σὺ ἐθεμελίωσας.* Πλήρωμα τῆς οἰκουμένης ὁ ἄνθρωπος. Αὐτοῦ γὰρ ἕνεκα καὶ παρὰ τῶν ἄλλων ζώων οικεῖσθαι χρεῖσται ἕνεκα τῆς ἡμετέρας παρενεχθέντων ἔλαχε. Τοῦτο τοίνυν ἐθεμελίωσε, νόμον αὐτῶ φυσικῶν δωδικῶς, θεμελίον πάντων τῶν ἀγαθῶν τῶν ἀνθρωπίνων τυγχάνοντα. Ὅστε οὐδὲ σαλεύεται, ἔξ ἀκέραιον φυλάξῃ τὸν ἑαυτοῦ θεμελίον. *Τὸν βορρᾶν καὶ τὴν θάλασσαν σὺ ἐκτίσας.* Οἱ μὲν ἄλλοι τῶν ἐρμηνευτῶν, ἀντὶ θαλάσσης, *Νότον, ἢ Δεξιάν* ἐκδιδώσασαι, τὸν νότον διὰ τῆς δεξιᾶς, ἐπειδὴ πρὸς τῷ κλίματι τέτακται τῷ πρὸς ἀνατολὰς ἐκ δεξιῶν κειμένη, αἰνιττόμενοι. Καλῶς δὲ μετὰ τοῦ βορρᾶ καὶ ἡ θάλασσα τέτακται· ἐπὶ γὰρ τοῦ δυσμίου χωρίου παρὰ τῆ θεοπνεύστου Γραφῇ ταύτην ἔθος τὴν λέξιν ἐκλαμβάνεσθαι. Ὅθεν ἢ τῶν Ἀριθμῶν βιβλὸς ἐκθεμενῆ τὰς φυλάς, ὧν αἱ μὲν πρὸς ἀνατολὰς, αἱ δὲ πρὸς νότον, αἱ δὲ πρὸς βορρᾶν τῆς σκητῆς ἐτάχθησαν, τῇ λέξει ταύτῃ τοὺς ἀπὸ δυσμῶν αὐτῆ τεταγμένους ἐμήνησεν· *Ἡ τάξις παρεμβολῆς Ἐφραΐμ παρὰ θάλασσαν σὺν δυνάμει αὐτῶν.* Ἀλλὰ νῦν τοῦ (f. τῷ) βορρᾶ τὸν δυσμᾶς τοῦτο χάρην συνέπλεξεν, ἐπειδὴ ἕκαστον κλίμα σκοτεινὸν καὶ χειμέριον. Καὶ διὰ τοῦτο (δη) ταῦτά τινας τῆς δημιουργίας τὰ μέρη ποτῶ ὅτι δημιουργῶ προσγράφουσαι, ἀσεβὲ λογισμῶ καὶ βλασφημίῳ τὴν κτίσιν μερίζοντες, ἀνελεῖν αὐτῶν τὴν πλάνην βουλόμενος, παρὰ τοῦ κοινού δημιουργοῦ κτισθῆναι καὶ ταῦτα μαρτύρεται. *Θαυρὸν καὶ Ἑρμωνίειμ ἐν τῷ ὄνοματί σου ἀγαλλιάσονται.*

γ. Καὶ τίνας χάριν τοῦτων μόνων τῶν ὀρέων ἐμνημόνευσεν, ἢ πάντας ἐπειδὴ τὸ Θαυρῶν γείτων δν τῷ Ἑρμῶν, ἐδέξατο τοῦ Χριστοῦ τὴν μεταμόρφωσιν; Καὶ διὰ τοῦτο ἐπ' αὐτῷ ἀγαλλιάσθαι ἕκαστον εἰρηται· τὸ μὲν ὡς τηλοκῶτον πεπιστευμένον μυστήριον· τὸ δὲ, ὡς τὴν εὐλογίαν λαχὼν ἐκ τοῦ γείτονος. Διόπερ αὐτῶ καὶ καθ' ἕτερον ψαλμῶν τὴν εὐλογίαν ἔδωκε· φησὶ γάρ· *Ὡς δρόσος Ἀερμῶν ἢ καταβαίνουσα ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών.* Σὺς ὁ βραχίων μετὰ δυναστείας; Πολὰς; Τῆ; τοῦ σταυροῦ. Ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ, καθά φησιν ὁ Παῦλος, *τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστὶ· τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν δύναμις Θεοῦ ἐστὶ.* Τίς δὲ ἡ δυναστεία; Ἡ τῆς ἡμετέρας πλάνης ἐπιστροφῆ· ταύτην γὰρ διὰ σταυροῦ ὁ τοῦ Πατρὸς βραχίων ὁ Υἱὸς κατώρθωσε. Διότι δὲ τὰ τούτους ἐπόμενα· *Κραταιώθητω ἡ χεὶρ σου, ὑψωθήτω ἡ δεξιὰ σου. Κραταιώθητω, οὐχ ἵνα λάβῃ κράτος· εἶχε γάρ· ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ πέρας τοῦ μυστηρίου λαμβάνοντος, ὅπερ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ὑπέσχετο, Ὅταν ὑψωθῶ, φήσας, πάντα ἑλέκυσω πρὸς ἑμαυτὸν.* Βραχίων γὰρ ὅτι τοῦ Πατρὸς καὶ χεὶρ δεξιὰ λέγεται ὁ Μονογενῆς, αὐταρκῶς ἡμῖν ἐκ τῶν φθασάντων δέδωκεται. Λέγεται δὲ ταῦτα, ἐπειδὴ δι' αὐτοῦ πάντα ὁ Πατὴρ καθάπερ διὰ χειρὸς ἐργάζεται· *Πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν, ὃ γέγονεν.* Δικαιοσύνη καὶ κρίμα ἐτοιμασία τῶν θρόνων σου. Ποιῶ; Πάντως; ὅτι τοῦ μέλλοντος· διόπερ ἐτοιμασίας ἐρμημόνευσεν. Ἐντεῦθεν γὰρ ἀφ' ὧν ἡμεῖς βιούμεν δικαιοσύνην καὶ κρίμα ἐτοιμάσει ἑαυτῷ ὁ κριτὴς ὁ ἡμέτερος πρὸς τὴν ἐκείνου πράξιν τὴν κρίσιν ὀδοποιῶν τὴν μέλλουσαν. *Ἐλθεὸς καὶ ἀλήθεια προπορεύσουσάν προ προσώπου σου.* Φθάνει τὸ ἔλεος, ἀκολουθεῖ δὲ εἰκόντως ἡ ἀλήθεια. Ἐάν γὰρ μὴ προστάξῃ (f. προτάξῃ) τὸ ἔλεος, τίς ὑποστήσῃ τὸν κριτὴν τὴν ἀλήθειαν δυνήσεται; Πῶς δὲ ἡ ἀλήθεια τῷ ἔλεει κρινώται (f. κοινοῦται); Ὅτι οὐ πάντας ὁ κριτὴς ἐλεεῖ, ἀλλὰ τοούτους, οἵτινες ἐφ' οἷς ἡμάρτον ἔλεει κατώρθωσαν, ἢ μετανοήσαντες, ἢ τὸν πλησίον ἐλεήσαντες. *Μακάριος ὁ λαὸς ὁ γινώσκων ἀλαλαγμῶν·* ἀλαλαγμὸς τῶν στρατιωτικῶν ἢ φωνῆ τῶν ἐν πολέμῳ νενικηκότων λέγεται. Ὅσοι τοίνυν ἠνίκα τὸν διὰ δόλον ἤτησαν, ἢ κατορθούντες ἀρετὰς, ἢ μετανοούντες ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησαν. οὗτοι γινώσκουσιν ἀλαλαγμὸν, καὶ τὸν μακαρισμὸν, [764] οἱ μὲν ὡς τευζήμενοι στυφάνοι, οἱ δὲ ὡς κερθαίνοντες τὰς τιμωρίας, οὗ τὸν τυχόντα ἔχουσιν. Οὐδὲ γὰρ [μόνον], *Μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν*

δδῶ, ἀλλὰ καὶ, *Μακάριοι ὧν ἀρέθησαν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὧν ἀπεκαλύφθησαν αἱ ἀμαρτίαι, μεμάρτησας.* Εἰς τοούτους ἀρμόττει καὶ τὰ ἐπόμενα· *Κύριος, ἐν τῷ φωτί τοῦ προσώπου σου πορεύσονται, καὶ ἐν τῷ ὄνοματί σου ἀγαλλιάσονται ὅλην τὴν ἡμέραν.* Ὅσοι δηλαδὴ τὸν ἑαυτῶν βλον ἐν τῷ φωτί τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν, ἐν τῷ νόμῳ πορεύσονται. *Λυγροὶ τοῖς κοσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβωσί μου.* Καὶ ἐν τῷ ὄνοματι αὐτοῦ ἀγαλλιώνται, ὡς προσφεύγοντες Θεῷ, οὗ τὸ ὄνομα ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, οὗ ἡ δουλεία ἐλευθερία, καὶ ἡ οικειώσις· πάσης ἐστὶ δεσποτικῆς κτίσεως. *Καὶ ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ὑψωθήσονται·* οἱ αὐτοί. Τί δαὶ αὐτοῖς τὸ παρέχον τῆς ὑψώσεως; *Ὅτι καύχημα τῆς δυναμείας αὐτῶν σὺ εἶ, καὶ ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου ὑψωθήσονται τὸ κέρας ἡμῶν.* Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ ἐπὶ Μωσεί καυχῶνται, καὶ ἐπὶ τῷ Ἀβραάμ ὡς ἐξ ἐκείνου γεγονότες, σεμνύνονται· Ἕλληνες ἐπὶ ξύλοις καὶ λίθοις θαρρόουσιν, ἢ καὶ ἐπὶ τῇ σοφίᾳ τῆς τοιαυτοῦ διαδόλου σεμνύνονται· ἡμῶν δὲ δύναμις ὁ Χριστὸς· καύχημα δὲ ὁ Πατὴρ τῆς ἡμετέρας δυνάμεως· καὶ τὸ κέρας ἐν τῇ εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς ὑψοῦται τὸ ἡμέτερον διόπερ οὐδὲ συντρίφεται· τοῦ γὰρ Θεοῦ τὴν δόξαν τίς παραλύσει δυνήσεται; Ποιῶ δὲ τρόπῳ ὑψοῦται; Διὰ τῆς τοῦ Πατρὸς εὐδοκίας, φησιν, ἀφ' ἧς εἰς υἱοθεσίαν τὴν πρὸς αὐτὸν ἐκλήθημεν, καθάπερ ὁ Παῦλος Ἐφεσίου· ἐπιστέλλει φησὶ γὰρ περὶ τοῦ Πατρὸς· *Ἐν ἀγάπῃ προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτόν, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ.* Ὅτι τοῦ Κυρίου ἢ ἀντιλήψεως, καὶ τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ βασιλείας ἡμῶν. Ὅρα καὶ τὸν Δαυὶδ μετὰ τοῦ Παύλου κηρύττειν, καὶ λέγειν τὰ αὐτά, *Ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὅμην δὲ τὸ ἀσφαλές.* Ἰδοὺ γὰρ ἐν πολλοῖς ἐφεξῆς στίχοις τὸν περὶ τοῦ Σωτῆρος ἀνακυκλοῦ λόγον, αὐτὸν Κύριον καὶ ἄριστον Θεὸν καλῶν· Ἰσραὴλ δὲ καὶ βασιλεῖα ἡμῶν, ὡς ὄντα ἐκ σπέρματος τοῦ βασιλέως Δαυὶδ, καὶ Ἰσραὴλ δὲ κατὰ Πνεῦμα λεγόμενον. *Τότε ἐλάλησας ἐν ὄρασει τοῖς υἱοῖσί σου.* Τότε, ποτε; Ἐν ὄρασει τοῖς υἱοῖσί σου· τουτέστιν, ἐν τῇ ὄρασει τῇ περὶ τῶν υἱῶν σου. Υἱοὺς δὲ τοῦ Θεοῦ τοὺς ἐξ ἔθνων σωθέντας καλεῖ πρὸς οὓς ὁ Παῦλος ἔλεγεν· *Ἄρα οὐκ εἶ ἐστὲ δοῦλοι, ἀλλὰ υἱοί.* Ἦνίκα τοίνυν ἐθεώρησε τοὺς ἐξ ἔθνων ἐπιτηδείως εἰς σωτηρίαν ἔχοντας, καὶ τῷ φυσικῷ νόμῳ ψηλαφώντας μὲν τὸν νομοθέτην, οὐ μὴν καταλαμβάνοντας (ἀσθενήσας γὰρ ἐν αὐτοῖς διὰ τὴν ἐπιτιμωμένην πλάνην ἐτύγχανε), τότε ἐλάλησε τὰ ἐπόμενα· *Καὶ εἶπας· Ἐθέμην βοήθειαν ἐπὶ δυνατῶν, ὑψώσω ἐκλεκτὸν ἐκ τοῦ λαοῦ μου.* Δυνατὸς ὁ Χριστὸς, ὡς καὶ Θεοῦ προσγορευέσθαι δύναμις. Ἐπὶ τούτων ἡμῖν, τουτέστι διὰ τοῦτο (οὐδὲ γὰρ διὰ νομοθέτου, ἢ διὰ προφήτου, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου Υἱοῦ) βοήθειαν τ.τ.ζ. ἔθηκεν καὶ σωτηρίαν ἔθετο. Τίνα τρόπον; Αὐτὸς σαφῶς ἐπήγαγε ὁ ψαλμῶς· *Ἰψώσω ἐκλεκτὸν ἐκ τοῦ λαοῦ μου.* Πη Χριστὸν, ὀρᾶς, λέγει. Ἰψώθη γὰρ οὗτος ἐπὶ σταυροῦ, καὶ πρὸς αὐτὸν τῶν πλανωμένων εἰλκυσεν, ἐκλεκτῶν ὧν ἀπὸ τοῦ λαοῦ τῆς ἀνθρωπότητος. Ἀπὸ γὰρ μυριῶν ἐκλεκτολογισμένους ὑπῆρχεν, ὡς φησιν ἐν τοῖς Ἀσμασι· πολλὰ καὶ διὰ τὴν σάρκα κατὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐσχηκῶς πλεονέκτουσιν, τὰ ἐκ παρθένου τεχθῆναι, τὸ ἀμαρτήματα μὴ σχεῖν, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια. Ἐδῶρον Δαυὶδ τὸν δούλον μου, ἐν ἐλαίῳ ἀγίῳ μου ἐχρίσα αὐτόν.

δ. Ἄνω περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητεύσας, ἐνταῦθα περὶ τοῦ λαοῦ τοῦ κατὰ Χριστὸν σαφῶς τὸν λόγον αἰνιττεῖται· Ὅθεν, *Εὐδρον*, λέγει, ὡς ἐπὶ πλανωμένου καὶ ἀποστρεφέντος. Ἡμεῖς γὰρ τὸ ἀπολωλὸς ἦμεν καὶ τὸ μεμβρόμενον πρόβατον, ὅπερ ὁ ποιμὴν τὰ ἐνενηθόντα ἐνένα καταλιπὼν ἐπεζητήσεν. Ἀλλὰ μὴν καὶ δούλον ἑαυτοῦ καλεῖ, ὡς μηκέτι τοῖς εἰδωλοῖς δουλεύοντα· καὶ Δαυὶδ δὲ ἐπὶ τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν συγγένειαν, ἅμα δὲ ὡς ἰκανῶς χειρὶ Δαυὶδ γὰρ ὡς ἰκανὸς χειρὶ ἐρμηνεύεται. Ἰκανῶς χειρὶ ὁ τῶν ἔθνων λαός, ὅς [765] μόνος· καθελὼν τὸν πρὸς τὰ εἰδωλα πόλεμον, οὕτως ἐν ἐλαίῳ ἀγίῳ τῷ τοῦ βασιματος κέχρηται· περὶ οὗ Ἰωάννης ὁ θεολόγος ἐπέστελλε· *Καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ Ἁγίου.* Καὶ ὀδιστε πάντες, διὰ τὴ χρίσται, ἵνα πρὸς τὸν ἄγωνα εὐψύχως ἀποδύσθαι· ἐφ' ᾧ καὶ τῆς ἐξῆς αὐτῷ φησὶ· καὶ ἐδέξεν. *Ἡ γὰρ χεὶρ μου συναρτηλήψεται αὐτῶν, καὶ*

a Forte mell is πάσης ἐστὶ δεσποτεία κτίσεως, tuque me sensus esset, cum familiaritatis est dominium in omnia creaturam.

ratus est, ideoque ex supernis locis in terram dejectus humiliatus est, ita ut pedibus sanctorum calcaretur, et contereretur : quemadmodum Paulus Romanis scribebat : *Deus autem pacis conteret satanam sub pedibus vestris velociter* (Rom. 16. 20). In brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos. Brachium Dei virtutis Christus est. Sic enim Isaias dicit : *Domine, quis credidit auditui nostro? et brachium Domini cui revelatum est* (Isai. 53. 1)? Hic inimicos Dei Judæos dispersit, de quibus propheta induxit eum dicentem : *Inimici facti sunt* (Psal. 138. 22). Dispersit autem eos, destruens locum, in quo secundum literam cultus eorum situs erat. 12. *Tui sunt cæli et tua est terra.* Id ex eo palam est, quod ipse solus iis ad libitum utatur. *Orbem terræ et plenitudinem ejus tu fundasti.* Plenitudo orbis terræ est homo. Illius enim causa id evenit ut ab aliis etiam animalibus habitaretur terra, ad nostram videlicet utilitatem. Hanc igitur fundavit, legemque ipsi naturalem dedit, quæ bonorum omnium humanorum fundamentum esset. Itaque non commovebitur si illæsum servaverit fundamentum suum. 13. *Aquilonem et mare tu creasti.* Alii interpretes pro Mari, *Notum*, aut *Dexteram* ediderunt, notum per dexteram, quia in climate ad dexteram versus orientem situs est, subindicantes. E re autem cum aquilone mare constituitur : nam solet in divina Scriptura mare pro occidente poni. Quamobrem Numerorum liber tribus recensens, quarum alix ad orientem, alix ad austrum, alix ad æquilonem ordinatæ erant, hæc voce eas quæ ad occidentem erant significavit : *Ordo castrorum Ephraim ad mare cum virtute eorum* (Num. 2. 18). Verum nunc cum aquilone occidentem simul complexus est ; quoniam utrumque clima tenebrosum et hibernum est. Eapropter quia illas creationis partes quidam malo creatori ascribunt impio et blasphemio ratiocinio creaturam dividentes, illorum velens errorem auferre, a communi Creatore hæc etiam creata esse testificatur. *Thabor et Ermonium in nomine tuo exultabunt.*

3. Cur horum tantum montium mentionem facit, nisi quia Thabor vicinus Ermoni, Christi transfigurationem excepit? Ideo in ejus nomine utrumque exultavisse dicit ; illum quidem, quia ipsi tantum mysterium conceditum est ; hunc vero, quia ex vicinia benedictionis particeps fuit. Quapropter ipsi in alio Psalmo benedictionem impertit his verbis : *Sicut ros Ermon, qui descendit in montes Sion* (Psal. 132. 3). 14. *Tuum brachium cum potentia.* Cum qua potentia? Crucis. Nam *Sermo crucis*, ut ait Paulus, *tis qui perunt stultitia est, nobis autem qui salutem consequimur Dei virtus est* (1. Cor. 1. 18). Quæ potentia? Conversio ab errore nostro : eam enim per crucem Patris brachium Filius perfecit. Id autem declarat sequentia : *Firmetur manus tua, exaltet dextera tua. Firmetur*, non ut robur accipiat ; habet enim : sed ut appareat dum mysterium, quod Christus promisit, finem accipit : *Cum exaltatus*, inquit, *fuero a terra, omnes traham ad meipsum* (Joan. 12. 32). Brachium autem dici, quia Unigenitus manus dextera Patris vocatur, jam satis a nobis demonstratum est. Hæc porro dicuntur, quia omnia per ipsum quasi per manum Pater operatur : *Omnia enim per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est* (Joan. 1. 3). 15. *Justitia et iudicium præparatio throni tui.* Cujusnam? Sane futuri : ideo præparationem commemoravit. Hinc enim ex vita et gestis nostris justitiam et iudicium sibi præparat iudex noster, ex illis operationibus futurum adducens iudicium. *Misericordia et veritas præcedent faciem tuam.* Præcedit misericordia, et merito sequitur veritas. Nisi enim prius ponat misericordiam, quis iudicis veritatem sustinere poterit? Cur autem justitia misericordix additur? Quia non omnium miseretur iudex, sed eorum tantum qui peccatorum suorum misericordiam consequuti sunt, sive poenitentiam agentes, sive erga proximum misericordiam exercentes. 16. *Beatus populus qui scit jubilationem.* Jubilatō dicitur vox militum, qui in bello vicerunt. Quotquot igitur diabolum vicerunt, aut

virtutem exercentes, aut de peccatis suis poenitentiam agentes, ii sciunt jubilationem et beatitudinem, alii quidem ut coronas reportaturi, alii ut a supplicii exempti, non modicam reportant. Non solum enim hoc didicisti, *Beati immaculati in via* (Psal. 118. 1) ; sed etiam, *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata* (Psal. 31. 1). His quoque conveniunt ea quæ sequuntur : *Domine, in lumine vultus tui ambulabunt*, 17. *et in nomine tuo exultabunt tota die.* Toto scilicet vitæ suæ tempore in lumine Dei, hoc est in lege ambulabunt. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis* (Psal. 118. 105). Et in nomine ejus exsultant, utpote ad Deum confu-gientes, cujus nomen super omne nomen, cujus servitus est libertas, cujus familiaritas est cum omni creatura<sup>1</sup>. *Et in justitia tua exaltabunt* : idem ipsi. Quid porro ipsis exaltationem præstat? 18. *Quoniam gloria virtutis eorum tu es, et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.* Judæi enim in Moysæ gloriantur, et in Abrahamo, utpote ex illo orti, extolluntur : gentiles lignis et lapidibus fidunt, aut etiam in sapientia diaboli gloriantur : nostra autem virtus Christus est : gloria vero Pater virtutis nostræ ; et cornu nostrum in beneplacito Patris exaltatur : quapropter non contereretur : Dei namque gloriam quis solvere poterit? Quomodo autem exaltatur? Per Patris beneplacitum, inquit, a quo in ejus adoptionem vocati sumus, quemadmodum Paulus Ephesis scribebat : ait enim de Patre : *Qui in caritate prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsius, secundum beneplacitum voluntatis suæ* (Ephes. 1. 5). 19. *Quia Domini est assumptio nostra, et sancti Israel regis nostri.* Vide Davidem eadem cum Paulo prædicare et dicere, *Mihi quidem non pigrum, vobis autem tutum* (Philipp. 3. 4). Ecce enim in plurimis deinceps versibus de Servatore sermonem quasi in circumloquium repetit, ipsum Dominum et sanctum utpote Deum vocans ; Israellem autem et regem nostrum, utpote ex semine regis Davidis ortum : et Israellem secundum Spiritum appellatum. 20. *Tunc loquutus est in visione filiis tuis.* Tunc, quandonam? *In visione filiis tuis* ; id est, in visione de filiis tuis. Filios autem Dei vocat eos qui ex gentibus salutem consequuti sunt, ad quas Paulus dicebat : *Ergo nunc non cæsi servi, sed filii* (Gal. 4. 7). Quando igitur vidit eos qui ex gentibus diligenter ad salutem se conferebant, et naturali lege legislatorem contractabant, neque tamen comprehendebant (in ipsis enim ob advenientem errorem infirmabatur), tunc loquutus est ea quæ sequuntur : *Et dixisti : Posui adjutorium in potente, exaltavi electum de plebe mea.* Potens ille est Christus, ita ut Dei virtus et potentia appelleret. In hunc nobis, id est, per hunc (non enim per legislatorem aut per prophetam, sed per proprium Filium) auxilium gentibus et salutem posuit. Quo autem modo? Ipse Psalmus clare intulit : *Exaltavi electum de plebe mea.* Vides eum de Christo loqui. Exaltatus quippe est in cruce, et ad se errantes attraxit, cum electus esset de plebe humani generis. Ex millibus enim electus fuit, ut dicitur in Canticis (Cap. 5. v. 10) : quandoquidem multas præ aliis hominibus etiam per carnem habuit prærogativas, quod ex virgine natus esset, quod peccata non haberet, et his similia. 21. *Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum.*

4. Cum supra de Christo prophetasset, hic de populo qui secundum Christum est clare sermonem adumbrat. Quapropter, *Inveni*, ait, utpote de errante et lapso loquens. Nos enim eramus perdita illa et errans ovis, quam pastor nonaginta novem relictiis perquisivit (Luc. 15. 4-6). Sed et nunc servum suum vocat, utpote qui idolis non ultra serviat : Davidem quoque appellat ob ipsius cum Christo cognationem :

<sup>1</sup> In Græco, ναὶ ἡ οὐρανὸς ἡδὲ τὸ ἐπί τοῦ οὐρανοῦ ἀνάστημα. Fortè melius legeretur substantivum, δεικνύμενος, adjectivo, δεικνύμενος, tuncque sensus esset, *cujus familiaritas est domini cum omnem creaturam.*

simulque ut manu valentem; David enim manu valentem significat. Manu valens dicitur gentium populus, utpote qui solus bellum contra idola perfecit: sic in oleo sancto baptismatis unctus est; de quo Joannes Theologus in Epistola scribebat: *Et vos unctionem habetis ex Sancto* (1. Joan. 2. 20). Nostis autem omnes, cur ungetur, ut animose ad certamen se accingat: quamobrem auxilio deinceps ejus opus habuit. 22. *Manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum.* Certe quomodo adversus principatus, adversus potestates, adversus mundi rectores tenebrarum, adversus spiritualia nequitiæ pugnare poterat is, qui illis prius subjectus fuerat, nisi manu et brachio Dei roboratus fuisset (Ephes. 6. 12)? Quapropter non simpliciter dixit, *Auxiliabitur ei*, sed etiam, *Patrociniabitur*; scilicet auxiliabitur et patrociniabitur: ostendens se supernam manum in certaminibus consortem, et laborum participem habiturum. 23. *Nihil proficiet inimicus in eo; diabolus nempe; neque enim a fide in Christum nos abducere poterit. Et filius iniquitatis non apponet nocere ei.* Antichristum dicit, cujus adventus expectabatur, de quo Paulus Thessalonicensibus scribebat: *Nisi venerit defectio primum, et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur Deus aut quod colitur* (2. Thess. 2. 3). Hic non nocet creditibus in Christum; habent enim leges docentes quomodo ipsum declinent, et quomodo ab ejus errore aufugiant: quæ singula in Christi sermonibus de consummatione seruntur. 24. *Et concidam a facie ipsius inimicos ejus, et odientes eum in fugam convertam.* Inimici nostri et odientes nos, ut sæpe diximus, sunt dæmones. Hos in priori adventu concidit, et cruce quasi gladio vulneratos constituit; in secundo autem adventu eos prorsus in fugam vertet, ut non ultra possint in acie contra nos stare. 25. *Et veritas mea et misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu ejus.* Ubique fidelem tueri, ut sciat quomodo salutem volens consequutus sit; undenam exaltatum sit cornu, quomodo factus sit inimicis fortior. Per Christum scilicet qui est misericordia a Deo et veritas; insuperque nomen Patris; in ipso enim ut Filio cognoscitur, et singula quæ dicuntur gesta sunt. 26. *Et ponam in mari manum ejus, et in fluminibus dexteram ejus.* Mare hic vocat baptismum; dicit enim de diabolo: *Abolebo faciem ejus in mari primo* (Joel 2. 20); fluvios, dona Spiritus; ait enim Christus: *Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ* (Joan. 7. 38). Hinc adjicit Evangelii scriptor, ut dictum interpretetur: *Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum* (Ibid. v. 39). Illic igitur nos et manum et dexteram habemus: in ipsis enim id consequimur ut possimus. 27. *Ipse invocabit me, Pater meus es tu:* non ex seipso id audens, sed a Servatore id agere permissus, qui nos et fratres suos et conformes sibi constituit; ideoque in oratione hæc dicere jussit: *Pater noster qui es in cælis* (Math. 6. 9). *Deus meus, et susceptor salutis meæ.* Etiam enim per gratiam pater noster factus sit, ipsum tamen Deum dicere non cessabimus, itemque susceptorem salutis nostræ. Cum enim nos comperisset læsos a diabolo esse, et utpote carnales a non carnali impugnatos, patrociniatus nobis est, inimicum suum constituens eum, qui inimicus noster eræ, et partium nostrarum factus. Sed hæc quidem sunt invocationis nostræ verba; ipse vero quænam nobis pro illis pollicetur? 28. *Et ego primogenitum ponam illum.* A primogenitura ergo Judæus ejectus est. *Ponam*, inquit, ostendens nos non olim fuisse, sed postmodum factos esse primogenitos, periunde atque Jacob veteris populi benedictionem furatos.

5. *Excelsam præ regibus terræ.* Omnes quippe justi, qui vere reges terræ appellantur, mysteriorum nostrorum sublimitatem admirantur, ideoque nos admodum excelsos existimant; itaque multi desiderarunt videre quæ nos videmus, et audire quæ nos audimus (Math. 13. 17). 29. *In æternum servabo illi misericor-*

3. Commota est itaque terra tempore crucis et resurrectionis, quarum utraque Unigeniti personam præfert. Nam in cruce et in resurrectione etiam nunc ejus personæ velut unius potestatem perspicimus. 10. *Dicite in gentibus quia Dominus regnavit.* In gentibus, quare? Quia Judæi id non audire sustinent. Quapropter iis Paulus et Barnabas dicebant: *Vobis necessarium erat prius annuntiari verbum Dei. Quia vero rejicitis illud, et vos indignos judicatis vita eterna; ecce convertimur ad gentes (Act. 13. 46).* Quodnam autem est regni Domini argumentum? *Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur.* Regnum itaque Dei dixerit subjectionem nostram; per hanc enim orbem terræ correxit, inobsequentem ac rebellem hominem ad Dei cognitionem subjiciens. Cur autem non ultra commovebitur, nisi quia concientes illum demones adventu suo eliminavit? *Judicabit populos in æquitate;* hoc est, in justitia. Non possumus enim ignorantiam prætere, neque judicium Dei, quasi ignorantes ejus legem, criminari, quoniam per totum orbem terrarum Evangelium Christi perveit. Cæterum hoc potest de Judaico populo congruentius dici: illos enim judicabit in æquitate, quia *In propria venit, et sui eum non receperunt,* ut ait Joannes (Cap. 1. v. 11). 11. *Lætentur caeli, et exsultet terra.* Et quod lætitiæ argumentum? Servatoris adventus, ut sequentia clarius doceant. Commune ergo caelo et terræ fuit hujusce rei mysterium. Nam qui inclinavit caelos et descendit, is rursus per carnem ex terra ortum habiturus esse dicitur. *Moveatur mare et plenitudo ejus:* non turbulento fluctu, sed cum gaudio et exultatione. Plenitudinem vero maris flumina dixeris, et lacus. Nam omnes aquarum collectiones maris nomine a creatore Deo appellantur. *Vocavit enim Deus, inquit, congregationes aquarum maria (Gen. 1. 10).* Quid autem ad Unigeniti mysterium conferunt aquæ? Baptisma utique. 12. *Gaudebunt campi, et omnia quæ in eis sunt.* Quoniam de mari loquens, ejus plenitudinem memoravit, necessario nunc campos, sive agros, et ea quæ in eis sunt, induxit, ut per hæc terræ plenitudinem indicet. Cur autem hæc gaudere jubet? *Tunc exsultabunt omnia ligna sylvarum.* Quandonam, et qua de causa? 13. *A facie Domini quia venit.* Eximium lignis gaudium in adventu Christi propter crucem propheta prædicavit,

(a) Hic scriptor vult vocem, *dæmon*, græcè, *δαίμων*, ex *δαίω* factam esse, et dicitur quæ eidem voci applicatur ipsi significationem adscribit; id est ignitum et scientia instructum.

neque lignis tantum, sed etiam lignis sylvæ, id est, infructuosus. Certum enim est non fructuosum lignum, sed infructuosum ad crucem parandam casum fuisse. In partem tamen gaudii venerunt omnia quæ in terra erant, ut præcedens versus narravit. Tu vero ligna sylvæ, utpote infructuosa, peccatores esse intellige: de quibus Isaias: *Ne dicat cunuchus, Lignum aridum ego sum (Isai. 56. 3)*, id est infructuosum. Verum etiam illis ut gauderent adventus Christi præstitit. *Quoniam venit, quoniam venit judicare terram, judicare orbem terræ in justitia, et populos in veritate sua.* Non frustra iterat illud, *Venit*. Cum velit enim utrumque adventum suum indicare, supra quidem primum adventum significavit, cum illum sine iudicio fore scriberet: non enim tunc venit judicare mundum, sed salvare (*Joan. 2. 47*): hic vero secundum indicat, in quo judicabit terram et orbem; id est, hominem jure sic appellatum, utpote ex terra ortum, orbem autem, utpote qui Dei habitaculum factus sit. Nam *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis (Joan. 1. 14)*. Non modo autem illum terram et orbem vocavit, sed etiam *Populos*, non populum, propter linguarum differentiam et civitatum, quæ societatem dirimunt, tum in celebranda Dei gloria, tum in aliis etiam necessariis. Si vero dicitur eum judicaturum esse *Orbem terræ in justitia*, additur etiam, *Populos in veritate*, quasi non aliud sit orbis habitabilis, quam populi. Si enim populi non essent, a quo habitaretur? Ita non est justitia sine veritate: unum enim aliud complectitur. Neque justitia est sine veritate, neque veritas sine justitia; ideo Christus utrumque esse dicitur.

1. *Davidi, quando terra constituta est, sine inscriptione apud Hebræos. Psalmus xcvi.*

1. Illic Psalms apud Hebræos censetur cum iis qui inscriptione carent: Septuaginta vero interpretes titulum ipsi excogitaverunt, prophetiæ congruentem. Quia enim de regno Christi, deque præclaris in eo gestis hæc prophete modulatio constituta est, necessario illud spirituali Davidi consecrat, atque, *Quando terra ipsi constituta est*, id est, quando humana natura in proprio statu posita est: prius enim a sana mente defecerat. *Dominus regnavit; exsultet terra, lætentur insulæ multæ.* Deus semper regnavit, utpote universæ terræ opifex et dominus; sed quia humanum genus quodam tempore aversatus, ipsum spiritualium inimicorum tyrannidi subjectum reliquit, nunc autem hos subjecit, illum liberavit, jure ait, *Dominus regnavit*, regnum Dei vocans erroris destructionem, et idolorum ruinam, de qua lætatur terra, se ab iis liberatam videns de quibus cum reliquis creaturis prius ingemebat (*Rom. 8. 22*). Lætantur autem insulæ multæ, nempe gentium Ecclesiæ: nam erroris destructio ipsis ingressum paravit. Sed cur Ecclesiæ insulas vocat, nisi prorsus quia sicut insulæ in medio aquarum habitantur, sic et Ecclesiæ in baptismo? Probe autem dixit multas insulas lætari, non autem omnes, ostendens alias esse insulas, nempe hæreticorum: quæ quidem Ecclesiæ de baptismo quoque gloriantur; sed eas non par est lætari, quia ob suam erga Numen impietatem gratiæ baptismatis derogant. 2. *Nubes et caligo in circuitu ejus; regnantis videlicet.* Dicit enim Christum, cujus corpus, utpote subtile et intemeratum, nubes dicitur. *Caligo* autem adjungitur, quam *Nebulam* Symmachus interpretatur. Caro enim nebula instar multorum oculos avertēbat, ne dignitatem divinitatis Unigeniti agnoscerent: ita ut alibi hic psalmista dixerit: *Posuit tenebras latibulum suum: in circuitu ejus tabernaculum ejus (Psal. 17. 12)*. *Justitia et iudicium correctio throni ejus.* Hæc enim Dei regnum perfecit. Id inde palam est, quod nos ab iis qui nos injuste subjecerant liberati simus; illi vero condemnati sint. Cæterum nos quoque justitiam et iudicium exerceamus, si quidem velimus cum ipso regnare. 3. *Ignis in conspectu ejus præcedet, et inflammabit in circuitu inimicos suos.* Illic clare memorat futurum iudicium.

Certe de igne non dicit, *Præcedit*, sed *Præcedet*, qui inflammabit inimicos ejus, scilicet peccatores: qui sunt inimici Dei, quoniam ipso vocante non obediunt, et hortante non obtemperant, ut se ipsi reconciliarent manus porrigente, noluerunt. Id testificatur Paulus dicens: *Pro Christo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo (2. Cor. 5. 20)*. *Inflammabit in circuitu inimicos ejus; omnes scilicet.* Non cessabit circuire et incurrere, donec omnes noxios comprehendat. Hunc ignem memoravit etiam Daniel, quasi qui iudicem præcurrat. *Videbam, inquit, dones throni positi sunt, et antiquus dierum sedit: et vestimentum ejus album sicut nix, et capillus capitis ejus quasi lana munda. Thronus ejus flamma ignis, et rotæ currus ejus ignis ardens. Fluvius igneus egrediens manabat in conspectu ejus (Dan. 7. 9. 10)*. 4. *Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ.* Fulgura splendores ejus intelligemus, quæ non expectant sæculum futurum, sed jam hinc orbem illustrant. Consideres igitur velim ignis differentiam. Nam is qui ejus est, illuminat; is autem qui non est ejus, sed contra eum currit, urit: nam ad illud constitutus est. Fulgura itaque ejus vocat apostolos, qui veræ lucis participes, lux et ipsi jure vocantur: quam obrem illis Dominus dicebat: *Vos estis lux mundi (Matth. 5. 14)*. *Vidit, et commota est terra.* Ei enim qui male consistit par est commoveri, ut firmiorem statum assequatur, siquidem architecti, quos vitiosos esse parietes deprehendunt, illos concutiunt, ut in meliorem statum reducant. Ideo terra, scilicet humanum genus visis apostolis commotum est, ita ut Thessalonicenses de Paulo et Sila dicerent: *Qui orbem concitant! hic adsunt (Act. 17. 6)*; nempe ut firmior stabiliretur. 5. *Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini, a facie Domini universæ terræ.* Quemadmodum montes sunt altiores terra, ita quoque prophete altiores cæteris hominibus, ideoque montes appellantur. Jure igitur in adventu Unigeniti, qui est dominus universæ terræ, scilicet humani generis, cujus primitiis assumens Dominus ex tota massa fuit, prophete tamquam cera fluxerunt; prius enim illorum propheta litera obducta fuit, ita ut ignota latentibus esset. Adveniente autem Unigenito effluxit, id est, mollis effecta est, ut omnes illa ad mysterii Unigeniti speciem effereendam uterentur; atque illa quasi cera quadam igne mollita dominicas imagines depingerent. *Fluxerunt, inquit, a facie Domini, seu operationis Spiritus.* Quia enim hic bis Domini faciem commemorat, palam est eum Patris faciem Filium dicere, et Filii Spiritum sanctum: ita ut prophetica cera non modo per Unigeniti adventum, sed etiam per Spiritus sancti donum solvatur. Neque enim post adventum Christi prophetias de illo intelligere potuissent, nisi illis Spiritum sanctum dedisset: id vero Christus declarat sic illos alloquens: *O stulti et tardi corde ad intelligendum in omnibus quæ loquuti sunt prophete (Luc. 24. 25)*! 6. *Annuntiaverunt cæli justitiam ejus, et viderunt omnes populi gloriam ejus.* Etiam si cæli sæpe justitiam Dei, id est Christum, annuntiaverunt: ex cælis enim delata est vox: *Hic est Filius meus dilectus (Matth. 3. 17. et 17. 5)*; non solum in baptismo, sed etiam in Thaborio monte: ac rursus Christo ad Patrem clamante, *Pater, clarifica Filium tuum, vox quadam de cælis afferebatur, Et glorificavi, et rursus clarificabo (Joan. 12. 28)*: altamen cæli enarrantes justitiam Dei, proprie sunt apostoli: neque enim erant terreni, sed cælestes, ideoque cæli appellantur.

2. His vero annuntiantibus, omnes populi Christi gloriam viderunt: cum cernerent illiteratos oratores factos, dæmonasque apostolorum umbra fugatos. 7. *Confundantur omnes qui adorant sculpitila, qui gloriantur in idolis suis.* Non tantum ii qui legem scriptam acceperunt de idolis manufactis erubescere debent, sed etiam ii qui legem habent naturalem. Cui enim non manifestum est, Dei solius esse quod faciat? Quo-

<sup>1</sup> Vulgata habet, *qui Urbem concitant.*



δμως τῆς χαρῆς πάντα τὰ ἀπὸ τῆς γῆς, καθάπερ ὁ στίγος προλαθὺν ἐξέθετο. Σὺ δὲ ξύλα τοῦ δρυμοῦ διὰ τὴν ἀκαρπλίαν τούτους ἀμαρτωλοῦς νήσων· περὶ ὧν Ἡσαΐας [791] εἶπε· *Μὴ λεγέτω ὁ στυγερός, ὅτι ξύλον ἐστὶν ἐμὲ ἐγὼ, τούτέστιν, ἄγονον. Ἀλλὰ καὶ τούτους χαίρειν ἡ παρουσία τοῦ Κυρίου ἐποίησεν. Ὅτι ἔρχεται, ὅτι ἔρχεται κρίναι τὴν γῆν, κρίναι τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ λαοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ αὐτοῦ.* Οὐ μάτῃν διπλασιάζει τὸ, *Ἐρχεται.* Ἐκατέραν γὰρ αὐτοῦ παρουσίαν μνηύσαι βουλόμενοι, ἄνω μὲν οὖν σαφῶς τοῦ Χριστοῦ τὴν πρώτην ἐπιδημίαν ἐκθύουσε. Διόπερ αὐτὴν χωρὶς κρίσεως ἔγραψεν· οὐ γὰρ ἦλθε τότε κρίναι τὸν κόσμον, ἀλλὰ ὡσαῦτα τὸν κόσμον· ἐνταῦθα δὲ τὴν δευτέραν ἐν ἣ κρινεῖ τὴν γῆν καὶ τὴν οἰκουμένην, τούτέστι, τὸν ἄνθρωπον μὲν, ὡς ἀπὸ γῆς ὄντα εἰκότως λεγόμενον· οἰκουμένην δὲ, ὡς Θεοῦ γινόμενον οἰκητήριον. Ὁ γὰρ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Οὐ μόνον δὲ γῆν αὐτὸν καὶ οἰκουμένην, ἀλλὰ καὶ λαοὺς, οὐχὶ λαὸν, προσηγόρευσε διὰ τὴν διαφορὰν τῶν γλωσσῶν καὶ τῶν πολιτειῶν τῆς περὶ τοῦ Θεοῦ δόξης, ἄλλων τε πολλῶν ὅσα χωρίζει τῆς περὶ ἀλλήλους κοινωνίας ἐν τοῖς ἀναγκαίους τὸν ἄνθρωπον. Εἰ δὲ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ κρινεῖ, καὶ τοὺς λαοὺς ἐν ἀληθείᾳ εἰρήται ὡσπερ οὐχ ἕτερον παρὰ τοὺς λαοὺς ἡ οἰκουμένη. Μὴ γὰρ ὄντων λαῶν, τίνας οἰκουμένην γενήσεται; Οὕτως οὐδὲ ἡ δικαιοσύνη παρὰ τὴν ἀληθειάν· περιεκτικὸν γὰρ ἀλλήλων ἐκάτερον. Καὶ οὕτε δικαιοσύνη χωρὶς ἀληθείας, οὕτε ἀληθεία χωρὶς δικαιοσύνης· ὅθεν ἄμφω ὁ Χριστὸς ὀνομάζεται.

*Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, ὅτε ἡ γῆ αὐτῷ καθίστατο· ἀνεπλήρωτος παρ' Ἑβραίοις. ἧς'.*

α'. Μετὰ τῶν ἀνεπιγράφων καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς ἠρίθμηται τοῖς Ἑβραίοις· οἱ Ἐβδόμηκοντα δὲ αὐτῷ πρόποντα τῇ προφητείᾳ τὸν τίτλον ἐπενόησαν. Ἐπειδὴ γὰρ περὶ Χριστοῦ βασιλείας καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς κατορθωμάτων τὰ νῦν τῷ προφήτῃ μελωδῶδῆντα σῦγκειται, ἀναγκαίως μὲν αὐτὸν τῷ νηπῷ Δαυὶδ ἀνατίθεισι. Φησὶ δὲ, *Ὅτε ἡ γῆ αὐτῷ καθίστατο*, τούτέστιν, ἠνίκα ἡ ἀνθρωπότης ἐν καταστάσει γέγονεν· ἐξεστηκίνα γὰρ ἦν πρότερον τοῦ λογισμοῦ τοῦ σῶφρονος. Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, ἐυφρανθήτωσαν νῆσοι πολλαί. Ἀεὶ μὲν ὁ Θεὸς ἐβασίλευσεν, ὡς ὅλης τῆς οἰκουμένης δημιουργὸς καὶ κυρίως· ἀλλ' ἐπειδὴ τίνα χρόνον ἀποστραφεὶς τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων τυραννηθῆναι παρὰ τῶν ἐχθρῶν τῶν νοητῶν συνεχώρησε, νῦν δὲ κάκεινους ὑπέταξε καὶ τούτους ἡλευθέρωσεν, εἰκότως φησὶν, Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, βασιλείαν Θεοῦ καλῶν τῶν ἀναίρεσιν τῆς πλάνης, καὶ τὴν τῶν εἰδώλων καθάρσιν, ἐφ' ἣν ἀγαλλιάται ἡ γῆ, θεωροῦσα καὶ ἐλευθερίαν τούτων, ὑπὲρ ὧν μετὰ τῆς λοιπῆς κτίσεως στενάδει πρότερον. Εὐφραίνονται δὲ καὶ νῆσοι πολλαί, αἱ τῶν ἐθνῶν Ἑκκλησίαι· ἡ γὰρ ἀναίρεσις τῆς πλάνης αὐταῖς πεποίηκεν εἰσοδόν. Ἀλλὰ τίνας χάριν τὰς Ἑκκλησίας νήσους καλεῖ, ἡ πάντως ἐπειδὴ καθάπερ αἱ νῆσοι μέσον ὕδατων οἰκοῦνται, οὕτω καὶ αἱ Ἑκκλησίαι ἐν τῷ βαπτίσματι; Καλῶς δὲ πολλὰς εὐφραίνεσθαι νήσους, οὐχὶ δὲ πάσας, ἔγραψε, δεικνύς ὡς εἰν ἄλλαι νῆσοι, αἱ τῶν αἰρετικῶν Ἑκκλησίαι, ἀκούσαι καὶ αὐταὶ τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος· οὐ μὴν ἀρμόττει ταῦτα εὐφραίνεσθαι, ἐπειδὴ τῇ περὶ τὸ Θεὸν ἀσεβείᾳ τὴν χάριν ἀθετοῦσι τοῦ βαπτίσματος. *Νεφέλι καὶ γρόφος κύκλω αὐτοῦ*· δηλαδὴ τοῦ βασιλεύσαντος. Φησὶ γὰρ τὸν Χριστὸν, οὐ τὸ σῶμα νεφέλη· διὰ τὸ λεπτὸν γὰρ ἀμόλυτον λέγεται. Ἀλλὰ τῇ νεφέλῃ καὶ γρόφω συνέζευκται, ὅπερ *Ὀμίχλην* ὁ Σύμμαχος ἔγραψεν. Ἡ γὰρ σὰρξ ὀμίχλης δίχην τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν πλειόνων ἀπέτρεπε τὴν ἀξίαν τῆς τοῦ Μονογενοῦς ἐπιγνώμης θεότητος· ὡστε ἄλλοι τὸν ψαλμῶδον τούτον λέγειν· *Ἔθετο σκότος ἀποκρυφῆν αὐτοῦ· κύκλω αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ. Δικαιοσύνην καὶ κρίμα καθόρθωσι τὸν ὀρόνον αὐτοῦ.* Ταῦτα γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ βασιλεία καθόρθωσε. Δῆλον δὲ ἀφ' ὧν ἡμεῖς μὲν τῶν καταδουλωσάντων ἀδικίως ἡλευθέρωθημεν· ἐκείνοι δὲ κατεκρίθησαν. Πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ δικαιοσύνην καὶ κρίμα [f. κατορθώσων], [792] εἴπερ αὐτῷ συμβασίλευσαι βουλοίμεθα. *Ἡπὺρ ἑνώπιον αὐτοῦ προπορεύεται, καὶ φλογεὶ κύκλω τοὺς ἐχθρούς αὐτοῦ.* Σαφῶς ἐνταῦθα τὴν κρίσιν ἀναμνηστικὰ τὴν μέλλουσαν. Τοιαῦτα περὶ τοῦ πυρὸς οὐ φησὶ, Προπορεύεται, ἀλλὰ, *Προπορεύεται*, ὅπερ αὐτοῦ φλογεῖ τοὺς ἐχθρούς, δηλαδὴ τοὺς ἀμαρτωλοῦς· ἐχθροὶ γὰρ εἰσι

τοῦ Θεοῦ, ἐπειδὴ καλοῦντος οὐχ ὑπήκουσαν, παρακαλοῦντι οὐκ ἐπέισθησαν, καταλλαγῆναι προτείνοντι οὐκ ἐβούληθησαν. Μαρτυρεῖ δὲ ὁ Θεὸς Παῦλος λέγων· Ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν, ὡς τὸ αὐτοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν. Δεδόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ. Φλογεῖ δὲ κύκλω τοὺς ἐχθρούς αὐτοῦ· τούτέστι, πάντας. Οὐ παύσεται γὰρ κύκλῳ καὶ τρέχον ἕως ἂν ὅλων τῶν ὑπευθύνων δράζηται. Τούτου τοῦ πυρὸς καὶ δανιὴλ ἐμνημόνευσεν, ὡς τοῦ χριστοῦ προτρέγοντος. *Ἐθεώσου, φησὶν, ἕως ὁ ὀρόνος ἐτέθησιν, καὶ παλαῖος ἡμερῶν ἐκάθητο· καὶ τὸ ἐνδύμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών, καὶ ἡ θριξὶς τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον καθάρων.* Ὁ ὀρόνος αὐτοῦ φλόξ πυρὸς, καὶ ὁ τροχὸς αὐτοῦ πῦρ φλόγος. *Ποταμὸς πυρὸς ἐκπορευόμενος εἰλεκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ.* Ἐσαν αἱ ἀστραπαὶ αὐτοῦ τῇ οἰκουμένῃ. Ἀστραπαὶ αὐτοῦ τὰς λαμπρότητας αὐτοῦ νοήσαμεν, αἵτινες οὐκ ἀναμένοντι τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα, ἀλλ' ἐντεῦθεν ἤδη τὴν οἰκουμένην φωτίζουσι. Θεωρεῖς τοίνυν πυρὸς διαφορὰν. Ὁ μὲν γὰρ ἐστὶν αὐτοῦ, τούτο φωτίζει· ὁ δὲ οὐκ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐναντίον αὐτοῦ τρέχει, τούτο καλεῖ· εἰς τούτο γὰρ καὶ τέτακται. Ἀστραπαὶς τοίνυν αὐτοῦ τοὺς ἀποστόλους λέγει, ἐπειδὴ τοῦ ἀληθινοῦ μετασχόντες φωτὸς, φῶς εἰκότως καὶ αὐτοὶ χρηματίζουσι· ὅθεν πρὸς αὐτοὺς ὁ Κύριος εἶπεν· Ἰμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου.— *Εἶδε, καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ.* Συμφέρι γὰρ τῷ κακῷ· ἵσταμένῳ σαλεύσασθαι, ἵνα στάσι ἐδρασιότεραν δέξηται, ἐπειδὴ καὶ τεκτόνων παῖδες οὗς ἂν εὗρωσι σαθροὺς ταίχους, σαλεύουσιν, εἰς τὸ κρεῖττον αὐτοὺς μεταθεῖναι βουλόμενοι. Διόπερ καὶ ἡ γῆ, τούτέστιν, ἡ ἀνθρωπότης τῇ θεωρίᾳ τῶν ἀποστόλων εσαύεται, ὡστε τοὺς ἐν Θεσσαλονικίᾳ περὶ τοῦ Παύλου καὶ τοῦ Σίλα λέγειν· *Οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες*, οὗτοι καὶ ἐνθάδε πάριον· ἐπεὶ ἐαυτῆς ἐδρασιότερα γένηται. *Τὰ βρη ὡσεὶ κηρὸς ἐτάκχουν ἀπὸ προσώπου Κυρίου, ἀπὸ προσώπου Κυρίου πάσης τῆς γῆς.* Ὅσπερ τὰ βρη τῆς γῆς ὑψηλότερα, οὕτως οἱ προφῆται τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ὑψηλότεροι, καὶ τούτου χάριν βρη προσαγορεύονται. Εἰκότως τοίνυν ἐπὶ τῇ τοῦ Μονογενοῦς ἐνδομῇ, ὅσπερ ἐστὶ Κύριος δηλαδὴ τῆς ἀνθρωπότητος, ἦς λαβὼν τὴν ἀπαρχὴν Κύριος ὅλου τοῦ φυράματος γέγονεν, οἱ προφῆται ὡσεὶ κηρὸς ἐτάκχουν· πεπιλημένη γὰρ αὐτῶν πρότερον ἡ προφητεία τῷ γράμματι, ὡστε ἀγνωστὸς εἶναι τοῖς ἐντυγχάνουσιν. Ἐνδομῆσαντος τοῦ Μονογενοῦς ἐτάκχ, τούτέστιν, εὐμάλακτος γέγονεν, εἰς τὸ πάντας αὐτῇ πρὸς τὰ χρώματα τοῦ μυστηρίου τοῦ Μονογενοῦς χρῆσασθαι, καὶ δι' αὐτῆς καθάπερ διὰ κηρὸς τινος πυρὶ θερμανθέντος τὰς δεσποτικὰς εἰκόνας ἐργάζεσθαι. *Ἐτάκχ γὰρ, φησὶν, ἀπὸ προσώπου Κυρίου, δηλαδὴ τῆς ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος.* Ἐπειδὴ γὰρ δις ἐνταῦθα ὀνομάζει τοῦ Κυρίου τὸ πρόσωπον, σαφές ἐστὶ τοῦ μὲν Πατρὸς πρόσωπον τὸν Ἰῶν, τοῦ δὲ Ἰοῦ τὸ Πνεῦμα καλεῖ· ὡστε τὸν προφητικὸν κηρὸν μὴ μόνον λυθῆναι τῇ τοῦ Μονογενοῦς ἐπιδημίᾳ, ἀλλὰ καὶ τῇ χορηγίᾳ τοῦ Πνεύματος. Οὐδὲ γὰρ ἐπιδημῆσαντος τοῦ Χριστοῦ νοεῖν τὰς περὶ αὐτοῦ προφητείας εἰδύνατο, εἰ μὴ τοῦ Πνεύματος αὐτοῖς τὴν χορηγίαν ἔδωκεν· δηλοῖ δὲ ὁ Κύριος πρὸς αὐτοὺς λέγων· Ὁ ἀνόητος καὶ βραδείς τῇ καρδίᾳ τοῦ συνιέναι ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐλάλησεν οἱ προφῆται. *Ἀνήγγειλαν οἱ οὐρανοὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ εἶδον πάντες οἱ λαοὶ τὴν δύξαν αὐτοῦ· εἰ καὶ πολλὰκις οἱ οὐρανοὶ τὴν δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ, τούτέστι, τὸν Χριστὸν ἀνήγγειλαν· ἠνέχθη γὰρ ἐξ αὐτῶν φωνὴ· Ὅυτός ἐστιν ὁ Υἱὸς μου ὁ ἀγαπητός· οὐ μόνον ἐν τῷ βαπτίσματι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ θαλασσίῳ δρεῖ· καὶ πάλιν τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν Πατέρα βοήσαντος, *Πάτερ, δόξασόν σου τὸν Υἱόν*, φωνῆ τις ἐξ [793] οὐρανῶν ἐφέρετο· *Καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω·* ἀλλ' ὁμῶς οὐρανοὶ ἀναγγέλλοντες τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην, κυρίως οἱ ἀπόστολοι· οὐδὲ γὰρ ἦσαν χόϊκοι, ἀλλ' οὐράνιοι· διὸ καὶ οὐρανοὶ προσαγορεύονται.*

β'. Τούτων ἐξ ἀναγγελλόντων, πάντες οἱ λαοὶ τοῦ Χριστοῦ τὴν δόξαν εθεάσαντο, βλέποντες ἀγραμμάτους βητορευόμεντας, θαυμάσια τὰς σκιάς τῶν ἀποστόλων ἐλαυνόμενα. *Ἀσχυρῶταυρον πάντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς γλυπτοῖς, οἱ ἐγκυκλιόμενοι ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν.* Οὐ μόνον οἱ νόμον λαβόντες γραπτῶν ἀπὸ τῆς χειροποίητος εἰδώλους ἀσχυρῶνθεσι δίκαιοι, ἀλλὰ καὶ οἱ τὸν νόμον τὸν φυσικὸν ἔχοντες. Τίνι γὰρ οὐκ ἐστὶ πρὸς

α Graec exemplaria alia habent οἱ τὴν οἰκον· ἐνημάνωσαν τώσαντες, αἷα οἱ τὴν πόλιν.





modo ergo Deus vocetur quod ab alio factum est? Sive ergo quispiam adoret, sive non adoret, sed gloriatur, utpote qui fecerit ea quæ ab alio adorentur; ille quoque dignus qui pudore afficiatur, utpote qui grave offendiculum in vitam nostram invexerit. *Adorate eum, omnes angeli ejus.* Necessario hic angelorum adorationem induxit, ut ne erubescamus Deum adorare quem adorant angeli, simulque sciamus, nos, qui Deum adoramus, in angelorum ordinem ascendere: ad hæc item, angelorum esse adorare, non adorari. Non ergo demones adorandi, qui ex angelorum dignitate delapsi sunt. 8. *Audivit, et lætata est Sion, et exultaverunt filie Judææ propter judicia tua, Domine.* Filias Judææ omnes per orbem Ecclesias vocavit, quandoquidem confessio in illis viget; sic enim Judæa explicatur. Sed Sion præmisit, utpote primogenitam Ecclesiam. Hæc, inquit, audivit et lætata est: audivit idololatrarum turpitudinem, atque etiam angelorum adorationem, qua Deum adorant; jure autem lætata est, quia Deum creaturæ patrem adoratum colit. Filiaque Judææ, quas esse dicimus Ecclesias, hujus participes lætitiæ, jure exultaverunt. *Judicia vero Dei hæc sunt, circa quæ gaudium merito annuntiatur.* Quia ergo ii qui sculptilia adorant, et in idolis gloriantur, a Deo damnati pudore suffunduntur, hæc quomodo facta sint, ex sequentibus discite. 9. *Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es super omnes deos.* Quoniam per crucem factam justitiam commemorat, altitudinem autem Unigeniti crucis est: ait enim, *Cum exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum (Joan. 12. 32)*; ne quis putaret Christum non antea exaltatum fuisse, non modo altum, sed etiam altissimum super omnem terram esse dixit. Cum vero terram dixit, ex parte totum rerum opificium complexus est. Attamen superexaltatus est per erucem contra omnes deos, scilicet falso sic nominatos: quia cruce dejecti, experimento didicerunt quam excelsus sit Deus, ita ut per infirmitatem, ut putabatur, eos qui potentes existimabantur, debellaverit. 10. *Qui diligitis Dominum, odite mala.* Ut puram inveniens dilectionem, amatores ut veros et genuinos complectatur: ita ut quisquis se dicit Deum diligere, nequitiam etiam leviter addictus, aut quampiam rerum sordulium amans, seipsum decipiat. Nam *Amicitia mundi hujus inimicitia in Deum est*, ait Jacobus. *Custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit illas.* En quantis bonis fruimur ex pura dilectione erga Deum. Sancti enim efflicimur, et custodem habemus Deum maximæ possessionis, animæ nostræ, ut non simus sub manu inimici: quod si forte fuerimus, non nos despicit, sed nos eruit, interpellans vere peccatorem et radicem peccati, diabolum; nobis autem manum porrigit ut fugiamus eum qui inique in nos insurgit. 11. *Lux orta est justo, et rectis corde lætitia.* Lex Dei lucerna et lux justis est. Quapropter alibi dicit David: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis (Psal. 118. 105)*. Is ipse rectis corde, videlicet recte gradientibus lætitiæ indit: viam enim illis, quam optant, ostendit, et ad virtutes, quas adire student, invitavit. Tu vero lucem orientem Unigenitum esse intellige, de quo Joannes Theologus scripsit: *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est. In ipso vita erat, et vita erat lux hominum (Joan. 1. 3. 4)*. Quapropter ipsum Malachiel solem vocavit, et quemadmodum David, ipsum oriturum esse justis declaravit; ait enim: *Orietur vobis timentibus Dominum sol justitiæ, et medela in alis ejus (Mal. 4. 2)*. 12. *Lætantini, justi, in Domino.* Beati ob gaudium sunt justis. In nullo enim mortalium fluxurumque bonorum lætantur, sed in Deo, in quo *Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est*, ut ex Epistola Jacobi (Cap. 1. v. 17) didicisti. *Et confitemini memoriæ sanctificationis ejus.* Confessionem sive gratiarum actionem dixeris sive delictorum confessionem: hæc enim etiam justis competit; quoniam nullus erit qui vivet, et non peccabit. Necessario autem ad recordationem

sive commemorationem sanctitatis Dei procedit. Oportet enim ipsi gratias agere; quod etiam homines sanctificationis participes effecerit: par est etiam homines sese peccatores confiteri. Quantumvis enim justus quis fuerit, comparatus cum sanctificatione Dei, peccator deprehenditur; ita ut Isaias dicat: *Omnia justitia nostra sicut pannus menstruatus in conspectu tuo (Isai. 64. 6)*.

#### 1. Davidi. Alleluia. Psalmus xcviij.

1. Non sine causa Davidi Psalmus inscribitur: sed quia mysteria Christi prænuntiat, quem per Davidem intelligendum esse Ezechiel propheta, imo potius Spiritus sanctus in ipso loquens clare indicat: ait enim: *Et suscitabo vobis pastorem servum meum David (Ezech. 34. 25)*. Atqui David multis ante generationibus mortuus erat: sed Davidem vocat Christum; non modo ut ex Davide ortum, sed etiam ut regem; servum autem, utpote qui servi formam acceperit. Ideo nunc non Davidis Psalmus inscribitur, sed Davidi. *Cantate Domino canticum novum.* Quare? *Quia mirabilia fecit.* Hoc est ergo novi cantici argumentum, quod Dominus mirabilia faciat, vel *Prodigia*, ut interpretatus est Symmachus. Quænam illa? *Salvavit ipsum dextera ejus et brachium sanctum ejus.* Equid illud miraculi habet, nisi quod homo ob nequitiam excessum quasi desperatus esset? Ita ut Isaias diceret: *Omne caput in laborem, et omne cor in dolorem. A pedibus usque ad caput non est in eo sanitas, non est vulnus, non vibex, non plaga tumens. Non potest emplastrum apponi, non oleum, non ligamina (Isai. 1. 5. 6)*. David vero sic: *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonitatem, non est usque ad unum (Psal. 13. 3)*. Qua in re dextera et brachio Dei necessario opus fuit, videlicet Unigenito ejus. Ipsum enim exprimit utrumque dictum: de quo etiam Isaias dicit: *Sicut pastor populum suum pascet, et brachio suo congregabit agnos (Isai. 40. 11)*: quod brachium psalmista non sine causa sanctum vocavit, sed illud in propria sibi substantia ostendere volens. Illud ergo opificium quod perierat servavit: *Non enim venit judicare mundum, sed salvare mundum (Joan. 3. 17)*. Quod autem Unigeniti adventum propheta subindicet (solus enim ejus adventus genus humanum servat), id Isaias declarat, *Non legatus, inquit, non angelus; sed ipse Dominus veniet, et salvabit nos (Isai. 63. 9)*; illud quoque sequentia declarant. 2. *Notum fecit Dominus salutare suum, ante conspectum gentium revelavit justitiam suam.* Salvare et justitiam sæpe Christum significare jam antea dictum est. Illic vero prophetarum dictionum accurate deprehenditur, quomodo prius ipsum notum, deindeque revelatum fuisse dicatur. Primo notitiam indidit prophetis, quibus illius cognitio concedita est, ex speculatione Spiritus; ita ut ipse Dominus dicat: *Abraham pater noster exultavit ut videret diem meum, et vidit, et gavisus est (Joan. 8. 56)*. Revelatus autem denique est per carnem, insuperque per apostolorum miracula, quæ Unigeniti virtutem palam fecerunt. *In conspectu gentium.* Hæc enim credentes Christi adventum susceperunt. Alioquin vero, quia adventus in carne clara demonstratio est idolorum destructio, Unigenitus haud dubie revelari potest in conspectu gentium. 3. *Recordatus est misericordiarum suarum Jacobo, et veritatis suæ domui Israel.* Cur non satis habuit Jacob dicere, sed domum Israel adjecit, nisi ut doceret, eum ipsum qui ea quæ jam prænuntiantur operatus est, Jacobum Israelæm cognominavisse? Quapropter cum illo luctabatur, ut incarnationis mysterium præfiguraret: carnis enim est luctari, et circumplecti. Recordatus itaque est Jacobi et Israelis, et in gratiam illius mysterium implevit. Quo pacto illud? Accessit videlicet ad oves quæ perierunt domus Israel, non illis misericordiam impertiens (neque enim digni erant), sed Jacobo, ex quo genus ducelatur. Recordatus est etiam veritatis domus Israel benedictionem illam quam Israel, ut hereditatem filius suis, in tribum Juda prophetando contulit, in opus

adducens, veritatemque faciens : erat autem illa : *Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat is cui repositum est, et ipse expectatio gentium (Gen. 49. 10).* Quibus apprime consentitur quæ sequuntur : *Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.* Ad Judæos enim ut sibi proprios advenit. His autem oculis claudentibus (*Obturerunt enim, inquit Isaias, oculos suos, ne viderent*) [*Isai. 53. 15*], eorum loco termini terræ, videlicet gentes, viderunt salutare Dei, quod prius non viderant.

2. Hoc quippe est quod nunc prophetam obstupescit, de quo etiam Christus admirans dicebat : *In judicium ego veni in mundum hunc, ut qui non vident videant, et qui vident cæci fiant (Joan. 9. 39).* 4. *Jubilare Deo, omnis terra.* Jure quidem, quoniam communia sunt bona : non enim unius regionis, qualis erat Judæa, non gentis unius, sed totius generis est institutum mysterium, de quo nos jubilate, quasi in communi bello victores, jubet. Terram enim hominem generatim sumptum vocavit, ut in sequentibus clarius dicitur. *Cantate, et exsultate, et psallite.* Non ergo de aridæ elemento, sed de hominibus dicere instituit. Quapropter ceu ad multitudinem sermonem habet : jubetque primo canere, deinde exsultare, postremo psallere : ut divini gaudii initium atque finem Dei glorificationem habeamus. 5. *Psallite Domino in cithara, in cithara et voce psalmi*; 6. *in tubis ductilibus, et voce tubæ cornæ. Jubilate in conspectu Regis Domini.*

Etiamsi tempus fuerit quo his instrumentis ad Deum glorificandum utebantur, ad nos citharam virtutum concordiam intelligamus, quæ nullo modo potest obtineri, nisi carnem mortificemus, ut iis quasi chordis virtutum concentum perficiamus, et psalmi vocem Deo placentem in caelum emittamus. Quoniam vero post citharam tubam commemoravit, citharam erate vocat Vetus Testamentum, in quo psallendum erat : ex cithara enim psalmodiam concinnari jussum erat : tubas autem Evangelia, in quibus jubilate merito jubentur in conspectu Regis Domini, scilicet Christi, utpote qui per evangelicum institutum spirituales vicerimus inimicos. Illoque tubas plurimas simul commemoravit et unam, quia Evangelium, licet secundum virtutem unum sit, in quatuor tamen Evangelia per evangelistas scriptores distributum est. Animadvertite autem prophetici dicti accuratorem. Nam tubas, quæ pluraliter memoratæ de evangelistarum personis accipiuntur, ductiles vocat, id est, æneas; æneæ namque factæ sunt evangelistarum linguæ, per donum Spiritus sancti. Tubæ autem cornæ est evangelicum verbum mysteriumque in eo contentum, quia caput habet Christum, qui cornu congruenter vocatur : in ipso enim inimicos possumus cornu impetere : huic itaque Evangelio vocem necessario attribuit, *In voce, inquit, tubæ cornæ.* Quoniam plurimis historiis exponentibus, unius tamen Evangelii vox per omnes auditur, qui concordissime mysterium describunt. 7. *Moveatur mare et plenitudo ejus : orbis terrarum et omnes qui habitant in eo.* Moveri mare et plenitudinem ejus, scilicet marina animalia ut choreas agant, jam supra diximus. Quinetiam metu prædicatorum a Domino in mari patratorum, ipsum commoveri jure dixeris. Neque enim Dominum solummodo, sed etiam Petrum ambulantem excepit (*Matth. 14. 25. sqq.*) : ac Jesu præcipiente, pisces qui staterem habebat protulit (*Matth. 17. 26*). Idipsum quoque de orbe terrarum deque habitantibus in eo dixeris. Ipsum enim præcellere et commovere poterant miracula a Christo et a prophetis patrata. Ipsi quippe orantibus multa commovebantur, ut narrat Lucas (*Act. 4. 81. et 16. 26*). 8. *Flumina plaudent manu simul.* Flumina dixeris operationes Spiritus, quæ plaudere manu, utpote in unum collectæ, tempore adventus Christi dicebantur; de quibus dicebat : *Qui credidit in me, sicut dixit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ (Joan. 7. 38).* Dicat etiam sensilia flumina plausisse manu et choreas egisse, quando Christum baptismum suscipientem Jordanis

excepit. Commune siquidem hoc erat gaudium fluminum et aquarum. 9. *Montes exsultabunt a facie Domini, quoniam venit.* Montes vocari prophetas ob contemplationis sublimitatem, jam supra diximus. Ii de præsentia Christi merito exsultabunt, quia ipsorum prophetia in opus exivit : nam si sensibilis intellexeris, jure etiam hoc modo exsultabunt, quoniam solebat Judæicus populus idolis immolare in excelsis, ut in libro Regum narratur : deinde vero in adventu Christi hoc cessavit. *Quoniam venit judicare terram. Judicabit orbem terræ in justitia, et populos in æquitate.* Quomodo ipsum venire dicit, nisi quia propheta cum esset, quod ut futurum prænuntiabat, id quasi præsens cernebat? Sed primo de adventu in carne loquitur, qui prior fuit; secundo autem de secundo ejus adventu, in quo judex-venturus est. Verum in primo ejus adventu bona ex eo parta suscipit; secundum autem adventum metu judicii jam adesse putat. Utile admodum est terribilia præ oculis habere, et quasi imminetia respicere, ut hinc peccata præscindamus. Quæ est autem judicii œconomia? Justitia et æquitas. Itaque injustitiam fugiamus, et a turiosis declinemus : ne dolis fidamus, avaritiam ne sectemur. Hæc quippe sunt Dei judicio contraria, et eos qui his addicti sunt in damnationem deducunt.

#### 1. Davidi; sine inscriptione apud Hebræos.

*Psalmus xcviij.*

1. Alii quidem omnes sine inscriptione Psalmum eliderunt : sed Davidi inscripserunt Septuaginta interpretes, quasi de spirituali Davide Christo prophetiam contineat. 1. *Dominus regnavit, irascantur populi.* Judæorum populos dicit : hos enim regnum Christi in iram et furorem concitavit, ita ut Pilato dicerent : *Noli dicere quod rex sis Judæorum (Joan. 19. 21)*; ac rursus : *Non habemus regem, nisi Cæsarem (Ibid. v. 15).* *Qui sedet super Cherubim, moveatur terra.* Judæam rursus subindicat. Cum enim *Magi ex Oriente venerunt dicentes, Ubi est qui natus est rex Judæorum? Vidimus enim stellam ejus in Oriente, et venimus adorare eum : audiens Herodes turbatus est, et omnis Jerosolyma cum illo (Matth. 2. 1-3).* Quid autem fecerit ille qui sedet super Cherubim, sequentia indicant. 2. *Dominus in Sion magnus et excelsus super omnes populos.* In Sion enim januis clausis ingressus, magnitudinem suam ostendit; atque per hoc miraculum clare demonstravit, se esse illum super Cherubim sedentem. Et ideo quæcumque facit ille creaturæ conditor, natura nostra præstantiora sunt. Tunc ostensus est excelsus super omnes populos, cura apostolis donum Spiritus sancti tribuit, qui ejus celsitudinem, non uni populo, sed omnibus ubique annuntiarent. 3. *Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile et sanctum est.* Omne Dei nomen magnum est : nam modo ad ejus gloriam consentaneo intelligenda sunt ejus nomina. Siquidem si Dominus dicatur, non pari, quæ apud nos, ratione dicitur; si Rex, diverse in eo intelligitur regni dignitas. Cæterum magnum est Dei nomen, quo seipsum nominavit, quando Moysæ dicente : *Ecce ego veniam ad filios Israel, et dicam eis : Dominus Deus Hebræorum misit me ad vos : et si interrogent me, quod nomen est ipsi : quid dicam eis? respondit ei : Dices filiis Israel, Qui est misit me ad vos (Exod. 3. 13. 14).* Illic terribili et sancto ut confiteamur propheta præcepit. Nam qui temporaneus est, etiamsi potens sit, non tamen admodum terribilis, quia quodam decurso tempore ejus dominatio cessat : qui autem semper est et æternus, jure terribilis est; nulla quippe spes est ipsum aut mutandum aut cessaturum esse. Quia vero sanctum et terribile hoc nomen esse dicit, terribile esse intelligas inimicis, scilicet demonibus, qui vel invocationem ejus fugiant; sanctum autem fidelibus, qui non alio modo, quam per nomen Christi sanctificationem habent. 4. *Et honor regis judicium diligit.* Quod enim est judicii opus? Insolentes absolvere, noxios declarare : quapropter judicium diligit Regis honor, id est, imperium et potentia. Ideo

ἐπὶ Ἰακώβ, ἐξ οὗ τὸ γένος κατήγατο. Ἐμνήσθη δὲ καὶ τῆς ἀληθείας τοῦ οἴκου Ἰσραὴλ, τὴν εὐλογίαν, ἣν περὶ ὁ Ἰσραὴλ ὡς κληρον τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν εἰς τὴν φυλὴν τοῦ Ἰούδα προφητεύων ἀπένευμεν, εἰς ἔργον ἀγαθῶν καὶ ποιήσας ἀληθείαν· ἦν δὲ αὕτη· *Ὅχι ἐκλείψῃς ἄργον ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἠγούμενος ἐκ τῶν μυρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν.* Ὅσπερ καὶ σφόδρα ἀρμόττει τὰ ἐπόμενα· *Εἶδον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.* Τοῖς μὲν γὰρ Ἰουδαίοις, ὡς ἰδιοῖς, ἐπέδημησεν. Ἐκείνων δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς μυστάντων (Ἐκάμυσαν γὰρ, φωνὴν ὁ Ἰσαίας, *τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν*, ἵνα μὴ ἰδῶσιν), αὐτὸ ἐκείνων τὰ πέρατα τῆς γῆς, δηλαδὴ τὰ ἔθνη, ἐθεάσαντο τοῦ Θεοῦ τὸ σωτήριον, καίτοι μὴ βλέποντα πρότερον.

β'. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὃ νῦν ὁ προφήτης ἐκπέπληκται, ἐφ' ὃν [σ, δ] καὶ ὁ Κύριος ἀποθαυμάζων ἔλεγεν· *Εἰς κρῖμα ἐρῶ ἦλθον εἰς τὸν κόσμον τούτων, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωται.* Ἀλλὰ λέξατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ. Εἰκότως, ἐπειδὴ κοινὰ τὰ ἀγαθὰ· οὐκ ἐστὶ γὰρ χώρα μίας, οἷον τῆς Ἰουδαίας, ἣ ἔθνη ἀνάγει, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπότητος ὅλης, τὸ πεπραγμένον μυστήριον, ἐφ' ᾧ καὶ ἀλαλάζειν ὡς πόλεμον κοινὸν νεικηχότας βούλεται. Ἴγν γὰρ τὸν καθόλου προσήφρυσεν ἄνθρωπον, ὡς διὰ τῶν ἐξῆς σαφέστερον εἴρηται. *Ἄσασθε, καὶ ἀγαλλιάσθε, καὶ ψάλατε.* Οὐκοῦν οὐ περὶ τοῦ στοιχείου τῆς ξηρᾶς, ἀλλὰ περὶ τῶν ἀνθρώπων εἰπεῖν αὐτῷ πρόκειται. Διόπερ ὡς πρὸς πλῆθος διαλέγεται· *κελεύει δὲ πρότερον φθεῖν, καὶ μετὰ τοῦτο ἀγαλλιᾶσθαι, εἴτα τὸ ψάλλειν ἐπήγαγεν ἵνα τῆς τοῦ Θεοῦ χαρᾶς τὴν εἰς αὐτὸν δοξολογίαν ἀρχῆν καὶ τέλος ἔχωμεν.* *Ψάλατε τῷ Κυρίῳ ἐν κιθάρᾳ, ἐν κιθάρᾳ καὶ φωνῇ ψαλμοῦ, ἐν σάλπιγγι ἐλαταίς, καὶ φωνῇ σάλπιγγος κερατίνης.* Ἀλλὰ λέξατε ἐνώπιον τοῦ βασιλέως Κυρίου. Εἰ καὶ ἦν ὅτε τοὺς ὄργανους τοῦτους εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ δοξολογίαν ἐκέρηγντο, πλὴν ἡμεῖς κίθαραν τὴν τῶν ἀρετῶν συμφωνίαν νοήσωμεν, ἥτις οὐκ ἄλλως κατορθοῦται, ἀλλ' ὅταν τὴν σάρκα νεκρώσωμεν, ὡστε γορδὸν δίκην ἐν αὐταῖς τὸν τῶν ἀρετῶν ἀποτελεῖσθαι φθόγγον, καὶ ψαλμοῦ φωνὴν ἀρέσκουσιν Θεῷ εἰς οὐρανὸν ἀναπέμψασθαι. Ἐπειδὴ δὲ μετὰ τὴν κίθαραν σάλπιγγος ἐμνημόνευσε, κίθαρον ἄρα τὴν παλαιὰν διαθήκην καλεῖ, ἐν ἣ ψάλλειν (ἐξ αὐτῆς γὰρ ἡ ψαλμῶδία) προσέταξε· σάλπιγγας δὲ τὰ Εὐαγγέλια, ἐν οἷς ἀλαλάζειν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως Κυρίου, δηλαδὴ τοῦ Χριστοῦ, ὡς διὰ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας νεικηχότας τοὺς ἐχθρούς εἰκότως κελεύομεθα. Σάλπιγγων δὲ τούτου χάριν πολλῶν ἐμνημόνευσε καὶ μῖζ, ἐπειδὴ καὶ τὸ Εὐαγγέλιον, ἐν ὑπάρῳ τῆς δυνάμεως, τέσσαρα διὰ τοὺς ἐκθεμένους εὐαγγελιστάς γεγένηται. Ὅρα ἔξ τῆς προφητικῆς λέξεως τὴν ἀκριβείαν. Τὰς [196] μὲν γὰρ σάλπιγγας, αἰτινες πληθυντικῶς εἰρημναίαι εἰς τὰς τὴν συνταξάντων ἐκλαμβάνονται πρόσωπα, ἐλατάς φωνῆ, τοῦτέστι κεχαλωμέναι· ἐχαλκεύθησαν γὰρ αἱ τῶν εὐαγγελιστῶν γλῶσσαι τῇ χορηγίᾳ τοῦ Πνεύματος. Τὴν σάλπιγγα δὲ κερατίνην· τοῦτο γὰρ ὁ εὐαγγελιστῆς λόγος, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον, ἐπειδὴ κεφάλαιον ἔχει τὸν Χριστὸν, ὅπερ κέρατα ἀναγκάλως ὀνομάζεται· ἐν αὐτῷ γὰρ τοὺς ἐχθρούς κερατίζειν ἐλάδομεν· τοῦτω τούτων τῶν Εὐαγγελίων τὴν φωνὴν ἀναγκάλως ἀπένευμε· *Ἐν φωνῇ σάλπιγγος εἰπὼν κερατίνης, ἐπειδὴ καὶ πλειόνων τὴν ἱστορίαν ἐκθέμενος, ἐνὸς ὁμοῦ Εὐαγγελίου φωνῇ διὰ πάντων ἀκούεται, συμφωνῶν γραφάντων τὸ μυστήριον.* *Σαλευθήτω ἡ θάλασσα καὶ τὸ πλῆρωμα αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ.* Σαλευθεῖσθαι μὲν τὴν θάλασσαν καὶ τὸ πλῆρωμα αὐτῆς (λέγει δὲ τὰ ἐπ' αὐτῇ ζῶα) ζενα χορείας, εἰρήκαμεν προλαβόντες. Πλὴν ἀλλὰ καὶ φόβῳ τῶν ἐπιτελούμενων ἐν αὐτῇ παρά τοῦ Κυρίου θαυμάτων νοήσεις αὐτὴν ἀναγκάλως σαλευθεῖσθαι. Οὐδὲ γὰρ μόνον τὸν Κύριον, ἀλλὰ καὶ τὸν Πέτρον περιπατούντα ἐδέξατο· καὶ προστάξαντος τοῦ Ἰησοῦ, ἰχθὺν ἔχοντα στατήρα προσήνεκε. Ἴδὲ δὲ αὐτὸ καὶ περὶ τῆς οἰκουμένης· καὶ τὸν κατοικοῦντων αὐτὴν ἔρεις. Ἰκανὰ γὰρ ἦν ἐκπλήξαι τε αὐτὴν καὶ σαλευσαι τὰ παρὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν προφητῶν γενόμενα θαύματα· ὡστε καὶ εὐχομένους αὐτῶν, καθάπερ ἱστορεῖ Λουκάς, πολλὰ ἐταλεύετο. *Ποταμοὶ κροτήσουσι χεῖρ ἐπιουνοῦ.* Ἐρεῖς μὲν τὰς ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος, αἰτινες χεῖρα κροτεῖν ὡς ἐν συναλεύουσαι κατὰ τὴν καρδίαν τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐπιότημας ἐλέγοντο· περὶ ὧν ἔλεγεν· *Ὁ ποι-*

*στεύων εἰς ἐμέ, καθὼς εἶπεν ἡ Γραφή, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλάδας αὐτοῦ ρέουσιν ὕδατος ζωῆς.* Ἐρεῖς δὲ καὶ τοὺς αἰσθητοὺς ποταμοὺς κροτεῖν χεῖρα καὶ χορεύειν, ἥνικα βαπτίζομενον τὸν Χριστὸν ὁ Ἰορδάνης ἐδέξατο. Κοινὴ γὰρ τοῦτο γὰρ τῶν ποταμῶν καὶ τῶν ὑδάτων ἐτύγγανεν. *Τὰ ὄρη ἀγαλλιᾶσονται ἀπὸ πλοῦτου Κυρίου, ὅτι ἔρχεται.* Ὅρη τοὺς προφήτας διὰ τὸ ὑψος τῆς θεωρίας ὑπολαμβάνοντες εἰρήκαμεν. Οὗτοι τῇ παρουσίᾳ τοῦ Χριστοῦ εἰκότως ἀγαλλιᾶσονται, ἐπειδὴ περ αὐτῶν εἰς ἔργον ἡ προφητεία ἐξέρχεται. Εἰ γὰρ καὶ τὰ αἰσθητὰ λέγοις, εἰκότως ἀγαλλίονται καὶ ταῦτα, ἐπειδὴ θύειν εἰδῶλοισ ἐν τοῖς ὕψηλοῖς ὁ τῶν Ἰουδαίων εἴωθε λαός, ὡς τῇ βίβλῳ τῶν Βασιλείων εἴρηται· εἴτα τοῦτο τῇ Χριστοῦ παρουσίᾳ καθήρηται. *Ὅτι ἦκει κρῖναι τὴν γῆν. Κρῖναι τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ λαοὺς ἐν εὐθύτητι.* Καὶ πῶς τὸν αὐτὸν ἦκεν φωνῆν, ἣ δῆλον ὅτι προφήτης ὢν, ὅπερ ὡς μέλλον πρόελεγε, τοῦτο ὡς παρὸν ἔδωκεν· Ἄλλως τε τὸ μὲν πρότερον περὶ τῆς κατὰ σάρκα παρουσίας φωνῆν, ἥτις καὶ πρότερα γεγένηται· τὸ δὲ δεύτερον περὶ τῆς δευτέρας, ἐν ἣ καὶ κριτικῆς ἔρχεται. Ἀλλὰ τὴν μὲν πρότεραν ἐρεσθαί φησι τὰ ἐξ αὐτῆς ἀγαθὰ προσδεχόμενος· τὴν δευτέραν δὲ φόβῳ τῆς κρίσεως ἤδη παραινῶ ἐνόμιζε. Συμφέρον σφόδρα τὸ φοβερὰ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν, καὶ ὡς ἐρεστώτα ὄραν, ἵνα τὸ ἀμαρτάνει ἐντεῦθεν ἀνακοπώμεθα. Τίς δὲ τῆς κρίσεως ἡ οἰκονομία; Δικαιοσύνη καὶ εὐθύτης. Οὐκοῦν ἀδικίαν φύγωμεν, τὰ σκολιά ἐκκλίνωμεν· μὴ θαρσήσωμεν ὀδῶν, πλεονεξίαν μὴ μετέλωμεν. Ἐναντία γὰρ ταῦτα τῇ τοῦ Θεοῦ κρίσει καὶ τοὺς μετιόντας εἰς κατάκρισιν ἄγοντα.

τῷ Δαυίδ· ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις.  
Ψαλμὸς λη'.

α'. Οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἀνεπίγραφον τὸν ψαλμὸν ἐκδεδώκασι· ἀλλὰ τῷ Δαυίδ ἀνήθηκαν οἱ Ἑβδαμήκοντα, ὡς περὶ τοῦ νοητοῦ Δαυὶδ τοῦ Χριστοῦ καὶ αὐτὸν προφητεύοντα. Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, ὀργίζεσθωσαν λαοί. Τοὺς τῶν Ἰουδαίων λέγει λαοὺς· τοῦτους γὰρ εἰς ὀργὴν καὶ θυμὸν ἡ τοῦ Χριστοῦ βασιλεῖα κελίκενεν, ὡστε τὸν Πιλάτῳ λέγειν· *Μὴ λέγῃς ὅτι βασιλεὺς ἐστὶ τῶν Ἰουδαίων;* καὶ πάλιν· *Ὅχι ἔχομεν βασιλεῖα εἰ μὴ Καίσαρα, ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουδίων, [197] σαλευθήτω ἡ γῆ.* Τὴν Ἰουδαίαν πάλιν αἰνείτεται. Ἦνικα γὰρ Ἐξ ἀνατολῶν οἱ μάγοι παρεγένοντο λέγοντες, *Ποῦ ἐστὶν ὁ τεθελὺς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων;* εἰδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστὴρα ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἦλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ· ἀκούσας Ἡρώδης ἐταράχθη, καὶ πᾶσα Ἰερουσόλιμα μετ' αὐτοῦ. Τί δαὶ ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουδίων ἐτραψεν, τὰ ἐξῆς διηλοῖ. Κύριος ἐν Σιών μέγας, καὶ ὑψηλὸς ἐπὶ πάντας τοὺς λαοὺς. Ἐν Σιών γὰρ κεκλεισμένους τῶν θυρῶν εἰσελθόντων, τὸ οἰκτεῖον ἐνεφάνισε μέγεθος, καὶ σαφῶς ἔδειξε δι' ἐκείνων τοῦ θαύματος, ὡς αὐτὸς ἐστὶν ὁ ἐπὶ τῶν Χερουδίων καθήμενος. Καὶ διὰ τοῦτο κρείττονα φύσεως τῆς ἡμετέρας τὰ παρὰ τοῦ ποιητοῦ πάσης κτίσεως γενόμενα ὑπάρχουσι. Τότε καὶ ὑψηλὸς ἔδειχθη ἐπὶ πάντας τοὺς λαοὺς, τοῖς ἀποστόλοις δεδωκώς τὴν δωρεάν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οἷτινες αὐτοῦ τὸ ὄψος οὐχ ἐνὶ λαῷ, πᾶσι δὲ καὶ πανταχοῦ καθήγγειλαν. *Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ ὀνόματι σου τῷ μεγάλῳ, ὅτι φοβερὸν καὶ ἁγίον ἐστὶ.* Πᾶν μὲν οὖν δόγμα τοῦ Θεοῦ μέγα· ἀναλόγως γὰρ τὴν περὶ αὐτὸν δόξαν νοεῖσθαι καὶ τὰ ὀνόματι. Ἐπειδὴ κἂν λέγεται Δεσπότης, οὐκ ἐπίσης ἦμιν· κἂν βασιλεὺς, διαφερόντως ἐπ' αὐτῷ νοεῖται τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα. Πλὴν ἀλλὰ μέγα τοῦ Θεοῦ ὄνομα, ὅπερ αὐτὸς ἐαυτὸν ἐπωνόμασε, ἥνικα τὸ Μωϋσεῖος εἰπόντος, *Ἰδοὺ ἐγὼ ἐλευσόμεαι πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρῶ πρὸς αὐτούς· Κύριος ὁ Θεὸς τῶν Ἑβραίων ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς· καὶ ἐὰν ἐρωτήσωσίν με, τί τὸ ὄνομα αὐτῷ, εἰ ἐρῶ πρὸς αὐτούς; ἀπεκρίνατο αὐτῷ· ἔρεις τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς.* Τοῦτω ἐξομολογήσασθαι τῷ φοβερῷ καὶ ἁγίῳ ὁ προφήτης προσέταξε. Ὁ μὲν γὰρ πρῶτος, κἂν δυνατὸς ἦ, οὐ σφόδρα φοβερός, ἐπειδὴ, καιροῦ τινος παρελθόντος, τῆς δυναστείας παύεται· ὁ δὲ αἰὶ ὄν καὶ αἰῶνος, εἰκότως φοβερός· οὐδὲ γὰρ ἐστὶν ἔλλπς αὐτὸν ἀμειψθῆναι ἢ παύσασθαι. Ἐπειδὴ ἅγιον καὶ φοβερὸν εἶναι φησι τὸ εἰρημένον ὄνομα, φοβερόν τοις ἐχθροῖς νοήσεις, δηλονότι τοῖς δαίμοσιν, ὅθεν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐπικλησίαν φεύγουσιν· ἅγιον τοῖς πιστοῖς· οὐδὲ γὰρ αὐμῶς, ἀλλὰ διὰ τῆς ὀνο-



reliqui interpretes pro honore, alii Fortitudinem, alii Imperium ediderunt. *Tu parasti directiones*. Quomodo paravit? Præmissa lege, in qua præcepta seu directiones constituit. Nam recta via progredi licet, si secundum illa incedatur. *Judicium et justitiam in Jacob tu fecisti*. Qua ratione? Ea quæ dicta sunt utique. Lex enim data *In Jacob* (de genere Israël loquitur) hæc judicium peccatoribus intulit, nempe condemnationem, et recte viventibus justitiam ostendit, secundum quam vivendum est. Cur autem hæc nunc declaravit? Ut auditu nos certiores faceret, et testificaretur eum qui illa patravit ipsum esse qui crucem pro nobis sustinuit: id vero declarat sequentia. 5. *Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctus est*. Equæ de causa non solum Dei potius quam scabellum adorare præcipit? Quod tandem scabellum? Certe terram: nam *Calum*, inquit, *mihî solum, terra autem scabellum pedum meorum* (Isai. 66. 4).

